


А. Смирновъ.

HISTORICA

RUSSIAE MONIMENTA.

HISTORICA
RUSSIÆ MONIMENTA,

EX ANTIQUIS EXTERARUM GENTIUM ARCHIVIS ET BIBLIOTHECIS DEPROMPTA,

AB A. J. TURGENEVIO

CONSILIAR. ST. ACT. ET EQU.

TOMUS 1.

SCRIPTA VARA E SECRETO ARCHIVO VATICANO ET ALIIS ARCHIVIS ET BIBLIOTHECIS ROMANIS EXCERPTA CONTINENS, INDE AB ANNO MLXXV AD ANNUM MDLXXXIV.

Petropoli.

TYPIS EDUARDI PRATZI.

1841.

АКТЫ ИСТОРИЧЕСКІЕ,

ОТНОСЯЩІЕСЯ КЪ РОССІИ,

ИЗВЛЕЧЕННЫЕ

ИЗЪ ИНОСТРАННЫХЪ АРХИВОВЪ и БИБЛІОТЕКЪ

Д. Ст. Сов. А. И. Тургеневымъ.

ТОМЪ I.

ВЫПИСКИ ИЗЪ ВАТИКАНСКАГО ТАЙНАГО АРХИВА И ИЗЪ ДРУГИХЪ РИМСКИХЪ БИБЛІОТЕКЪ И АРХИВОВЪ, СЪ 1075 ПО 1584 ГОДЪ.


Санктпетербургъ.

ВЪ ТИПОГРАФІИ ЭДУАРДА ПРАЦА.

1841.

PRAEFATIO.

Collegium Archaeographicum scriptis antiquis, quae ad Russorum historiam pertinerent, ubique conquirendis et in lucem proferendis institutum, cum hoc monimentorum, quae apud exteras nationes reperta et ipsarum lingua conscripta sunt, corpus in lucem edere decrevisset, ante omnia suum esse duxit, ut de hujus operis origine et argumento paucis lecturos admoneret. Collectanea illa historica, latine, italice atque polonice conscripta, a viro doctissimo Albertrandio, Abbate, jussu Stanislavi Augusti, Polonorum regis, in usum Poloni historiarum scriptoris Narusevicii e Vaticana et aliis bibliothecis Romanis deprompta, prima fuerunt rudimenta, unde hoc monimentorum corpus excrevit. Princeps eorum exemplum, manu ipsius Albertrandii exaratum, a Polonorum rege dono datum erat illustrissimo viro I. I. Bulgacovio, Russorum Varsoviae tunc temporis legato, a quo postea in manus viri humanissimi, Cubicularii et Consiliarii st. act. A. J. Turgenevii pervenit. Quibus collectaneis Karamsinum nostrum passim usum esse, dum operis sui volumina III, VII, VIII, IX, X, XI et XII conscribebat, imo etiam nono volumine de Turgenevii horum edendorum consilio mentionem fecisse novimus. Quod quidem viri humanissimi consilium multae variaeque res irritum reddidere, eaedem tamen majorem copiosioremque historiae nostrae materiem in exterarum gentium bibliothecis et tabulariis colligendi opportunitatem, dum per Germaniam, Italiam, Galliam, Angliam, Daniam et Sueciam iter faciebat, ipsi suppeditaverunt. Etenim in una urbe Roma contigit illi comparare historiae monimenta Albertrandinis illis, quae olim proferre in lucem in animo habebat, multo plura et ampliora. Namque adjutus ope viri doctissimi, secreto archivo Vaticano Praefecti, comitis Marino-Marini, supra quadringenta scripta deprompsit ex illo quasi totius orbis terrarum thesauro



ПРЕДИСЛОВІЕ.

Издавая въ свѣтъ собраніе относящихся къ Россіи Историческихъ актовъ на иностранныхъ языкахъ, Археографическая Коммиссія признаетъ необходимымъ сообщить читателямъ нѣкоторыя предварительныя свѣдѣнія о происхожденіи и составѣ сего собранія.

Началомъ ему послужили извѣстныя выписки, сдѣланныя ученымъ Аббатомъ Альбертранди изъ Ватиканской и другихъ Римскихъ Библіотекъ на Латинскомъ, Италіянскомъ и Польскомъ языкахъ для Историка Нарушевича, по волѣ Польскаго короля Станислава Августа. Экземпляръ ихъ, писанный рукою Альбертранди, подаренъ былъ королемъ тогдашнему Россійскому Посланнику въ Варшавѣ Я. И. Булгакову, отъ котораго онъ въ послѣдствіи достался Дѣйствительному Статскому Совѣтнику и Камергеру А. И. Тургеневу. Карамзинъ пользовался упомянутыми выписками при сочиненіи III, VII, VIII, IX, X, XI и XII томовъ Исторіи Государства Россійскаго, и въ одномъ мѣстѣ (томъ IX, прим. 408) именно объявилъ о будущемъ ихъ изданіи Г. Тургеневымъ. Но разныя обстоятельства съ одной стороны отвлекали послѣдняго отъ исполненія сего намѣренія, а съ другой доставили ему самому случай собрать обильнѣйшую для отечественной Исторіи жатву въ Иностранныхъ Библіотекахъ и Архивахъ, во время путешествій по Германіи, Италіи, Франціи, Англіи, Даніи и Швеціи. Въ одномъ Римѣ удалось ему составить коллекцію, богаче Альбертрандіевой, которую предполагалъ напечатать. При содѣйствіи начальника Ватиканскаго Тайнаго Архива Графа Марино Марини, онъ извлекъ болѣе 400 актовъ изъ сей, можно сказать, всемірной сокровищницы, гдѣ лежитъ болѣе двухъ миліоновъ однѣхъ Папскихъ буллъ, и хранятся начиная съ VII столѣтія, всѣ сношенія Рима съ прочими Государствами, дѣла нунціатуръ или донесенія Папскихъ пословъ изъ мѣстъ ихъ пребыванія, и такъ называемыя

historico, ubi vicies centena millia epistolarum Pontificalium, quae nunc vulgo bullae vocantur, depositae jacent, ubi conservantur alia multa, a magistratibus Romanis ad alias civitates publice scripta, nec non epistolae nuntiorum seu legatorum Pontificalium e regionibus, ubi commorabantur, diversissimis Romam ex officio datae, praeterea sic dictae «*res gestae*» eorum scilicet, quae ubique terrarum evenissent, descriptiones, ab aequalibus illius aetatis hominibus elaboratae: quae ditissima antiquitatis monimenta studiosum ac laboris patientem virum, a quo e suo quasi sepulcro resuscitata in populorum Europae historiam novam lucem effundant, etiam nunc magnopere desiderant. Neque praeter Germanorum populum fuit, qui gloriari tanto historiarum studio posset, quippe qui soli «*Monimenta Germaniae historica*» habeant, partem aliquam ex iisdem fontibus Vaticanis a viro quondam clarissimo Steinio Libero-Barone, primo consilii auctore, hausta et a doctissimo Pertzio in corpus redacta: nunc demum nostrates etiam hujus laudis participes esse voluerunt. Praeterea aliarum quoque principum in Europa civitatum bibliothecae et archiva, imprimis Parisiorum bibliotheca regia et archivum Ministerii rerum externarum multa et scitu digna historiae nostrae patriae documenta clarissimo Turgenevio suppeditaverunt. Qui vir cuncta haec, per plures annos apud exteras nationes conquisita, historiae Russorum monimenta primum anno MDCCCXXXVII, deinde MDCCCXXXIX Imperatori Clementissimo venerabundus obtulit. Quo factum est, ut eodem MDCCCXXXIX anno jussu augustissimi Domini et Imperatoris omnia haec antiqua acta, quae nunc susceptae editioni materiem satis copiosam praebuere, Collegio Archaeographico imprimenda traderentur:

1. Excerpta e secreto archivo Vaticano inde a seculo IX usque ad XVIII in quattuor partes distributa, quorum singulorum veritas et integritas manu Comitis illustrissimi Marino-Marini et sigillo ejusdem archivi comprobata est;

2. Collectanea Albertrandina, quae unum tantum volumen constituunt;

3. Excerpta e regia bibliotheca Taurinensi, e Parisiorum archivis et bibliothecis nec non ex Anglorum archivis.

Ita Collegium Archaeographicum, ad summam Imperatoris Augustissimi voluntatem se conformans, dilata in aliud tempus editione aliorum ejusdem argumenti monimentorum, latine et polonice conscriptorum, quae in ipsa Russia reperta et plurima jam e provinciis, versus occidentem sitis, collecta in scriniis asservabantur, primum omnium ad illam triplicem actorum collectionem jam jam imprimendam se accinxit. Haec actorum collectio in duo distributa est volumina, quorum hoc primum comprehendit excerpta e bibliotheca Vaticana, inde ab anno

регесты (Res gestae) или современныя описанія событій цѣлаго міра, и гдѣ все сіе еще ожидаетъ трудолюбивыхъ дѣлателей, чтобы пролить новый свѣтъ на Исторію Европейскихъ народовъ. По доселѣ только Германцы могли похвалиться составленнымъ отчасти изъ Ватиканскихъ актовъ Перцовымъ собраніемъ Monumenta Germaniae historica, для котораго пріѣзжалъ въ Римъ Баронъ Штейнъ, первоначальный ихъ собиратель; теперь же и Русскіе приняли участіе въ столь полезномъ дѣлѣ. Библіотеки и архивы другихъ столицъ открыли Г. Тургеневу также весьма любопытные документы для Отечественной Исторіи, особенно Королевская Парижская Библіотека и Архивъ Французскаго Министерства Иностранныхъ дѣлъ. Всѣ таковыя, сдѣланныя въ продолженіе нѣсколькихъ лѣтъ, историческія пріобрѣтенія всеподданнѣйше поднесены Д. Ст. Сов. Тургеневымъ въ 1837 и 1839 годахъ Государю Императору, вмѣстѣ съ упомянутою коллекціею выписокъ Альбертранди, и въ концѣ 1839 года, по Высочайшему Его Императорскаго Величества повелѣнію, доставлены въ Археографическую Коммиссію для напечатанія слѣдующіе акты, составляющіе предметъ нынѣшняго изданія:

1, Четыре тома выписокъ изъ Ватиканскаго Тайнаго Архива, начиная съ XI до XVIII вѣка. Вѣрность каждой изъ нихъ засвидѣтельствована подписью Графа Марино Марини и Архивскою печатью.

2, Выписки Альбертрандіевы въ одномъ томѣ.

3, Выписки изъ королевской Туринской Библіотеки, изъ Парижскихъ архивовъ и библіотекъ, и изъ Англійскихъ архивовъ.

Согласно съ Высочайшею волею, Археографическая Коммиссія приступила къ печатанію сей троякой коллекціи прежде всѣхъ другихъ Историческихъ актовъ, которые найдены въ Россіи на Латинскомъ и Польскомъ языкахъ, и коихъ множество уже прислано изъ западныхъ губерній. Они войдутъ въ особое изданіе, а нынѣ печатающееся собраніе актовъ составитъ два тома, изъ коихъ первый, здѣсь представляемый, объемлетъ собою выписки Ватиканскія съ 1075 года до кончины Царя Іоанна Васильевича въ 1584 году, расположенныя по порядку времени, такъ что между актами, пріобрѣтенными чрезъ Графа Марино Марини, вставлены Альбертрандіевы гдѣ слѣдовало, а въ случаѣ тождества актовъ, помѣщенныхъ у того и другаго, выбираемъ былъ исправнѣйшій и полнѣйшій списокъ, съ показаніемъ при немъ варіантовъ изъ другаго списка.

Всѣ сіи акты, представляя непрерывную цѣпь распоряженій, посредствомъ которыхъ Папы старались распространить свою власть на Востокѣ и на Сѣверѣ Европы, могутъ быть раздѣлены вообще на четыре части, по сношенію Рима:

1. Съ Южною Русью.

MLXXV usque ad regis Ioannis Basilidis obitum, hoc est ad annum MDLXXXIV, secundum temporis ordinem disposita, et ita quidem, ut ad lacunas, si quae occurrerent, explendas actis per comitem Marinum comparatis interserta sint suo quaeque loco Albertrandina illa; quae vero apud utrumque, Marinum et Albertrandium, sint prorsus eadem et sine discrimine, ea desumpta sint e correctiore et integriore exemplo, lectionibus tamen variantibus ex altero adjectis.

Haec scripta, cum continuam exhibeant seriem consiliorum, quibus Pontifices Romani summam auctoritatem suam in partibus quoque, versus orientem solem et aquilonem sitis, ratam efficere conati sunt, in quattuor partes dividi possunt, habita ratione locorum, quo ex urbe data sunt. Etenim scripta data

1. in Russiam australem,
2. in Livoniam,
3. in Lituaniam et
4. ad magnos Volodimeriae et Moscoviae duces et omnium Russiarum reges.

Monimenta, aetate prima, spectant tempora historiae Russorum longe antiquissima. Corpus eorum incipit a Pontificis Gregorii VII epistola ad magnum ducem Isiaslavum Demetrium, qui rex *Ruscorum* ibi solet nominari (an. MLXXV). Quae deinde sequuntur acta continent rationes, quibus Pontifices Rom. provincias ducum Galiciae et Volodimeriae, post in regna nomine Galiciae et Lodomeriae conversas, sibi obstringere maxime nitebantur. Primum omnium notatu dignae sunt Innocentii IV epistolae ad Galiciae ducem Danielem et fratrem ejus Basiliconem Volodimeriensem (MCCXLVII et VIII. ann.), quos Pontifex, cum eos latinam Catholicam fidem jam profiteri putaret, reges ibi vocare consuevit. Quarum epistolarum nonnullae hunc habebant finem, ut Christianorum terras a Tartarorum quoque incursionibus quodammodo munirent. Sed quid plura? Lecturi haec acta etiam mores illius aetatis, scitu dignissimos, facile cognitos inde habere et, quid Christianae nationes, sub sole occidente viventes, de Russorum gente sensissent, optime intelligere poterunt. Namque anno quidem MCCXXIX Gregorius IX., Pontifex, per epistolam vetat connubia inter Catholicos et Ruthenos fieri, posteriori vero MCCXXXII anno idem Gregorius duces Polonorum hortatur, ne in bello Ruthenos, ab ecclesia Romana alienos, auxilio sibi adjungere velint, et eodem anno «pauperes» quosdam, a principibus Polonis oppressos, homines et perfugium sibi apud Russos quaerere coactos, lubens in fidem suam recipit.

Pontificiae in Livoniam datae litterae, quae non solum indigenas gentiles atque Estones ad religionem Christianam ope ordinis Teutonici convertendos, verum

2. Съ Ливоніею.

3. Съ Литвою.

4. Съ Великими Князьями Владимірскими и Московскими и Царями всея Россіи.

Первыя сношенія принадлежатъ къ древнѣйшему времени Русской Исторіи. Коллекція начинается письмомъ Папы Григорія VII (1075 г.) къ Великому Князю Изяславу Димитрію, котораго онъ называетъ Королемъ Русскимъ *(Regi Ruscorum)*. Послѣдующіе акты заключаютъ въ себѣ домогательства Рима на присвоеніе духовной власти въ княжествахъ Галицкомъ и Владимірскомъ, превращенныхъ потомъ въ королевства Галицію и Лодомерію. Особенно замѣчательны письма Иннокентія IV (1247 и 1248 г.) къ Князю Даніилу Галицкому и брату его Васильку Владимірскому, коихъ онъ именовалъ Королями и почиталъ исповѣдующими вѣру Латинскую. Нѣкоторыя изъ посланій Папскихъ имѣли также цѣлію обезпечить христіанскія земли отъ нашествія Татаръ. Вообще въ сихъ бумагахъ читатель найдетъ любопытныя свѣдѣнія о состояніи тогдашнихъ нравовъ и увидитъ, какое понятіе имѣли о Русскихъ Западные христіане. Письмомъ 1231 года Григорій XI воспрещаетъ браки между Римскими Католиками и Русскими; въ 1232 году онъ же увѣщеваетъ Польскихъ Герцоговъ не употреблять Россіянъ въ помощь на войнѣ, какъ иновѣрцевъ; въ томъ же году онъ принимаетъ подъ свое покровительство несчастныхъ, угнѣтенныхъ въ Польшѣ магнатами и принужденныхъ искать для себя убѣжища въ Россіи.

Сношенія Папъ съ Ливоніею занимаютъ по древности своей второе мѣсто. Они касаются не только обращенія тамошнихъ и Эстонскихъ язычниковъ въ Христіанство посредствомъ Нѣмецкихъ рыцарей, но также и распространенія Латинской вѣры въ Сѣверозападной Россіи.

Еще болѣе вниманія заслуживаютъ для Русской Исторіи усилія Римскаго Престола утвердить свою власть въ Литвѣ, какъ видно изъ актовъ третьяго разряда. Здѣсь особенно достойны замѣчанія письма Папъ къ Гедимину, который въ нихъ именуется сначала Королемъ Русскимъ *(Regi Ruthenorum)*, также къ Королю Владиславу Ягайлѣ и къ Великому князю Витовту, коихъ Мартинъ V назначаетъ Викаріями своими въ Новѣгородѣ и Псковѣ, вѣроятно въ томъ мнѣніи, что сіи области покорены и зависѣли отъ Литовскихъ Государей.

Наконецъ въ сношеніяхъ съ Владиміромъ и Москвою можно отличить письма къ Великому Князю Георгію Всеволодовичу *(Georgio illustri Regi Russiae)* о томъ, чтобы онъ отвергъ Греческіе и Русскіе обычаи и обряды, а принялъ бы Латинскіе; къ Св. Александру Невскому *(Alexandro Duci Susdaliensi)*; къ митрополиту Исидору, о назначеніи его Легатомъ Апостольскаго престола въ Россіи; къ Вели-

etiam Romanam fidei confessionem in Russiae regionibus, partim ad septemtriones, partim ad occasum vergentibus, divulgandam spectant, alterum pro temporis ratione locum occupant.

Sed conatus, quos Pontifices ad potentiam suam in Lituania confirmandam habuere, id quod e tertio actorum genere liquet, nobis adhuc multo magis observandi sunt. Hic imprimis scitu dignae occurrunt epistolae ad Gediminum, qui ab initio «*Ruthenorum rex*» ibi nominatur, nec non ad regem Vladislavum Jagellonem et ad magnum ducem Vitoldum, quos Martinus V., Pontifex, falsa fortasse opinione ductus, Novogradenses et Plescovienses, vi subactos, in Lituanorum ditionem venisse, vicarios suos pro his civitatibus nuncupat.

Denique inter acta, quae Moscoviam et Volodimeriam spectant, maxime omnium eminere videbis epistolas, primum ad magnum ducem Georgium, Vsevolodi filium «*regem Russiae illustrem*», ibi nominatum, quibus admonetur, ut, Graecorum et Ruthenorum moribus ac ritibus repudiatis, Romanorum religiones amplectatur, deinde ad «*Alexandrum, ducem Susdaliensem*» (nimirum Sanct. Alexandrum Nevensem), tum ad Isidorum Metropolitam, qui certior fit, se legatum sedis Apostolicae in «totius Russiae provinciis» creatum esse, denique ad magnum ducem Basilicum Joannidem, cui suadetur, ut ecclesiae Romanae pareat, nec non epistolas ad regem Joannem, Basilii filium, cui consilium datur, ut ad Concilium Tridentinum legatos suos mittere velit.

Ad acta scitu dignissima oportet referre praecepta et regulas Herbersteinio illi et Jesuitae Possevino data, litteras Schlittenum spectantes, cui mandatam erat, ut opifices et viros doctos, in Russiam mittendos, apud Germanos conquireret, et multa alia, licet ad Pontificum consilia proxime pertinere non videantur. In scriptis posterioribus occurrunt multae de Moscoviae rebus litterae a Pontificiis legatis, nuntiis et aliis procuratoribus, in Polonia qui erant, scriptae, quae quamvis rerum varietate destituantur et non ubique fidem habeant, scripturo tamen historiam illorum temporum materiem non mediocrem suppeditare possunt. Ibidem repeciuntur regum et illustrium Poloniae magistratuum scripta ad Pontificum nuntios, ubi variae res belli, adversus Russos gesti, aguntur et inter cetera admodum prolixa et conviciorum plena regis Stephani Batorii epistola, qua ad similem regis Russorum Ioannis Basilidis epistolam respondetur.

Praeter litteras varias huic operi adjuncti sunt singulares descriptionum libelli, ut 1) narrationes de Russorum natione anno MDXIV, ab Ioanne Lascio, Archiepiscopo Gnesnensi, concilio Laterano oblatae, 2) narratio de Moscovia anno MDLVII, a Venetianorum legato Foscarino composita, vel ei saltem adscripta, 3)

кому Князю Василію Іоанновичу, съ предложеніемъ прислать пословъ на соборъ Тріентскій. Къ числу любопытнѣйшихъ актовъ должно отнести еще данное Римскимъ дворомъ наставленіе Герберштейну, инструкцію Іезуиту Поссевину, документъ, касающійся Шлиттена, которому поручено было пріискивать въ Германіи ученыхъ и ремесленниковъ для водворенія въ Россіи, и проч. Въ актахъ позднѣйшихъ видимъ донесенія Папскихъ Легатовъ, нунціевъ и иныхъ агентовъ въ Польшѣ о дѣлахъ Московскихъ, донесенія конечно односторонніе и не всегда вѣрныя, однакожъ могущія служить вспомогательными матеріалами для Исторіи того времени. Тутъ же помѣщена переписка Польскихъ королей и Государственныхъ сановниковъ съ Папскими нунціями о войнѣ съ Русскими, и между прочимъ длинное укорительное посланіе Короля Стефана Баторія къ Царю Іоанну Васильевичу въ отвѣтъ на такое же письмо Царя къ Баторію.

Сверхъ грамотъ и донесеній заключаются въ семъ собраніи и особыя Историческія статьи. Таковы: 1, извѣстія о Русскомъ народѣ, представленныя въ 1514 г. на Латеранскомъ соборѣ Іоанномъ Ласкимъ, Гнѣзненскимъ Архіепископомъ, 2, извѣстіе о Московіи 1557 г., составленное Венеціянскимъ посломъ Фоскарино, или покрайней мѣрѣ ему приписываемое, 3, историческое и топографическое описаніе Россіи Венеціанцемъ Тіеполо, 4, реляція Цесарскаго посла Перистейна, изъ коей, равно какъ и изъ вышеупомянутаго наставленія Герберштейну, видно, что Папы тайно дѣйствовали чрезъ посольства Вѣнскаго двора, надѣясь потери свои въ Германіи и Франціи, отъ распространенія протестантства, вознаградить пріобрѣтеніемъ власти надъ Россіею.

Остается сказать, какіе акты изъ собраній Альбертранди и Марини не могли войти въ составъ настоящаго изданія.

У Альбертранди помѣщено: *Anno 1130. Matthaei Cracoviensis Episcopi Epistola ad S. Bernardum Abbatem Clarevallensem de suscipienda Ruthenorum conversione*, гдѣ Епископъ Краковскій приглашаетъ извѣстнаго Бернарда Аббата Клервосскаго, причтеннаго Латинскою церковію къ Святымъ, заняться обращеніемъ Русскихъ. Такъ какъ посланіе наполнено почти одними восклицаніями и риторическими украшеніями, то и сочтено излишнимъ помѣщать его вполнѣ. Довольно выписать изъ него заглавіе и нѣсколько строкъ:

Bernardo Dei gratia Clarevallensi Abbati viro venerabili et reverendo, omni praeconio digno et merito sanctitatis insigni, Matthaeus ejusdem gratia Gracoviensis Episcopus, et Comes Petrus, quos facit facere fructus.

Grates Deo nostro referimus, grates siquidem infinitas, qui vos talem, o Abbatum decus et gloria, nostro suscitavit saeculo, и т. д. похвалы Бернарду. Послѣ

historica et topographica Russiae descriptio, a Venetiano Tiepolo conscripta, denique 4) libellus, a Caesareo legato Pernsteinio elaboratus, unde pariter ac e supra memoratis praeceptis Herbersteinianis patet, Pontifices, qui, parata sibi apud Russos auctoritate, detrimenta illa magna, potestati suae ab ita dictis Protestantibus, in Germania Galliaque in dies frequentioribus, illata, resarciri nonnihil posse putarent, secreto per Viennensium legatos causam suam agitasse.

Nunc reliquum est, ut paucis admoneamus, quaenam acta, ab Albertrandio et Marino deprompta, ad hanc operis editionem referri non potuerint. Etenim apud Albertrandium reperitur epistola, sic inscripta: «anno MCXXX. Matthaei, Craco- «viensis Episcopi, epistola ad S. Bernardum, Abbatem Clarevallensem de susci- «pienda Ruthenorum conversione», in qua epistola Episcopus illi Bernardo, in Sanctorum ecclesiae Romanae numerum relato, persuadere conatur, ut negotium gentis Russorum, ad Christianam religionem convertendae, in se suscipiat. Quae epistola, cum nulla rerum copia se commendet, sed vanis tantum declamationibus et inani verborum tumore repleatur, judicata est indigna, quae huic operi integra immisceatur. Sufficiat hic inscriptionem ejus et aliquot lineas describi: «*Bernardo, Dei gratia Clarevallensi Abbati, viro venerabili et reverendo, omni* «*praeconio digno et merito sanctitatis insigni, Mathaeus, ejusdem gratia Craco-* «*viensis Episcopus et comes Petrus, quos facit, facere fructus*,.

«*Grates Deo nostro referimus, grates siquidem infinitas, qui vos talem, o Abbatum decus et gloria, nostro suscitavit saeculo*» et ita porro innumerae laudes Bernardo. Porro Episcopus Matthaeus: «*Dilectus filius vester, magister A., nos* «*ex parte vestra consuluit, si quis posset et ipsios Ruthenorum ritus atque ob-* «*servantias extirpare. Posset quidem Domine, posset, sed solus ille homo posset,* «*in quo potens gratia esset. Confidimus autem in Domino Jesu, quod, si Abbas* «*Clarevallensis hic esset, hoc bonum facere posset. Gens autem illa Ruthenica,* «*multitudine innumerabili ceu sideribus adaequata, orthodoxae fidei regulam ac* «*verae religionis instituta non servat* etc.

Praeterea libellos inter Albertrandinos occurit epistola cum hac mira inscriptione: «*Natalini, magni ducis Moscovitarum litterae belli denuntiatoriae ad Sigis-* «*mundum Augustum, regem Poloniae et hujus ad illum responsio, anno MDLXIV*» quae epistola incipit ita: «*Nos, Natalinus, Dei et regni ejus Vicarius, potens et ma-* «*gnus Imperator, universae Russiae, Moscovitarum, Novogardianorum, Stolpitio-* «*rum et albae Russiae haeres et princeps, denuntiamus tibi Sigismundo Augusto,* «*jam Poloniae regi, his nostris apertis litteris omnem nostram inclementiam, iram* «*et perpetuam inimicitiam*» cet. Haec epistola, ut sine dubio adulterina, composita

чего Епископъ Матеей продолжаетъ: *Dilectus filius vester Magister A nos ex parte vestra consuluit, si quis posset et impios Ruthenorum ritus atque observantia exstirpare. Posset quidem, Domine, posset, sed solus ille homo posset, in quo potens gratia esset. Confidimus autem in Domino Jesu, quod si Abbas Clarevallensis hic esset, hoc bonum facere posset. Gens autem illa Ruthenica multitudine innumerabili ceu sideribus adaequata, orthodoxae fidei regulam ac verae religioni instituta non servat,* и т. д.

Между списками Альбертранди находится одинъ, подъ слѣдующимъ страннымъ заглавіемъ : *Natalini M. Ducis Moscovitarum litterae belli denuntiatoriae ad Sigismundum Augustum Regem Poloniae et hujus ad illum responsio MDLXIV.* Сія грамота начинается : *Nos Natalinus Dei et Regni Ejus vicarius, potens et Magnus Imperator universae Russiae, Moscovitarum, Novogardianorum, Stolpitiorum et Albae Russiae haeres et princeps denuntiamus tibi Sigismundo Augusto, jam Poloniae Regi, his nostris apertis litteris omnem nostram inclementiam, iram et perpetuam inimicitiam,* и т. д.—Грамота эта исключена, какъ явно поддѣльная, сочиненная кѣмъ нибудь въ Польшѣ для представленія въ смѣшномъ видѣ Московскаго Царя : что доказывается небывалыми въ Россіи именами *Natalinus* и *Stolpitiorum,* неговоря уже о содержаніи сего письма, непохожемъ на слогъ грамотъ Царя Іоанна Васильевича.

Между списками Марини находятся нѣкоторые, хотя и имѣющіе въ заглавіяхъ своихъ : *ad Regem Ruthenorum, ad Regem Russiae, ad Principes Russianorum,* и проч., но касающіеся собственно Сербіи, Далмаціи, Помераніи и Острова Ругена. Всѣ подобныя грамоты надлежало исключить изъ собранія Историческихъ актовъ, собственно до Россіи относящихся; но какъ онѣ суть памятники сношеній Папскихъ съ Славянскими землями, сами по себѣ любопытные, то и будутъ помѣщены въ прибавленіи ко второму тому сего собранія. Туда же отнесены изъ Альбертрандіева собранія письмо Оттокара Короля Богемскаго къ Папѣ Александру IV, и письмо Папы Урбана IV къ тому же Оттокару, отчасти только касающіяся Россіи.

Всѣ акты, здѣсь помѣщенные, напечатаны съ возможною вѣрностью противъ подлинныхъ списковъ. Въ нихъ встрѣчаются многія оскорбительныя выраженія на счетъ православія : но читатели поймутъ, что отъ западныхъ иновѣрцевъ среднихъ вѣковъ нельзя было ожидать другихъ отзывовъ. При каждомъ актѣ составленное Ватиканскимъ Библіотекаремъ заглавіе, переведено на Русскій языкъ. Латинское правописаніе подлинниковъ, часто ошибочное, соблюдено въ точности, исправлены только явныя погрѣшности въ немногихъ собственныхъ именахъ; про-

fortasse a quodam Polono, qui regem Moscoviae risui objicere volebat, id quod non solum ipsius epistolae argumento, plane ab epistolis regis Ioannis Basilidis alieno, sed etiam istis inauditis apud Russos *Natalini*, *Stolpitiorum* nominibus satis comprobatur, ex hoc monimentorum corpore ejecta est.

Inter monimenta demum Marinina reperiuntur nonnullae epistolae, quae inscriptiones quidem hujusmodi prae se ferunt: «*ad regem Ruthenorum*, *ad regem* «*Russiae*, *ad principes Russianorum*» et simil: proprie tamen ad Serbiam, Dalmatiam, Pomeraniam et insulam Rugen pertinent. Omnes ejusmodi epistolae ex actorum numero, proprie Russorum gentem spectantium, merito quidem erant ejiciendae, sed cum eaedem sint per se scitu digna monimenta eorum, quae Pontifices cum Slavorum gentibus agebant, appendici alterius voluminis insertae sunt, quo etiam binae epistolae, ex aliqua parte ad Russiam pertinentes, altera regis Bohemorum Ottocari ad Pontificem Alexandrum IV, altera Urbani IV ad eundem Ottocarum, relatae sunt.

Ceterum quaecunque his actorum voluminibus comprehenduntur summa cum diligentia ex autographis impressa sunt, idque tanta fide, ut vel convicia in ecclesiam nostram Orthodoxam, quae plurima sunt, intacta conservarentur. Etenim aequi lectores facile intelligunt, a hominibus medii aevi, de religionis ratione inter sese dissidentibus, judicia aequiora verbaque leniora expectari vix posse. Singulorum actorum argumentis, a doctissimo bibliothecae Vaticanae praefecto latine conscriptis, ubique Rossicae earundem interpretationes additae sunt. Orthographia quoque latinitatis mediae, falsa quidem saepenumero, accuratissime observata est, adeo ut non nisi manifesta in nonnullis propriis nominibus menda, ex librarii fortasse inscitia orta, ut Riow pro Kiow, tollerentur.

Sunt quidem hic nonnullae epistolarum Pontificiarum, quae jam antea in aliis libris impressa leguntur, sed plerumque haud integrae, et propterea non iniquum nec supervacaneum visum est, illas in hac quoque editione suum sibi locum vindicasse.

Redigendo et edendo huic primo volumini operam, quam poterat, impendit Collegii Archaeographici redactorum princeps et collega Consiliarius stat. A. Chr. Vostocov.

нынѣшнія можетъ быть и отъ недоразумѣнія переписчика; такъ напр. въ одной грамотѣ написано: *Riow,* вмѣсто *Kiow* (Кіевъ).

Нѣкоторыя изъ помѣщенныхъ здѣсь Папскихъ грамотъ, напечатанныя въ другихъ изданіяхъ по большой части невполнѣ, перепечатаны въ настоящемъ собраніи.

Приготовленіемъ къ изданію и наблюденіемъ за печатаніемъ перваго тома Иностранныхъ актовъ, относящихся къ Россіи, занимался главный редакторъ и членъ Археографической Коммиссіи Статскій Совѣтникъ А. Востоковъ.

I.

Gregorii P. VII. ad Demetrium Regem Russorum et ad Reginam uxorem ejus. (Eorum postulationibus de obtinendo a Pontifice regno per filium ipsorum annuitur et nuntii ad eos mittentur).

Папа Григорій VII соизволяетъ на прошеніе Димитрія Короля Русскаго (В. Кн. Изяслава) и супруги его, о доставленіи Великокняжескаго престола сыну ихъ, и посылаетъ къ нимъ пословъ. An. 1075.

Gregorius Episcopus Servus Servorum Dei Demetrio Regi Ruscorum et reginae uxori ejus, salutem et apostolicam benedictionem.

Filius vester limina Apostolorum visitans ad nos venit, et quod regnum illud dono Sancti Petri per manus nostras vellet obtinere, eidem beato Petro apostolorum principi debita fidelitate exhibita, devotis precibus postulavit, indubitanter asservans illam suam petitionem vestro concensu ratam fore, ac stabilem. si apostolicae autoritatis gratia ac munimine donaretur. Cujus votis et petitionibus, quia justa videbantur, tum ex consensu vestro, tum ex devotione poscentis tandem assensum praebuimus, et regni vestri gubernacula sibi ex parte beati Petri tradidimus, ea videlicet intentione atque desiderio charitatis, ut beatus Petrus vos et regnum vestrum omniaque vestra bona sua apud Deum intercessione custodiat, et cum omni pace, honore quoque et gloria idem regnum usque in finem vitae vestrae tenere vos faciat, et hujus militiae finito cursu, impetret vobis apud supernum regem gloriam sempiternam. Quin etiam nos paratissimos esse, noverit vestrae «nobilitatis serenitas (1), et ad quaecumque justa negotia hujus sedis autoritatem pro sua necessitate petierit, «proculdubio (2) continuo petitionum suarum «consequetur (3) effectum. Preterea ut haec, et alia multa quae «litteris (4) non continentur cordibus vestris arctius infigantur missimus hos nuncios nostros quorum unus vester notus est et fidus amicus, qui et ea quae litteris sunt, diligenter vobis exponent, et quae minus sunt viva voce explebunt. Quibus pro reverentia beati Petri, cujus legati sunt, vos mites et affabiles praebeatis, et quicquid vobis dixerint ex parte nostra patienter audiatis, «atque (5) indubitanter credatis, et quae ibi ex autoritate apostolicae sedis negocia tractare voluerint et statuere nullorum malo ingenio turbare permittatis, sed potius eos sincera charitate favendo juvetis. «Omnipotes (6) Deus mentes vestras illuminet, atque per temporalia bona faciat vos transire ad gloriam sempiternam. «Data (7) Romae quintodecimo Kalendas Maij indictione tertia decima (1075).

(Anno Pontificatus II. Epist. 73).

Variae lectiones in Exempl. Albertrandi ex codice Bibl. Princip. Corsinorum Romae.

(1) Serenitatis nobilitas. — (2) *Deest.* — (3) Consequatur. — (4) In litteris. — (5) Et. — (6) Omnipotens. — (7) Datum.

II.

An. 1075. Gregorii P. VII. ad Boleslaum Ducem Poloniae. (Monet eum ut restituat Regi Russiae, quidquid ei ablatum erat.)

Папа Григорій VII увѣщеваетъ Болеслава Князя Польскаго возвратить Королю Русскому отнятое у него.

Gregorius etc., Boleslao Duci Poloniorum (sic) *salutem.*

Quoniam honor qui ministris et dispensatoribus exhibetur ad reverentiam Dominorum proprie attinere dignoscitur, procul dubio gratanter et cum multa dilectione ministrantium labor officiaque suscipiuntur ab his, qui praelatorum personas et auctoritate et corde diligere comprebantur. In hoc autem cognoscimus quod Excellentia vestra Beatum Petrum Apostolorum Principem sinceris affectibus diligit, et ad reverentiam ejus ardenti spiritu dilatatur, quoniam gratuita donatione vestris cum oblationibus honorantes, debitores nobis fieri desiderastis, et sicut in Domino confidimus, promeruistis. Unde et nos qui illius servi dicimur, et esse cupimus, vestrae charitati in Christo connexi sumus, et curam ministerii, ad quod sub obedientia Apostolici Principatus, occulta Dei dispensatio, licet indignos ordinavit atque constituit, in ea parte quae vobis necessarium et honestum fore cognoverimus, tanto sollicitius vobis impartiri cupimus, quanto fidem et devotionem vestram et in obediendo promptiorem et in promerendo devotiorem intelligimus. Verum quia Christianae religionis ordo et provida dispensatio ab his proxime post Deum pendet, qui Dominici gregis pastores et rectores esse videntur, illud vobis primum attendendum est quod Episcopi terrae vestrae non habentes certum Metropolitanae sedis locum, nec sub aliquo positi magisterio, huc et illuc, pro sua quisque ordinatione vagantes, ultra regulas et decreta sanctorum Patrum liberi sunt et absoluti. Deinde vero, quod in tanta hominum multitudine, adeo pauci sunt Episcopi et amplae singulorum parrochiae, ut in subjectis plebibus curam Episcopalis officii nullatenus exequi aut administrare valeant. Pro his et aliis causis, quas hic conscribere omisimus, hos legatos ad vos direximus, quatenus vobiscum pertractatio negotiis, quae ad Ecclesiasticam auram et aedificationem corporis Christi, quod est fidelium congregatio. pertinent; ea quae emendanda sunt, aut ipsi juxta Sanctorum Patrum statuta diffiniant, aut nobis diffinienda referant. Eos itaque sicut nos audite, memores, quod in missione discipulorum ad Evangelium veritas dicat; Qui vos audit, me audit; et qui vos spernit, me spernit. Et ut fructuosus apud vos cursus fatigationis eorum fiat, propter reverentiam Apostolicae legationis, qua funguntur, consiliis et benigna favore juvate. De cetero admonemus vos, et exhortamur in Domino, ut diem ultimum vitae vestrae quem ignoratis quando veniat, et terrorem divini judicii semper coram oculis habentes, commissam vobis potestatem sollicita et Deo placita administratione studeatis, praeparantes vobis divitias in operibus bonis, et thezaurizantes firmum et immobile fundamentum, ut vitam aeternam possideatis. Scire enim debetis, quoniam supernus arbiter, quae vobis commisit, inrequisita non relinquet, cui tanto districtius responsuri estis, quanto ampliora

sunt vera et judiciorum moderamina quo tenetis. Deus autem omnipotens, cujus Majestas est super omnes Principatus et Regna, dirigat cor et actus véstros ad omne opus bonum, in omni prudentia et exercitatione virtutum, quatenus expleto hujus lubricae et cito periturae lucis cursu. Beatorum Petri et Pauli Apostolorum principum meritis et intercessionibus ad veram et sempiternam gloriam pervenire mereamini, detque vobis, devicta per Jesum Christum Dominum nostrum inimicorum vestrorum superbia, pacis et tranquillitatis gaudia, ut ex donis quoque praesentibus cognoscatis futura, quanto sint desiderio appetenda. Quae nimirum si vos delectant, inter omnia servanda est vobis chari- An. 1075.
tas, quam, quod inviti dicimus, in pecunia, quam Regi Ruscorum (sic) abstulistis, violasse videmini. Quapropter condolentes vobis, multum vos rogamus et monemus, ut pro amore Dei et Sancti Petri, quidquid sibi a vobis vel vestris ablatum est, restitui faciatis, non ignorantes, quoniam qui aliorum bona injuste auferunt, nisi emendaverint, si emendare potuerint, nullatenus in Regno Christi et Dei partem habere credendi sunt; hoc autem a vobis eadem charitate quae dicimus, pro salute animae vestrae recipi concupiscimus. Datum Romae XII. Kal. Maji. Indictione XIII.

(Albertr. ex cod. ms. Biblioth. Principum Corsinorum Romæ. 1040. pag. 175 est numero LXXIII).

III.

Innocentii P. III. litteræ Archiepiscopis, Episcopis et universis tam clericis quam laicis per Rutheniam constitutis. (Cardinalis Sti Vitalis mittitur Legatus in partibus eorum).

**Папы Иннокентія III. Письмо къ Духовенству и мі- An. 1207.
рянамъ въ Россіи, о посылкѣ къ нимъ Папскаго Легата, Кардинала Sti Vitalis.**

Litteræ Innocentii Papæ III.

Licet hactenus elongati fueritis ab uberibus matris vestrae tanquam filii alieni, nos tamen qui sumus in officio pastorali a Deo, licet immeriti constituti, ad dandam scientiam plebi suae, non possumus affectus paternos exuere, quin vos sanis exhortationibus et doctrinis studeamus tanquam membra vestro capiti conformare, ut Ephraim convertatur ad Judam, et ad Jerusalem Samaria revertatur. Utinam intelligere vellitis, sapere, ac novissima providere, ut a mentibus vestris omni depulsa caligine, ad viam ab invio redeatis, qui dudum post greges sodalium evagando, vos ejus pertinaciter magisterio subduxistis, quem Salvator noster universalis Ecclesiae caput constituit magistrum, inquiens ad eum; Tu vocaberis Cephas; et, Tu es Petrus, et super hanc petram aedificabo Ecclesiam meam. Et tibi dabo claves regni coelorum. Quodcunque ligaveris super terram erit ligatum et in cœlis et quodcunque solveris super terram erit solutum et in coelis. Cui cum Dominus oves suas pascendas tertio repetito vocabulo commisisset, manifeste dedit intelligi, eum a grege Dominico alienum, qui etiam in suis successoribus ipsum contempserit habere pastorem. Non enim inter has oves et illas distinxit, sed simpliciter inquit: Pasce oves meas, ut omnes omnino intelligantur ei es-

An. 1207. se commissae. Cum igitur una sit et indivisa Domini tunica, nec unquam passa sit divortium sponsa Christi, juxta quod Sponsus in Canticis attestatur; Una est, inquiens, columba mea, una est matri suae, viderunt eam filiae Sion et beatissimam praedicaverunt Reginae, et concubinae laudaverunt eam. Necesse est ut quicunque ab hujusmodi recesserint, acquis submersis diluvii partem cum Angelo Apostata sortiantur. Ut autem ipsius illibata unitas servaretur, unum eidem Dominus, sicut praemisimus B. Petrum, videlicet, caput constituit et magistrum, ut quasi Noe arcam, extra quam animalia derelicta in diluvio submerguntur, salvatis ceteris intra ipsam contentis, in uno cubitu consummaret; pro cujus fide, ne in sua passione deficeret, specialiter exoravit, eidem praecipiens, ut fratres sua conversus aliquando confirmaret. Cum ergo innumeris fere testimoniis scripturarum quas vos nec convenit, nec expedit ignorare, unitas Ecclesiae comprobetur, non est mirum, cum simus, licet immeriti, successores illius, cui jussit Dominus pascere oves suas. Si errabundas oves nitimur ad caulas reducere, ut sicut est unus pastor, sic fiat unum ovile, si totis viribus laboramus, ne quodammodo difforme fiat corpus Ecclesiae, si partem aliquam ab eo contingeret separari. Ut autem ad praesens de reliquis taceamus, cum Graecorum Imperium et Ecclesia pene tota ad devotionem Apostolicae sedis redierit, et ejus humiliter mandata suscipiat, et obediat jussioni, nonne absonum esse videtur, ut pars toti suo non congruat, et singularitas a suo discrepet universo? Praeterea quis scit an propter suam rebellionem et inobedientiam dati fuerint in direptionem et praedam, ut saltem daret eis vexatio intellectum, et quem n prosperis non recognoverant, recognoscerent in adversis? Quia igitur charissimi fratres et filii, si digne volumus impositum nobis pastorale officium adimplere, quantum fragilitas humana permittit, vos ad ea debemus inducere, per quae dispendium temporalium et aeternorum possitis periculum evitare, dilectum filium nostrum G. tituli S. Vitalis Presbyterum Cardinalem, virum genere nobilem, litterarum scientia praeditum, discretum et providum et, suis exegentibus meritis, nobis et fratribus nostris carum admodum et acceptum, ad partes vestras duximus destinandum, ut filiam reducat ad matrem, et membrum ad caput, concessa sibi plenaria potestate, ut evellat et destruat, aedificet et plantet, quae in partibus vestris evellenda et destruenda, aedificanda cognoverit et plantanda. Monemus proinde Universitatem vestram attentius, et exhortamur in Domino, per Apostolica scripta praecipiendo mandantes, quatenus praefatum Cardinalem, tanquam legatum Apostolicae sedis et magnum in Ecclesia Dei locum habentem, imo personam nostram in eo recipientes, humiliter et devote, ipsiusque salubribus monitis et praeceptis pronis mentibus intendentes, quae inter vos statuenda duxerit, tanquam devotionis filii, recipiatis firmiter et servetis; de cujus nimirum circonspectione provida et providentia circumspecta indubitatem fiduciam oblinemus, quoniam dirigente Domino gressus ejus, inter vos ea curabit statuere, per quae Deo, nobis quoque ac vobis pariter, merito poterit complacere. Datum Viterbii Nonis Octobris anno X. (1207).

(Exemplar Albertrandii).

IV.

Honorii P. III. ad Magistrum et Fratres Hospitalis S. Mariae in Jerusalem (Privilegiæ concessa Fratribus Theutonicis Livoniæ).

Папы Гонорія III. къ Магистру и Братіямъ Нѣмецкаго ордена въ Ливоніи, о привилегіяхъ имъ данныхъ. An. 1216.

Honorius Episcopus servus servorum Dei Magistri et Fratribus Hospitalis Sanctæ Mariæ in Jerusalem tam præsentibus quam futuris, salutem in perpetuum.

Etsi neque qui plantat, neque qui rigat sit aliquid, sed qui incrementum dat Deus, humana tamen diligentia impensionis, curae, sollicitudinis debet impendere terra plantas, quae adhuc nonnullae fructus uberes afferunt, et uberiores suo tempore repromittunt. Cum igitur christianae religionis novella plantatio flores, et fructus honoris et honestatis tempestiva foecunditate produxerit, et Deo incrementa dante, sic inceperit expandere ramos suos, ut uberrimam fructuum copiam promittere videatur. Nos, qui qui custodes in dominica vinea positi, et cultores circa virtutum plantaria debemus diligentioris culturae, ac curae studium adhibere, nonnullam plantationem nostram rore apostolicae gratiae irrigare proponimus, et fecunditatem bonorum operum, qua viget ad praesens, et vigebit, divina favente gratia, in futurum, vigilantiae nostrae impendio adjuvare. Eapropter dilecti filii in Domino vestris justis postulationibus clementer annuimus, et domum vestram, seu hospitale, in quo estis ad Dei laudem et gloriam, atque defensionem suorum, et liberandam Christi Ecclesiam congregati, cum omnibus possessionibus et bonis suis, quae in praesentiarum legitime habere cognoscitur, aut in futurum concessione Pontificum, liberalitate Regum, vel Principum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis, praestante Domino, poterit adipisci, sub beati Petri, et nostra protectione suscipimus, et praesentis scripti privilegii communimus: Statuentes, ut perpetuis futurisque temporibus sub Apostolicae Sedis tutela, et defensione consistant. Statuimus etiam, ut ordo fratrum hospitalis circa pauperes et infirmos, ordo fratrum militiae templi circa clericos et milites, ac alios fratres, iuxta institutionem Domus vestrae perpetuis ibidem temporibus observetur. Ad haec statuimus, ut tum pro tuenda Ecclesia Catholica, et ea, quae est sub paganorum tyrannide de ipsorum spurcitia eruenda intrepide laboretis, liceat vobis libere in usus vestros vertere ea, quae de spoliis ipsorum ceperitis paganorum, et ne de his contra voluntatem vestram alicui portionem dare cogamini prohibemus, praesenti quoque decreto sanximus, ut fratres in domo vestra Domino servientes caste, et sine imperio vivant, et professionem suam dantes et moribus probantes, Magistro suo, aut quibus ipse praeceperit, subiecti et obedientes existant. Praeterea quemadmodum domus ipsa vestrae sanctae institutionis et ordinis fons, et origo esse promeruit, ita omnium locorum ad eam pertinentium caput et magistra in perpetuum habeatur. Ad haec adiicientes praecipimus, ut obeunte te, dilecte in Domino fili Herrmannus domus jam dictae Magister, vel

An. 1216. tuorum quorum libet successorum, nullus eiusdem domus fratribus praeponatur, nisi militaris, et religiosa persona, quae vestra religionem et habitum sit professa, nec ab aliis, nisi ab omnibus fratribus insimul, vel a maiori, et saniori parte eorum, qui praeponendus fuerit eligatur. Porro nulli ecclesiasticae saecularive personae infringere, vel minuere liceat consuetudines ad vestrae religionis officii observantiam a Magistro et fratribus salubriter institutas, easdem quoque consuetudines a vobis aliquanto tempore observatas, et scripto firmatas, nisi ab eo, qui Magister extitit, consentiente tamen majori parte Capituli, non liceat immutare, prohibemus insuper et omni mode interdicimus ne ulla ecclesiastica, saecularisve persona a Magistro et fratribus eiusdem domus exigere audeat fidelitates, dominia iuramenta, seu saacularitates reliquas, quae a saecularibus frequentatur. Fratribus quoque vestris post factam in domo vestra professionem, et habitatum religionis assumptum, revertendi ad saeculum omne interdicimus facultatem, nec alicui eorum subsit, post factam professionem et semel assumptam Crucem, habitum vestre professionis abiicere, vel alium locum, maioris vel minoris religionis obtentu, invitis, sive inconsultis fratribus, aut eo, qui Magister existit, transmigrare. Nullique ecclesiasticae, saecularive personae ipsas suscipere liceat et tenere. Sane laborum vestrorum, quos propriis manibus, aut sumptibus colitis, de possessionibus habitis ante concilium generale, vel de animalium vestrorum nutrimentis nullus a vobis decimas exigere, vel extorquere praesumat. Ad haec decimas, quas consilio et consensu Episcoporum de manu clericorum, vel laicorum habere poteritis, quasve consentientibus Episcopis, et eorum clericis acquiretis, auctoritate apostolica vobis confirmamus. Ut autem vobis ad curam animarum vestrarum et salutis plenitudinem nihil desit, atque sacramenta ecclesiastica, et divina officia vestro sacro collegio commodius valeant exhiberi, sancimus ut liceat vobis honestos clericos, et sacerdotes, secundum Deum, quantum ad vestram santificationem ordinatos, undecumque ad vos venientes suscipere, et tam in principali domo vestra, quam etiam in obedientiis, et locis sibi subditis vobiscum habere, dummodo si e. vicino sit, eos a propriis Episcopis expetatis, iidemque nulli alii professioni, vel ordini obnoxii teneantur, quod si Episcopi eos vobis concedere forte non voluerint, nihilominus tamen eosdem suscipiendi et retinendi, auctoritate sanctae Romanae Ecclesiae licentiam habeatis. Si autem aliqui post factam professionem turbatores vestrae religionis aut domus fuerint fortassis inventi, liceat vobis eos cum saniore parte Capituli amovere, ipsisque transeundi ad alium ordinem, ubi secundum Deum vivere velint, et valeant, dare licentiam, et loco ipsorum alios idoneos subrogare, qui etiam unius anni spatio in vestra societate probentur, eoque peracto, si mores eorum exegerint, et utiles fuerint ad servitium domus vestrae inventi, tunc demum professionem faciant regularem, promittentes se regulariter vivere, ac Magistro proprio obedire, ita tamen quod eundum vobiscum victum subeant, et vestitum, nec non lectisternia, hoc excepto quod clausa vestimenta portabunt. Sed nec ipsis liceat de Capitulo, vel cura domus vestrae temere intermittere, nisi quantum a vobis eis fuerit injunctum. Praeterea nulli personae extra vestrum Capitulum subjecti, tibique, dilecte in Domino fili, Magister, tuisque successoribus, tanquam Magistro et Praelato suo deferant, secundum ordinis vestri instituta. Consecrationes vero altarium, seu Basilicarum, ordinationes clericorum, qui ad sacros ordines fuerint promovendi, et cetera Ecclesiae sacramenta a Diocesanis suscipietis Episcopis, siquidem catholici fuerint, et gratiam et communionem sedis ap̃licae ha-

buerint, et ex gratis, absque aliqua pravitate vobis voluerint exhibere. Alioquin liceat vobis catholicum quemcumque malueritis, adire Episcopum, qui nostra fretus auctoritate, quod postulatur impendat. Si quando vero loca deserta fuerint eidem domui vestrae ab aliquo pia devotione collata, liceat vobis ibidem aedificare villas, ecclesias, et coemeteria ad opus hominum ibidem manentium fabricare, ita tamen quod in vicinia illa Abatia, vel religiosorum collegium non existat, quae ab hoc valeat perturbari. Cum autem multae terrae quolibet iusto titulo vobis conferentur, facultatem, et licentiam habeatis ibidem ad opus transeuntium, et eorum tantum, qui de mensa vestra fuerint, construendi oratoria, et coemeteria faciendi. Est enim indecens, et periculo proximum animarum, religiosos fratres, occasione adeundae Ecclesiae, virorum turbis et mulierum immisceri. Sane quicumque in vestro collegio, suscipientur, stabilitatem boni, conversionem ceterorum, seque militaturos Domino diebus vitae suae sub obedientia Magistri vestri, posito scripto super altari, in quo contineantur ista, promittant. Decernimus igitur, ut receptores vestrarum fraternitatum, sive collectarum, salvo jure dominorum suorum, in beati Petri, et nostra protectione consistant, et pace in terris, quibus fuerint, potiantur. Simili quoque modo sancimus, ut his, qui in vestra fraternitate fuerint recepti ita quod ordini vestro adhuc manentes in seculo sint oblati, mutato habitu seculari, vel vobis inter vivos dederint bona sua, retento sibi quandiu in seculo vixerint usufructu, si forte Ecclesiae, ad quas pertinent, a divino officio fuerint interdictae, ipsosque mori contigerit, sepultura ecclesiastica non negetur apud vestras, vel aliorum non interdictas Ecclesias, quibus elegerint sepeliri, nisi excommunicati, vel nominatim fuerint interdicti, et alios quoque confratres, si eos Ecclesiarum Praelati apud suas Ecclesias non permiserint sepeliri, apud vestras deferre possitis tumulandos. Praeterea si qui fratrum vestrorum ad recipiendas easdem fraternitates, vel collectas a vobis missi fuerint in quamlibet Ecclesiam, castrum, civitatem, vel villam, in eodem civitate, castro, vel villa una tantum Ecclesia ipsius ordinis fratribus in eorum iocundo adventu semel aperiatur in anno, et exclusis excommunicatis, et nominatim interdictis, divina ibidem officia celebrentur. Statuimus etiam, ut nulli Episcopo in Ecclesiis vobis utroque jure subjectis, interdicti, vel excommunicationis liceat sententiam promulgare. Veruntamen si generale interdictum terrae in locis illis fuerit promulgatum, exclusis excommunicatis, et nominatim interdictis, clausis janius absque signorum pulsatione, plene divina officia celebretis. Decernimus insuper auctoritate aplica, ut apud quemcumque locorum, vos venire contigerit, ab honestis et catholicis sacerdotibus poenitentiam, unctionem, seu quaelibet alia ecclesiastica sacramenta vobis suscipere liceat, ne forte ad perceptionem spiritualium bonorum aliquid vobis desit. Quia vero omnes unum sumus in Christo, et non est ipsorum differentia apud Deum, tam remissionis peccatorum, quam alterius beneficentiae, atque aplicae benedictionis, quae vobis indulta est, tam familiam vestram, quam vestros participes esse volumus servientes. Nulli ergo omnino hominum liceat temere perturbare praedictum locum, aut eius possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, seu quibus libet vexationibus fatigare, sed omnia integra conserventur, vestris, atque aliorum Dei fidelium usibus omnimodis profutura. Salva in omnibus Sedis aplicae auctoritate. Si quis igitur nostrae constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo, tertiove commonitus, nisi suum reatum congrua satisfactione correxerit, potestatis, honorisque sui careat dignitate, reumque se judicio existere de perpetua

An. 1216.

An. 1216. iniquitate recognoscat, et a sacratissimo corpore et sanguine Dei et Redemptoris Jesu Christi alienus fiat, et in extremo examine districtae subiaceat ultioni. Conservantes autem haec omnipotentis Dei, et beatorum Petri et Pauli Apostolorum eius benedictionem et gratiam consequantur. Datum etc.

Ex libro ms., cui titulus: Nuntiatura di Polonia. tom. 12. pag. 322. qui adservatur in Tabulariis secretioribus Vaticanis.

V.

An. 1217. **Honorii P. III. ad Comitum Albertum de Alsatia. (Laudatur Albertus Comes Alsatiæ paratus suscipere crucem contra paganos Livoniæ.)**

Папы Гонорія III. къ Альберту графу Альзацскому, котораго похваляетъ за готовность его предпринять крестовый походъ противъ язычниковъ Ливоніи.

Nobili viro Comiti Alberto de Alsatia Honorius Episcopus servus servorum Dei.

Ab aquilone revelata perfidia succendit ollam, quae tactas pene oves, puerosque consumpsit, et dum succenditur persecutionum angustiis suscitatis, nisi is, qui imperat ventis et mari, statuat medium fornacis quasi ventum roris flantem, ut ignis succensio conquiescat, timendum est ipsi populo christiano ne a septentrione interceptus in flamma ab oriente, et meridie inimicorum injuriis provocatus, ab occidente quassatus superstitione bellorum affligatur inter angustias, et afflictus inter molestias angustetur. Sane nuper iniquitatis ille filius ad aquilonem posuit trhonum suum, expetens ut cribraret sicut triticum populum christianum, dum in circuitu ejus paravit insidias, et ipsum undique persecutoribus circumduxit, et ut de aliis mundi partibus taceamus, bestia in Livonica regione surrexit, que ore aperto absorbet plurimos, habens fiduciam quod Jordanis influat in os ejus, contra quam sic accingi necesse est populum christianum, quod dum ab una parte propulsat injurias, ab alia promptu periculum non incurrat. Inter eos autem, qui terre illi sic afflicte parati sunt snbvenire, tu ad subveniendum ei tanto te accinxisti viriliter, ac potenter quantaper subventionem tuam majora speramus eidem commoda proventura. Verum quia, sicut tuis nobis litteris intimasti, te pro expeditione regia in remotis agente, cum ad bone memorie Innocentiũ predecessorem nostrum litteras destinasses ut tibi liceret caracterem Crucis accipere volenti contra paganos livonicos proficisci, medio tempore multi de familia tua tuum propositum nescientes pro subventione terre Jerusalemitane Crucis signaculum receperunt. Unde cum tu familiaribus tuis carere non possis, nec sine ipsis commode votum̃ peregrinationis implere, a nobis humiliter postulasti ut saltem decem de familia tua specialibus, qui quasi pars tui corporis esse videntur, dare licentiam dignaremur ut tecum in Livoniam transire valeant, voto peregrinationis terre sancte in aliud commutato. Licet autem majori bono preponi non debeat minus bonum, quia tamen sicut oportet nos succurrere sancte, ut pusillum gregem gentis Livoniae, cui complacuit Dominus dare re-

gnum, nullatenus omittamus, volentes nihilominus te virum, sicut dicitur, timoratum, et apostolice sedis devotum, in tuis precibus exaudire, venerabili fratri nostro Slesuicensi Episcopo, et dilecto filio Abbati de Aurea insula Slesuicensis diocesis, de quorum discretione gerimus fiduciam pleniorem, domus nostris litteris in mandatis ut, pensatis, et consideratis circumstantiis negotii universis, si terre illi Livonice viderint expedire, ac utile tibi fori, ut decem de hominibus tuis, quorum electionem ipsis, et tue prudentie duximus relinquendam, tecum transeant ad servitium Jesu Christi, iidem auctoritate nostra peregrinationis voto mutato ipsis tribuant tecum licentiam transeundi, proviso prudenter ne in elusionem voti prius emissi aliquid attemptetur. Datum Laterani VIII Kalendas Februarii, Pontificatus nostri anno primo. An. 1217.

Ex Regesto authographo litterarum aplicarum. Honorii P. III. An. I. tom. 1. epist. 197.

VI.

Honorii P. III. ad Episcopum Livoniensem (Episcopis institutis et consecratis in Livonia benedictionem impendat.)

Гонорія III. къ Епископу Ливонскому, о поставленіи и посвященіи Епископовъ въ Ливоніи. An. 1217.

Episcopo Livoniensi Honorius Episcopus servus servorum Dei.

Cum in partibus Livoniae multiplicata per Dei gratiam messe fidelium, et regionibus circumquaque albescentibus jam ad messem necesse sit, sicut asseris, operariorum numerum adaugeri, Fraternitati tue, de qua gerimus in Domino fiduciam pleniorem, auctoritate presentium indulgemus, ut locorum et rerum circumstantiis provide circumspectis, auctoritate nostra in partibus illis ecclesias instituas cathedrales, in quibus viros idoneos, qui tanto congruant oneri et honori eligas in Episcopos, et accersitis duobus vel tribus Episcopis, vice nostra electis munus consecrationis impendas. Datum Ferentini XI. Kalendas Octobris, anno secundo. (1217).

Ex Regesto autogr. litterar. Honorii III. an. II. epist. 655.

VII.

An. 1219. **Honorii P. III. ad Episcopum Livoniensem. (In tutelam beati Petri una cum sua Ecclesia recipitur, eique terræ Estoniæ ac Semigalliæ confirmantur.)**

Папа Гонорій III. принимаетъ Епископа Ливонскаго купно съ церковью его подъ покровительство Св. Петра и подтверждаетъ ему владѣніе Эстоніею и Семигалліею.

Livoniensi Episcopo salutem et apostolicam benedictionem Honorius Episcopus servus servorum Dei.

Cum a Nobis petitur, etc. Eapropter etc. usque inclinati, personam tuam, nec non Ecclesiam tuam Livoniensem, cui Deo autore presides cum omnibus bonis, que impresentiarum rationabiliter possides, aut in futurum justis modis, prestante Domino, poteris adipisci, sub beati Petri, etc. usque suscipimus. Specialiter autem Estoniam, Seloniam, et Semigalliam terras de novo in Livonia acquisitas, sicut eas juste, et pacifice possides, tibi, et Livoniensi Ecclesie auctoritate apostolica confirmamus, et presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo etc. nostre protectionis, et confirmationis infringere. Si quis autem etc. Datum Viterbii. V. Kalendas Novembris, Pontificatus Nostri anno quarto.

Ex Regesto autogr. Honorii III. an. IV. epist. 534.

VIII.

An. 1219. **Honorii P. III. ad Regem Daniæ. (Monetur Rex, ut liberum transitum præbeat peregrinis crucesignatis qui in subsidium Terræ Sanctæ noviter acquisitæ in Livonia se accingunt.)**

Папа Гонорій III проситъ Короля Датскаго, дать свободный проѣздъ крестоносньмъ странникамъ, текущимъ на помощь новоустановленному въ Ливоніи Христіанству.

Illustri Dacie Regi salutem et apostolicam benedictionem Honorius Episcopus servus servorum Dei.

Ut te christiane fidei, sine qua nemo salvatur, sicut decet, virum catholicum, exhibeas zelatorem, peregrinos, qui se Christi obsequio ascribentes, ab subsidium terre acquisitionis ejus in Livonia se accingunt, non solum non debes aliquatenus retardare, vel quominus illuc fidelium deferantur elemosine impedire, verum etiam et illis impendere auxilium, et favorem, et de tuo

deberes elemosinam erogare, cum juxta sapientis dictum nemo debeat prohibere alium benefacere, set si potest cuilibet benefacere teneatur. Quia igitur salutem tuam paterno zelamus affectu, Serenitatem Regiam rogandam duximus attente, et hortandam, quatinus peregrinos libere illuc transire permittens, eorum transitum, quantum in te fuerit, non patiaris ab aliquibus impediri, ita quod tibi exinde meritum apud Deum, et apud homines compares nomen bonum, nosque Celsitudinem tuam possimus merito commendare. Datum Viterbii IV. Kalendas Novembris anno quarto. An. 1219.

Ex Regesto autogr. an. IV. epist. 585.

IX.

Honorii P. III. ad Episcopum Revallensem. (Christum in Estonia prædicanti Religiosi viri sibi adjungantur permittitur).

Папа Гонорій III. позволяетъ Епископу Ревельскому брать себѣ въ помощь духовныхъ особъ для проповѣди Евангелія въ Эстоніи. An. 1220.

Episcopo Revallensi Honorius Episcopus servus servorum Dei.

Cum zelo caritatis accensus portes coram paganis Estonie nomen Christi, ut, faciente illo, qui neminem vult perire, per tue predicationis ministerium ad agnitionem veniant veritatis, nos pio labori tuo volentes favorem apostolicum exhibere, presentium tibi auctoritate concedimus, ut viros religiosos tam Ordinis Cistercien., quam aliorum, quos esse noveris ad hoc opus idoneos, cum Abbatum, et Prepositorum suorum licentia tecum ducere valeas, et ad predicandum Christum dictis Paganis libere destinare. Datum Viterbii XIV. Calend. Aprilis, anno quarto.

(*Ex Regesto autogr. litterar. ann. IV. epist. 689*).

X.

Honorii P. III. ad Abbates et præpositos Cisterciensis ordinis et aliorum. (Episcopo Revallensi Evangelium in Estonia prædicanti adjutores Religiosi viri concedantur).

Папа Гонорій III. извѣщаетъ настоятелей монашескихъ орденовъ о данномъ Епископу Ревельскому позволеніи, принимать къ себѣ въ помощь Духовныхъ особъ для проповѣди Евангелія въ Эстоніи. An. 1222.

Abbatibus et Prepositis tam Cisterciensis ordinis quam aliorum presentes litteras inspecturis, Honorius Episcopus servus servorum Dei.

Cum venerabilis frater noster.... Revallensis Episcopus zelo caritatis accensus portet coram Paganis Estoniae nomen Christi, ut, faciente illo, qui neminem vult perire, per sue predica-

An. 1220. tionis ministerium ad agnitionem veniant veritatis. Nos pio labori ejus volentes favorem apostolicum exhibere, devotionem vestram rogandam duximus et hortandam, per apostolica vobis scripta mandantes, quatinus aliquos de fratribus vestris ad hoc opus idoneos, eidem cum requisierit in hujusmodi ministerium libere concedatis. Datum Viterbii XIV. Kalend. Aprilis, Anno quarto.

(*Ex Regesto autogr. litterar. anno IV. epist. 690*).

XI.

An. 1220. Honorii P. III. ad Episcopum Livoniensem. (De non erigenda nova Metropoli in Livonia).

Папа Гонорій III не соглашается на просьбу Епископа Ливонскаго, учредить новую Митрополію въ Ливоніи.

Livoniensi Episcopo Honorius Episcopus servus servorum Dei.

Cum personam tuam speciali prerogativa dilectionis et gratie complectamur utpote quod electus a Domino an gentibus predicator ministerium tuum honoras incofusibilem te operarium exhibendo preces tuas libenter cum possumus exaudimus, sicut et ipse potes perpendere per effectum, et nuntii tui, qui pro tempore ad sedem apostolicam accesserunt perhibere possunt testimonium veritati. Ceterum licet nobis humiliter supplicaris multiplicatis intercessionibus plurimorum, ut in Livonia novam creare metropolim dignaremur, nos hujus rei circumstantiis provide circumspectis, id nondum expedire Livoniensi Ecclesie arbitrantes, preces tuas ad presens nequivimus exaudire differendo petitionis effectum, ut eum efficacius conferamus tempore opportuno, illiis exemplo qui petitionem matris filiorum Zebedei minus recte prolatam tandem ad votum supplicis exaudivit. Ideoque fraternitatem tuam monemus attento, quatinus propter hoc nullatenus movearis, set de gratia, et favore nostro cursum studeas, quia nos ad profectum tuum, et Ecclesie Livoniensis opem, et operam impendemus, nostris reputantes votis accedere quidquid tibi honoris, et gratie poterimus elargiri. Datum Viterbii VII. Idus Novembris, anno quarto. (1220)

(*Ex Regesto autogr. litter. Anno IV. ep. 589*).

XII.

Honorii P. III, ad judices in Livonia. (Ut Rutheni venientes inhabitare Livoniam, Latinorum observantiis constringantur).

Папы Гонорія III предписаніе судьямъ въ Ливоніи, дабы переселяющіеся въ Ливонію Русскіе принуждаемы были наблюдать законъ Латинскій. **An. 1222.**

Honorii III. judicibus in Livonia.

Ex parte venerabilis fratris nostri Episcopi Ecclesiae Livoniensis nobis innotuit, quod Rutheni quidam veniunt inhabitare Livoniam, qui Graecorum ritus pro parte sectantes, Latinorum Baptismum, quasi rem detestabilem execrantes, solemnitates et statuta jejunia non observant, contracta inter Neophitos matrimonia dissolventes. Ne igitur nisi talium insolentia compescatur, Schisma Graecorum suscitetur, antiquum nos illud videamur sub dissimulatione fovere, mandamus, quatenus hujusmodi Ruthenorum insolentiam auctoritate Apostolica compescatis, facientes pro Neophytorum scandalo evitando, ut praedicti Rutheni Latinorum observantiis constringantur, ubi ritibus innitendo Graecorum separari a capite hoc est a Romana Ecclesia dignoscuntur. Datum Laterani VI. Idus Februarii, Pontificatus nostri anno sexto. (Respondet anno Christi 1222).

(Exempl. Albertr. ex codice Vaticano inter veteres Vaticanos 6198. pag. 283).

XIII.

Honorii P. III. ad Abbatem Monasterii de Reiddathgthusen. (Ut Prior Monasterii de Reiddathgthusen Cisterciensis ordinis iterum in Livonia prædicationis officium assumat).

Папы Гонорія III къ Аббату монастыря Рейддатгт-гузенскаго, дабы Пріоръ того монастыря вторично принялъ ва ссбя званіе пѣропроповѣдника въ Ливоніи. **An. 1224.**

Abbati Monasterii de Reiddathgthusen Cisterciensis ordinis, Honorius Episcopus servus servorum Dei.

Cum dilectus filius...... Prior Monasterii tui Deo gratius exhibere possit obsequium, quam ad agnitionem ejus animas oberrantes adducere, ut lucrifaciat sibi eas non sine causa miramur, quod sic Ven. frater noster Livoniensis Episcopus suis nobis litteris intimavit, cum eundem priorem dudum elegerit, et assumpserit ad evangelizandum in partibus illis Dominum Jesum

An. 1224. Christum, et, dante Domino, evangelizanti virtutem. multos de tenebris gentilis erroris ad lucem revocaverit catholicae veritatis, nec reversus ad claustrum illectus dulcedine contemplative quietis, et quasi pulchre Rachelis irretitus amplexibus ad opus utilitatis active, vel potuis utilissime actionis, tanquam lippe Lie fecunditate contempta, redire non curat, non attendens, quod unigenitus Dei filius, ut multis prodesset, de sinu patris ad publicum nostrum exiit pre caritate nimia humanatus, et Apostolus omnibus omnia factus, ut lucrifaceret omnes Deo cupiebat fieri pro fratribus anathema. Ne igitur data predicto priori a Domino gratia do jure privetur, si eam usque ad eo sibi velit habere privatam, quod ipsam communicare aliis pertimescat, eidem nostris dedimus litteris in mandatis, ut timens ne torpore silentii tot perdidisse animas Domino videatur, quod vigore predicationis lucrifacere potuisset, et premii spe illectus eo quod erunt tamquam stelle perpetuo in firmamento locate, qui multos erudiunt ad salutem, predicationis officium resumere non postponat, ita quod credita sibi talenta Domino referens geminata, commendari ab ipso, et in gaudium ejus recipi feliciter mereatur. Quocirca discretioni tue per apostolica scripta mandamus quatinus ei super hoc non solum licentiam largiaris, immo precipias, et iniungas. Datum Laterani V. Kal. Febr. anno octavo (1224).

(Ex Regesto autogr. anno octavo, epist. 228).

XIV.

An. 1224. **Honorii P. III. ad universos Christi fideles, per Russiam constitutos. (Ut subsidium præstent Livoniensi, Seloniensi et Lealensi Episcopis, aliisque prædicantibus fidem in Livonia pro defensione neophytorum).**

Папы Гонорія III, воззваніе ко всѣмъ Христіанамъ въ Россіи, дабы подавали помощь Епископамъ Ливонскому, Селонскому и Леальскому и другимъ вѣропроповѣдникамъ въ Ливоніи, на защиту новообращенныхъ.

Universis Christi fidelibus per Russiam constitutis salutem et apostolicam benedictionem Honorius Episcopus servus servorum Dei.

Legistis, ut credimus, et memorie commendastis qualiter Apostolus fieri mandabat in Ecclesia primitiva collectas, per quas posset Sanctorum multitudinis, qui erant in Jerusalem, necessitatibus subveniri, suo secuturo post se docens exemplo, ut in similibus simili consilio uterentur. Cum igitur venerabiles fratres nostri Livoniensis, Seloniensis, et Lealensis Episcopi, et alii, qui in partibus Livonie evangelizant Dominum Jesum Christum et eos qui jam per baptismum induerunt eumdem defendere satagunt ab incursibus paganorum, qui velut alie Amalechite impugnant multipliciter Israelem, ut eum vel in deserto perimant, vel revocent in Egiptum non sufficiant ad onera expensorum, nisi eis ex liberali subveniantur fidelium pietate.

Universitatem vestram monendam duximus, et hortandam in remissionem vobis peccaminum iniungendo, quatinus de bonis vobis a Deo collatis, pro tam laudabili opere pias eisdem elemosinas erogetis, obligaturi vobis exinde bonorum omnium largitorem. Datum Laterani XVI. Kalendas Decembris anno nono. (1224). An. 1224.

(Ann. IX. epist. 96).

XV.

Honorii P. III. ad universos Archiepiscopos, et Episcopos, Abbates, etc. et universos alios Ecclesiarum Prælatos. (Episcopus Mutinensis mittitur Legatus in Livoniam, Prussiam, etc.).

Папы Гонорія III. всѣмъ Архіепископамъ, Епископамъ, Аббатамъ и другимъ Настоятелямъ церквей, о посылкѣ Епископа Моденскаго Легатомъ въ Ливонію, Пруссію, и пр. An. 1224.

Universis Archiepiscopis et Episcopis, Abbatibus, Prioribus, Archidiaconibus, Archipresbyteris, et universis aliis Ecclesiarum Prelatis, Salutem et Apostolicam benedictionem Honorius Episcopus servus servorum Dei.

Cum is, qui secundum sue omnipotentiam majestatis, nec loco potest nec tempore comprehendi, utpote incircumscriptibilis, et immensus et stabilis manens dat cuncta moveri, faciat spiritus suos Angelos et ministros, celorumque altitudine inclinata carnem assumens humanam pro eo, qui delicie sue se esse cum filiis hominis, discipulos, quos elegerat in mundum destinaverit universum, ut omni predicarent evangelium creature, suo nos instruxit exemplo, ut ejus sequentes vestigia cum assumpti simus in plenitudinem potestatis, nec per nos ipsos possimus singulis negotiis imminere inter eos, quos in partem sollecitudinis evocavimus onera, quasi Gethro usi consilio dividamus unicuique secundum virtutem propriam, quam variis temporibus imminent committendo. Sane cum in partibus Livonie ac Pruscie duritie cordium infidelium tamquam terra vaste solitudinis ymbre gratie divine compluta, et nomine sancte predicationis exculta, semen uberius Domine feliciter in segetem pullulet, ita quod regionis albe sint jam ad messem, que quidem dante Domino incrementum multa est, operarii vera pauci, expedit, ut alii mittantnr illuc metere, quod alii seminarunt, quatinis secundum evangelicam veritatem, qui seminant simul gaudeant et qui metunt. Ceterum quia pro negotiorum emergentium qualitate necesse habemus idoneas personas eligere, quibus eo fiducialiter committamus, ecce ad evangelizandum in partibus illis Dominum Jesum Christum eligimus venerabilem fratrem nostrum Guillelmum Mutinensem Episcopum, vel potius nobis quasi dicentibus, quem mittemus et quis ibit, nobis idem cum Isaia obtulit se mittendum, qui honestate vite, conversatione religionis, et eruditione scientie preditus, nec ignorans quod nullum

An. 1224. Deo sacrificium sit acceptum, quam lucrum querere animarum, totum ad id totaliter se impendit, exemplum bonorum operum ponendo seipsum, prout non tam argumentis probabilibus, quam experimentis evidentibus clarius luce patet. Quare commisso sibi plene legationis officio, tam in predictis regionibus, quam in Holzseten, Hestonia, Semigallia, Samblandia, Curllandia, Wirllandia, et in insulis Culandie, Burgundomline, Rive, Cothlandie ipsum ad partes illas providimus destinandum; firmam spem, fiduciamque tenentes, quod tanto quis Christo sibi ipso propitis aget felicius, quanto propria minus queret eove facilius diffusa in labiis suis gratia optatum consequetur effectum, quo solet quod predicat perfectius opere adimplere. Ideoque Universitatem vestram rogamus, monemus, ac hortamur, ac per apostolica vobis scripta firmiter precipiendo mandantes quatinus eumdem apostolice sedis legatum recipientes humiliter, et devote ipsius salubribus mandatis, et monitis efficaciter pareatis, et spiritualia seminanti temporalia ministrando, ita quod exinde divinam et nostram gratiam possitis uberius promereri. Alioquin sententiam, quam idem tulerit rite in rebelles ratam habebimus, et faciemus, auctore Domino, inviolabiter observari. Datum Laterani II. Kal. Januarii, anno nono. (1224).

(Ann. IX. epist. 129).

XVI.

Honorii P. III. ad Livonienses et Prutenos ad fidem Christi conversos. (Sub beati Petri et Ecclesiæ Romanæ protectione recipiuntur).

Папы Гонорія III. къ Ливонцамъ и Прусакамъ, обращеннымъ въ вѣру Христову, о принятіи ихъ водъ покровительство Св. Петра и Римской церкви.

Livoniensibus et Prutenis ad fidem Christi conversis Salutem et Apostolicam benedictionem Honorius Episcopus servus servorum Dei.

Ecclesie Romane, que in Christo Jesu per evangelium vos noscitur genuise, pro peculiari populi sibi vos proposuit retinere, gaudens, et exultans, quod vos, qui sicut, adolescentior filius peregre in regionem profecti longinquam eratis peccatis mortui resurrexistis, et estis qui perieratis inventi, transformati secundum misericordie divine divitias, in vasa gratie, qui vasa ire apta in interitum fueratis. Cum igitur vocati sitis in libertatem filiorum Dei ex aqua, et Spiritu Sancto renati, et ubi Spiritus Dei est debeat esse libertas, ac valde indignum existeret, ut deterioris conditionis haberemini conversi ad fidem, quam cum infideles essetis cum potius secundum Apostolum diligentibus Deum omnia cooperentur in bonum, personas vestras, et aliorum, quos ex vestra, seu alia quacumque gente in partibus illius constituti ex gratia divina contigerit, sub beati Petri, et nostra protectione sunt, statuentes, ut in libertate vestra manentes nulli alii sitis quam soli Christo, cujus efficimini acquisitionis populus, et obedientie Ecclesie

Romane subjecti. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre protectionis et constitutionis infringere, vel ei ausu temeraris contraire presumat. Si quis autem etc. Datum Laterani III Nonas Januarii anno nono (1224). An. 1224.

(Ann. IX. epist. 130).

XVII.

Honorii P. III. ad Episcopum Mutinensem. (Conceditur ei facultas instituendi Episcopos, illosque consecrandi).

Папа Гонорій III даетъ Епископу Моденскому власть поставлять и посвящать Епископовъ. An. 1225.

Mutinensi Episcopo Apostolicæ sedis Legato Honorius Episcopus servus servorum Dei.

Sperantes quod, aperiente ostium Domino qui aperit, et nemo claudit, claudit, et nemo aperit, iam intratura sit ad fidem gentium plenitudo, te ad evangelizandum Dominum Jesum Christum barbaris nationibus, commisso tibi legationis, officio providimus segregandum, fiducia concepta non modica quod, cooperante fidei tue merito, se illis clementer Dominus revelabit, ut populus, qui hactenus ambulat in tenebris, videat lucem magnam, orto eis per fidem illo, qui omnem hominem in hunc mundum illuminat venientem, fiatque ut sacrosancta Ecclesia numero et merito augeatur, dilatato loco tentorii, et funibus tabernaculorum ejus extensis. Ceterum, ne aliquid tibi desit in ulla gratia, quam tibi desit possumus impertiri, ordinandi Ecclesiam, quam sibi Dominus acquiret per tue ministerium servitutis, et novos in ea creandi Episcopos, et creatos, accersitis tibi duobus, vel tribus Episcopis, iuxta sanctiones canonicas consecrandi, fraternitati tue auctoritate presentium concedimus facultatem. Datum Laterani V. Idus Januarii, anno nono. (1225).

(Ann. IX. epist. 144).

XVIII.

An. 1226. Honorii P. III. ad communitatem civitatis Rigensis. (De jure Gothorum concesso civitati Rigensi a Livoniensis Episcopo).

Папы Гонорія III. къ Рижскому градскому обществу, о дарованномъ городу Ригѣ Ливонскимъ Епископомъ правѣ Готскомъ.

Communitate Civitatis Rigensis Honorius Episcopus servus servorum Dei.

Ea, que judicio, vel concordia, ... Eapropter petitionibus vestris grato, ac benigno concurrentes assensu, compositionem, que inter vos ex parte una, et Venerabilem Fratrem nostrum Episcopum Livoniensem...... Prepositum Rigensem, et Fratres Militie Christi Livoniensis diocesis ex parte altera, super jurisdictionibus, et libertatibus civitatis vestre, mediante Venerabili fratre nostro G. Mutinensi Episcopo, Apostolice Sedis Legato amicabiliter intervenit, prout in ipsius litteris plenius continetur, sicut sine pravitate provide facta est, et ab utraque parte sponte recepta, et hactenus pacifice observata, auctoritate apostolica confirmamus, et presentis scripti patrocinio communimus. Ad maiorem autem rei evidentiam tenorem litterarum ipsarum de verbo ad verbum presentibus duximus inserendum, qui talis est. Coram nobis W. divina miseratione Mutinensi Episcopo, Apostolice Sedis Legato inter Venerabilem Fratrem Alb. Livoniensem Episcopum, et dilectos filios Jo. Rigiensem Prepositum, et Wlch. Magistrum militie Christi in Livonia ex una parte, et Albertum Sindicum Civitatis Rigensis nomine ipsius civitatis, ex altera, super jurisdictione ipsius civitatis, et snper moneta, et super quibusdam aliis capitulis, quod hujusmodi vertebatur. Dicebat namque Sindicus pernominatus civibus licere judicem civitatis constituere, eoquod haberent jus Gothorum sibi ab Episcopo a constitutione civitatis concessum, super quibus interrogatus jam dictus Dñus Episcopus, pro se, Preposito, et Magistro presentibus ibidem, et consentientibus respondit, quod a constitutione civitatis concessit civibus in genere jus Gotorum, et specialiter libertatem a duello, theloneo, candente ferro, et naufragio. Dubitabatur autem inter eos quid esset jus Gotorum, de quibus omnibus de consensu nostro eis placuit transigere in hunc modum, videlicet, quod cives possint sibi libere judicem eligere civitatis, et Electum debeant Episcopo presentare, et Episcopus ipsum investiet. Ille vero judex de omni causa temporali cognoscat, homines autem, qui sunt de jurisdictione Episcopi, vel aliorum, qui ab Episcopo feudum tenent, ut Magister, Prepositus, et alii, non teneantur sub predicto judice respondere; nisi de contractibus, et delictis in civitate, vel infra marchiam civitatis commissis, vel contractis. Si autem Episcopus, Prepositus, Magister, et Abbas de Dunemont habuerint domos, aut agros infra Marchiam civitatis, et in hiis contractum fuerit aliquid, vel commissum sub eo, cujus fuerit domus, vel ager, debeat terminari. Et si quis civis in jurisdictione Episcopi, Prepositi, vel Magistri possessiones habuerit, vel ibi contraxerit, seu delictum commiserit, teneatur sub eo, cujus fuerit jurisdictio, respondere; Clerici vero, vel alios viri religiosi, ut Magister et frater ejus, vel Hospitalarii,

ut Sancti Spiritus, et Sancti Lazari, de nulla causa teneantur sub predicto civitatis judice respondere. Monetam autem in civitate fieri cujuscumque forme, sit in potestate Dñi Episcopi, dum tamen ejusdem bonitatis sit, et ponderis, cujus est moneta Gottorum, seu Gutlandie. Cives vero liberi sint in predictis quatuor capitulis, scilicet a ferro, thelonio, naufragio, et duello. Omnibus autem volentibus intrare civitatem ad habitandum, liceat cives fieri predicte libertatis. Si quid etiam poterunt probare infra triennium esse de jure Theotonicorum commorantium in Gutlandia, eodem gaudeant et Rigenses, excepto eoquod, si Theotonici Gutlandia An. 1226.
instituerent aliquatenus aliquatenus sacerdotem, Rigenses tamen nunquam possint constituere sacerdotem. Actum in Riga, anno Domini MCCXXV. Mense Decembris XIII. Indictione, presentibus Dño Lamberto Episcopo Semigallie, Dño Guido Episcopo Renelensi, Magistro Lamberto Constendalensi Canonico, Comite Borgardo, Bernardo cive Rigensi, Ludolfo de Honovere Lubicensi Canonico, Mercatoribus, et etiam peregrinis. Nulli ergo etc. confirmationis etc. Si quis, etc. Datum Laterani XIII. Kalendas Decembris, Anno XI. (1226).

(Ann. XI. epist. 394).

XIX.

Honorii P. III. ad Magistrum et fratres Militiæ Christi in Livonia. (Ut recipere possint peregrinos, qui in Livonia pro fidei propagatione remanere voluerint).

Папа Гонорій III позволяетъ Магистру и Братіямъ Ливонскаго ордена принимать пилигримовъ, кои пожелаютъ оставаться въ Ливоніи для распространенія вѣры. An. 1226.

Magistro et Fratribus Militiæ Christi in Livonia Honorius Episcopus servus servorum Dei.

Vestra Deo, et hominibus grata religio nos inducit ut, in quibus secundum Deum et justitiam possumus, vestris benigne precibus annuamus. Hinc est quod vobis auctoritate presentium indulgemus ut, si qui peregrinorum in Livoniam venientium pro fide catholica defendenda in illis partibus, aut dilatanda, vobiscum pro castrorum vestrorum custodia, seu pro aliis servitiis vestris sponte remanere voluerint, liceat vobis eos quandiu de ipsorum voluntate fuerit, libere retinere. Nulli ergo etc. nostrae concessionis etc. Siquis etc. Datum Laterani V. Kalendas Decembris, Anno XI. (1226).

(Ann. XI. epist. 393).

XX.

An. 1227. Honorii P. III. ad Teutonicos cives de Visby, inhabitores Gothlandiæ. (In sedis apostolicæ tutelam recipiuntur, eo quod Neophytos Estoniæ defendunt).

Папа Гонорій III принимаетъ подъ покровительство Апостольскаго сѣдалища Нѣмецкихъ гражданъ города Визби въ Готландіи, за то, что они защищали новообращенныхъ въ Эстоніи.

Teutonicis civibus de Visbu inhabitatoribus Gotlandie Honorius Episcopus servus servorum Dei.

Etsi cunctos Christi fideles Apostolica sedes tanquam pia mater gerat in visceribus caritatis, eos tamen, quos in fide stabiles, et in opere conspicit efficaces, speciali dilectionis affectu complectens, tanto ipsorum votis favet favorabilius, quanto iidem ejus gratiam quasi propriis meritis sibi videntur justius vendicare. Cum igitur, sicut accepimus, zelo fidei christiane succensi noviter conversos ad fidem in partibus Livonie, et Estonie a persecutoribus sollicite defendatis, tam paganis, quam Rutenis viriliter obsistendo, nos vestris supplicationibus annuentes, vos, civitatem, et portum vestrum snb beati Petri, et nostra protectione suscipimus, et presentis scripti patrocinio communimus, expressius inhibentes ne quis, pro eo quod ad Osilianorum, et aliarum gentium conversionem intenditis, vobis molestiam inferat, vel gravamen. Nulli ergo etc. nostre protectionis etc. Si quis autem etc. Datum Laterani XVI. Kalendas Februarii Anno XI. (1227).

(Ann. XI. epist. 484).

XXI.

An. 1227. Honorii P. III. ad universos Reges Russiæ. (Eis paratis ad abjurandum errores, de Legato Apostolico mittendo, et de pace cum Christianis Livoniæ et Estoniæ servanda scribitur).

Папы Гонорія III ко всѣмъ Королямъ Русскимъ, о посылкѣ къ нимъ Папскаго Легата, буде они готовы отречись отъ заблужденій, и о сохраненіи ими мира съ Христіанами Ливоніи и Эстоніи.

Universis Regibus Russie salutem et omnis gratie fructum Honorius Episcopus servus servorum Dei.

«Audemus (1) in Domino, quod sicut audivimus, nuntii vestri ad venerabilem fratrem nostrum Mutinensem Episcopum Apostolice sedis legatum a latere nostro, transmissi, eum humi-

liter rogaverunt, ut partes vestras personaliter visitaret, quia cupientes sana doctrina salubriter instrui, parati estis omnes errores penitus abnegare, quos propter defectum predicatorum, sicut dicitur, incurristis, «pro (²) quibus iratus contra vos Dominus, permisit vos hactenus multipliciter tribulari, tribulandos acrius, nisi de invio erroris ad viam properaveritis veritatis; cum quanto diutius duraveritis in errore, tanto timere possitis angustias duriores, a qui etsi non irascatur per singulos dies Dominus, in eos tamen qui converti «contemptunt (³) sue tandem vibrat gladium ultionis. Per vos itaque certificare volentes, an velitis habere ab Ecclesia Romana Legatum, ut ejus salutaribus monitis informati, catholice fidei, sine qua nemo salvatur, An. 1227.
amplectamini veritatem, Universitatem vestram rogamus, monemus, et hortamur attente, quatinus super hoc voluntatem vestram «nobis (⁴) per litteras, et fideles Nuntios intimetis. Interim autem pacem cum Christianis de Livonia, et Estonia firmam habentes non impediatis profectum fidei Christiane, ne divinam et apostolice sedis incurratis offensam, que facile de vobis potest quando vult sumere ultionem, «set (⁵) potius, Domino largiente, per veram obedientiam et grate devotionis obsequia utriusque mereamini gratiam et favorem. Datum Laterani XVI. Kalendas Februarii anno XI. (1227).

(*Ann. XI. epist. 483*).

Variæ lectiones in exempl. Albertrandii.

(¹) Gaudeamus. — (²) et pro. — (³) contemnunt. — (⁴) *deest.* — (⁵) sed.

XXII.

Gregorii P. IX. ad Episcopum Semigalliensem. (Constituitur Nuncius apl̃icus in Livoniam, Estoniam, Semigalliam, aliasque provincias).

Папа Григорій IX. назначаетъ Епископа Семигальскаго Папскимъ Нунціемъ въ Ливоніи, Эстоніи, Семигалліи и другихъ областяхъ. An. 1231.

Episcopo Semigalliensi Apostolicæ sedis Legato Gregorius Episcopus servus servorum Dei.

Cum in minori adhuc officio constitutis de credito tibi talento fructum acceptabilem, et de labore tuo benedictionis manipulos reportaris, digne velut fidelis servus, et prudens super familiam Domini, cui cibum debeas in tempore ministrare, constitui meruisti, qui utique de gratia in gratiam, et de virtute proficiens in virtutem, mundi desideria abnuens, studuisti spiritu ambulare. Olim siquidem memor existens quod nullo Domino sacrificium est acceptabilius quam lucrum querere animarum, fervore devotionis accensus ad mandatum dilecti filii nostri O. Sancti Nicolai in carcere tulliano Diaconi Cardinalis tunc Apostolicae Sedis Legati in laboribus et periculis multis, qui Jordanem cum Jacob in baculo pro gentium conversione

An. 1231. maria transiens, non solum cum duabus turmis ovium, verum etiam cum diversis provinciis paganorum in Christo credentium remeasti, ad arcam sicut columba deférens ramum virentis olive in reconciliatione non pauca barbare nationis. Nos igitur in gratia collata tibi a Domino suaviter delectati, quo exinde flores, et fructus proveniunt gratiores, cum non esset lucerna ponenda sub modio, sed super candelabrum, ut tenebras multorum illuminet, collocanda, te in Semigalliensem Episcopum manibus nostris duximus consecrandum, indubitatam quoque de te gerentes fiduciam utpote non tam argumentis quam evidentibus experimentis instructi, quod animarum salutem et christiani cultus sitias incrementum, ad que potens es in opere, ac sermone, concesso tibi in Livonia, Gotlandia, Vinlandia, Hestonia, Semigallia, Curlandia, et ceteris neofitorum, et paganorum provinciis, et insulis circumpositis legationis officio pro fidei finibus dilatandis, fraternitati tuae per aplica. scripta mandamus quatinus in locis eisdem libere Christum annunties, corrigendo personas ecclesiasticas, et ecclesias reformando, instituas quoque in eis, et inde amoveas, cum opus fuerit, Abbates, Priores, aliosque subditos, et personatus habentes, promoveas ad ordines clericos, electiones Episcoporum confirmans, eisque consecrationis, et Abbatibus benedictionis munus impendens, cum expedierit, et videris oportunum. Virtute igitur spiritus indutus ex alto commissam tibi sollicitudinem tam laudabiliter studeas exercere, ut per ministerium tuum in partibus illis fide catholica propagata, ei placeas, qui sibi placitos proveît in salutem paratus quod supererogaveris compensare. Ne autem tibi desit potestatis auctoritas, cui adest conscientie puritas, et presto esse creditur judicium rationis, presentium tibi auctoritate concedimus ut contradictores, et rebelles excommunicationis, suspensionis, et interdicti censura percellas, quia et nos sententiam, quam in tales rite pertuleris, ratam habebimus, et faciemus, auctore Domino, usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observari. Datum Reate V. Kalendas Februari, Pontificatus nostri Anno quinto. (1231).

(Ex Regesto autogr. litterar. Gregorii IX. an. V. epist. 172).

XXIII.

An. 1231. **Gregorii P. IX. ad Episcopum Semigalliensem. (Livoniæ et Estoniæ terras nomine Pontificis recipiat).**

Папа Григорій IX поручаетъ Епископу Семигальскому завѣдывать Ливоніею и Эстоніею именемъ Папскимъ.

.....Semigalliensi Episcopo Apostolicæ sedis Legato Gregorius Episcopus servus servorum Dei.

Fraternitati tue per apostolica scripta mandamus quatinus in quibuscumque terris in Livonie, et Eustonie partibus, ac regionibus circumpositis ad fidem Christi conversis non sunt

dioceses limitate, ipsas ad manus nostras recipere non postponas, contradictores, si qui fuerint, per censuram ecclesiasticam, appellatione remota compescens, invocato nihilominus ad hoc, si necesse fuerit, suffragio brachii secularis. Datum Reate III. Kalendas Februarii, anno quinto. (1231). An. 1231.

(Ann. V. epist. 178).

XXIV.

Gregorii P. IX. ad Episcopos Rigensem et Lealensem, ad Fratres militiæ Templi de Livonia et universos cives Rigenses. (Wironiæ, Gervæ, Maritimæ provinciæ, olim sibi commissæ, reddantur Episcopo Semigalliensi Ecclesiæ Romanæ nomine tenendæ).

Папа Григорій IX. предписываетъ Епископамъ Рижскому и Леальскому, Братіямъ Ливонскаго ордена и всѣмъ Рижскимъ гражданамъ отдать Епископу Семигальскому въ управленіе именемъ Папскимъ Виронію, Герву, и приморскую область, бывшія въ ихъ завѣдываніи. An. 1231.

.....Rigensi et..... Lealensi Episcopis, et Fratribus Militiæ Templi de Livonia, et universis civibus Rigensibus Gregorius Episcopus servus servorum Dei.

Ad nostram noveritis audientiam pervenisse quod, cum super Wironie, Gerve, et Maritime, ac aliis provinciis inter Teutonicos, et Danos olim questio verteretur, Venerabilis frater noster...., Mutinensis Episcopus, tunc Apostolice Sedis Legatus de assensu partium, eas ad manus nostras recipiens, illas in redito suo Magistro J. Capellano eius nomine nostro, et postmodum Magister predictus easdem vobis sub certa forma commisit, sicut in litteris inde confectis plenius continetur. Cum igitur Venerabili Fratri nostro..... Semigalliensi Episcopo legationis officium in illis partibus duxerimus committendum, presentium vobis auctoritate mandamus quatinus, sublato cujuslibet difficultatis, et appellationis obstaculo, easdem provincias cum omnibus pertinentiis et juribus suis restituatis nomine Romanae Ecclesiae tenendas Episcopo memorato, non obstantibus litteris a Sede Apostolica, vel carissimo in Christo filio nostro F. Illustre Romanorum Imperatore semper Augusto Jerusalem, et Sicilie Rege, seu..... Nato ipsius ad vos, vel alios impertitis, alioquin eidem Episcopo nostris damus litteris in mandatis, ut vos ad hec auctoritate nostre cessante appelatione compellat. Datum Reate III. Kalendas Februarii, Pontificatus nostri anno quinto(1231).

(Ann. V. epist. 177).

XXV.

An. 1231. **Gregorii P. IX. ad Episcopum et Capitulum, Milites Christi et cives Rigenses. (Ut una cum Semigallia, Curlandiam, Osiliam, earumque obsides Episcopo Semigalliensi restituent).**

Папы Григорія IX. Епископу, Капитулу, Братіямъ Ливонскаго ордена и гражданамъ Рижскимъ, о возвращеніи Епископу Семигальскому, вмѣстѣ съ Семигалліею, Курляндіи, Эзеля и залоговъ за оныя.

.....Episcopo et capitulo, Militibus Christi et civibus Rigensibus Gregorius Episcopus servus servorum Dei.

Universitati vestre presentium auctoritate mandamus quatinus de Curlandia, de Semigallia, de Osilia et alios obsides illarum partium, quos tenetis, resignare curetis Ecclesie Romane nomine cum iisdem Provinciis Venerabili Fratri nostro...... Semigalliensi Episcopo Apostolice Sedis Legato, ad disponendum de ipsis, prout utilitati, ac statui terre, dilatationi fidei, nec non et honori Ecclesie viderit expedire, non obstante arbitrio ab eo vobis extorto, per quod ipsum obsidibus, litteris, et rebus aliis spoliastis, vel aliquibus litteris, si que vobis super divisione terrarum auctoritate apostolica sunt concesse, alioquin sententiam etc. ut in proxima superiore. Datum Reate III. Nonas Februarii, Pontificatus nostri Anno quinto. (1231).

(Ann. V. epist. 176).

XXVI.

An. 1231. **Gregorii P. IX. ad Episcopum Semigalliensem. (Curam habeat de Episcopatibus Livoniæ et Estoniæ vacantibus, vel eorum Episcopis absentibus).**

Папа Григорій IX. поручаетъ Епископу Семигальскому завѣдывать Епископствами Ливонскимъ и Эстонскимъ въ случаѣ небытія тамъ Епископовъ или отсутствія ихъ.

.....Episcopo Semigalliensi Apostolicæ Sedis Legato Gregorius Episcopus servus servorum Dei.

Cum Ecclesia in partibus Livoniae, Vinlandie, Estonie, Semigallie, Curlandie, ac ceteris Neophitorum provinciis, et insulis circumpositis adhuc parvula sit, et ubera non habeat, ne, si, quod absit, filiis ejus per baptismi gratiam regeneratis in Christo lac doctrine defuerit, vel eos, subtracto nutrimento, deficere, vel venenato erroris poculo inebriari contingat, curam Episcopatuum Revalie, Wironie, ac aliorum de Livonia, Vinlandia, et Estonia, dum vacant, vel eorum Episcopi sunt absentes, tibi personaliter, usque ad beneplacitum nostrum duximus in spi-

ritualibus, fiducialiter committendam. Quocirca fraternitatem tuam etc. ut in proxima inferiore, usque commendare. Litteris, si que sunt super hoc a Sede Apostolica impetrate, penitus revocatis. Datum Reate III. Nonas Februarii, Pontificatus nostri anno quinto. (1231). An. 1231.

(Ann. V. epist. 182).

XXVII.

Gregorii P. IX. ad Episcopum Semigalliensem. (Terram Curoniæ sibi commissam in bonum incolarum tueatur).

Папы Григорія IX. предписаніе Епископу Семигальскому пещись о благѣ порученной ему Курляндіи.

.....Episcopo Semigalliensi Apostolicæ Sedis Legato Gregorius Episcopus servus servorum Dei.

Cum Ecclesia in partibus Livonie, Vinlandie, Estonie, Semigallie, Curlandie, ac ceteris Neophitorum provinciis, et insulis circumpositis adhuc parvula sit, et ubera non habeat, ne, si, quod absit, filiis ejus per baptismi gratiam regeneratis in Christo lac doctrine defuerit, vel eos, subtracto nutrimento, deficere, vel venenato erroris poculo inebriari contingat, terram Curlandie cum pertinentiis suis tibi personaliter quoad vixeris duximus fiducialiter committendam. Quocirca fraternitatem tuam monemus attente, per apostolica tibi scripta mandantes quatinus, memor quod nullum Domino sacrificium est acceptius, quam lucrum querere animarum, que Christi sunt querens, commissam tibi terram ita tractare studeas fideliter, et prudenter, quod Samaritanus, qui presto est, quod supererogaveris, compensare, tibi mercedem reddat in retributione justorum, et nos diligentiam tuam dignis debeamus in Domino laudibus commendare. Litteris, sique sunt super divisione terrarum obtente, penitur revocatis. Datum Reate III. Nonus Februarii, Pontificatus nostri anno V. (1231).

(An. V. epist. 181).

XXVIII.

Gregorii P. IX. ad Episcopum Semigalliensem. (Ne pax vel treguæ cum Paganis et Ruthenis sine apostolici Legati consensu fiant).

Папы Григорія IX. Епископу Семигальскому предписаніе, чтобъ не заключали мира ни перемирія съ язычниками и съ Русскими, безъ согласія Папскаго Легата.

.....Episcopo Semigalliensi Apostolicæ Sedis Legato Gregorius Episcopus servus servorum Dei.

Fraternitati tue presentium auctoritate mandamus quatinus universis Christi fidelibus infra tue legationis terminos constitutis ne cum paganis terrarum illarum, aut Rutenis sive super

An. 1231. pace, vel tregua tenenda, sui aliquo censu taxando tue legationis tempore, sine tuo assensu inire presumant, districtius inhibere procures, contradictores in tue legationis finibus constitutos, si opus fuerit, per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compescendo. Datum Reate III. Nonas Februarii, Pontificatus nostri Anno quinto. (1231).

(An. V. epist. 174).

XXIX.

An. 1231. **Gregorii P. IX. ad Episcopum et Capitulum Majoris Ecclesiæ et cives Rigenses, ac milites Christi de Livonia. (Ut Semigalliam cum terris et obsidibus suis Episcopo Semigalliensi restituant).**

Папы Григорія IX. предписаніе Епископу Ливонскому, Капитулу Великія церкви и гражданамъ Рижскимъ, и Рыцарямъ Ливонскаго ордена, дабы возвратили Епископу Семигальскому Семигаллію съ землями ея и съ залогами,

Episcopo et Capitulo Majoris Ecclesiæ et Civibus Rigensibus, ac militibus Christi de Livonia Gregorius Episcopus servus servorum Dei.

Cum Venerabilem Fratrem nostrum B. in Episcopum Semigalliensis Ecclesie duxerimus promovendum, munus consecrationis propriis manibus impendentes eidem, sibi officium legationis in illis partibus nihilominus committendo, Universitati vestre per apostolica scripta mandamus quatinus Semigalliam cum pertinentiis, et obsidibus suis, non obstantibus aliquibus litteris, sique vobis ab aliquo, vel aliquibus super divisionibus terrarum conversarum, vel convertendarum, etiam auctoritate apostolica sunt concesse, aut donatione aliqua, venditione, vel alienatione alia facta ab L., qui se quondam pro Episcopo Semigalliensi gerebat, qui canonicum, ut dicitur, non habuit ingressum ibidem, eo quod a bo. me. Rigensi Episcopo fuisse noscitur institutus, qui instituendi Episcopos auctoritatem solummodo, non substituendi in terris de novo conversis, et Ecclesiis Cathedralibus iam edificatis habebat, Episcopo restituatis eidem, alioquin sententiam, quam idem Episcopus vite tulerit in rebelles, ratam habebimus, et faciemus, auctore Domino, usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observari. Datum Reate II. Nonas Februarii, Pontificatus nostri Anno V. (1231).

(An. 5. epist. 175).

XXX.

Gregorii P. IX. ad Episcopum Semigalliensem. (Episcopus Rigensis, quod sua culpa fides catholica in Livonia propagari nequibat, per censuram ecclesiasticam compescatur).

Папы Григорія IX. Епископу Семигальскому о наложеніи на Епископа Рижскаго церковнаго наказанія, за то, что по его винѣ вѣра Католическая въ Ливоніи не могла распространяться. **An. 1231.**

Episcopo Semigalliensi Sedis Apostolice Legato Gregorius Episcopus servus servorum Dei.

Quanto personam Venerabilis fratris nostri... Episcopi Rigensis sincerioris caritatis brachiis amplexamur, tanto vehementiori dolore afficimur quotiens ex nobis de suis actibus referuntur, perque Dominus offenditur, et denigratur apud homines fama sua. Ad nostram siquidem audientiam noveris pervenisse quod, cum bo. me. Rigenses Episcopi predecessores sui fidem christianam iampridem viribus, potentia, et sollicitudine in Livonie partibus studuerint propagare taliter quod, divina cooperante gratia, suos extendit ibi funiculos longiores, ipse nunc, quod dolentes referimus, instigante humani generis inimico, catholice fidei incrementum in sue salutis dispendium, contra prohibitionem Sacrosancte Romane Ecclesie matris sue, ac tuam, te, tunc in minori officio constituto, dilecti filii nostri O. Sancti Nicolai in carcere Tulliano Diaconi Cardinalis, dum in illis partibus legationis officio fungeretur vicesgerente ibidem, minus provide impedivit, pro eo quod plantationem novellam ad catholicam fidem conversam, a servitute diaboli liberatam sue subicit servituti, cui tu in favorem fidei de assensu Rigensis Capituli, Civium Rigensium, et Militum Christi de Livonia, Ecclesia Rigensi vacante, statum indulseras libertatis, propter quod timor incutitur convertendis, et at apostasiam conversi etiam provocantur. Preterea dictus Rigensis Episcopus jura sibi spiritualia in aliis terris usurpans, nec Episcopatus fundari de novo, nec Ecclesias in locis ad hoc idoneis fabricari, nec solvi etiam decimas sustinet, contra sanctiones canonicas illicite veniendo, Ecclesie supradicte Nuntiis nihilominus obedire contempnens. Quia vero hec, si vera sunt, conniventibus oculis pertransire nec possumus, nec debemus, eidem Episcopo nostris dedimus litteris in mandatis ut de cetero a premissis excessibus omnino desistat. Quocirca fraternitati tue per aplica scripta mandamus quatinus, si dictus Episcopus mandatum nostrum super hoc neglexerit adimplere, tu eum, advocato ad hoc, si necesse fuerit, brachio seculari ab hujusmodi presumptione per censuram ecclesiasticam appellatione remota compescas. Datum Reate, Nonis Februarii, Pontificatus nostri Anno quinto. (1231).

(An. V. epist. 173).

XXXI.

An. 1231. Gregorii P. IX. ad Neophytos de Curonia. (Immunitates et libertates a vice Legato Apostolicæ Sedis in Livonia eis concessæ).

Папы Григорія IX. новообращеннымъ Курляндцамъ о правахъ и вольностяхъ, данныхъ имъ намѣстникомъ Папскаго Легата въ Ливоніи.

Neophitis de Curonia Gregorius Episcopus servus servorum Dei.

Solet annuere Sedes Apostostolica piis votis, et honestis petentium desideriis favorem benivolum impertiri. Cum igitur ex parte vestra fuerit a nobis humiliter postulatum ut libertates, et immunitates a Venerabili Fratre nostro B. Semigalliensi Episcopo Apostolice Sedis Legato tunc in minori officio constituto vices dilecti Filii nostri O. Sancti Nicolai in carcere Tulliano Diaconi Cardinalis, dum in illis partibus legationis officium exerceret, ibidem gerente, Universitati vestre pia et provida deliberatione concessas, apostolico dignaremur munimine roborare, nos devotioni vestre specialem gratiam impertiri volentes, quod ab eo super hoc provide factum esse dinoscitur, et in eiusdem litteris exinde confectis plenius continetur, quarum tenorem de verbo ad verbum presentibus jussimus annotari, auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. Tenor autem litterarum ipsarum est talis. Frater B. Monachus Alnensis, Domini O. Cardinalis, Sedis Apostolice Legati Penitentiarius, ac Nuncius omnibus Christi fidelibus in perpetuum. Cum inspirante gratia Spiritus Sancti, ubi, quando atque quantum vult spirantis, Lammekinus Rex, et Pagani de Curonia de terris Esestua, scilicet Durpis, et Saggara, et Kiligundis, quarum hec sunt nomina, Thargolae, Osua, Langis, Venelis, Normis, Kiemala, Pygawas, Sarnitus, Riwa, Sauge, Edualia, Auswanges, Ardus, Alostanotachos, et de aliis Kiligundis villis ex utraque parte Windasitis, offerrent se ad fidem Christi suscipiendam, terras suas, se, et obsides suos per manum nostram ad manus Domini Pape conferentes omnimode, eiusdem ordinationi stare perpetuo promiserunt. Nos vero Dñi Pape vices in hac parte agentes, de communi consilio Ecclesie Rigensis, Abbatis de Dunemunde, Mercatorum omnium, Militum Christi, Peregrinorum, ac civium Rigensium tale cum eis pactum inivimus, et firmavimus conditionem, videlicet quod incontinenti sacerdotes recipient auctoritate nostra sibi destinandos, honeste in necessariis procurabunt eos, et eisdem tanquam veri Christiani in omnibus obedient, et eorumdem per omnia salutaribus monitis acquiescent, ab hostibus eos sicut seipsos defendent, ab eisdem omnes, tam viri, quam mulieres, et infantes sacri regenerationem baptismatis indilate recipient, et aliorum ritus Christianorum observabunt. Episcopum autem Dñi Pape auctoritate instituendum eisdem cum reverentia, ac devotione tanquam patrem suum, ac dominum recipient, et in omnibus tanquam domino suo, et Episcopo, aliorum more debito Christianorum perfectissime obedientes, eisdem obtemperabunt, ipsi reverentiam, ac subiectionem Domino, et Episcopo suo debitam impendentes. Ad ea vero jura, que persolvere tenentur indigene de Gothlandia per omnia perpetuo tenebuntur Episcopo suo, suisque Prelatis annuatim persolvenda, ita quod nec Regno Dacie,

nec Suescie subicientur, perpetuam enim eis indulsimus libertatem, quandiu eos apostatare non contigerit, pacto tunc inito et in cartula presenti conscripto robur perpetuum obtinente, expeditione super paganos tam pro terre Christianorum defensione, quam pro fidei dilatatione faciendas frequentabunt, infra biennium Dño Pape se presentabunt, et secundum eiusdem arbitrium per omnia perpetuo se habebunt, et ordinationem. Medio autem tempore instituta nostra perfecte servantes, ac precepta, nobis obedient in omnibus, et per omnia obtemperabunt, salva in omnibus auctoritate Dñi Pape. Quod ut perpetuam obtineat firmitatem, presentem cartam exinde conscriptam, sigilli nostri, Dñi H. Lealensis Episcopi, et aliorum supra denominatorum munivimus appensione. Actum anno Dñi MCCXXX. in die Innocentum. Nulli ergo etc. nostre confirmationis etc. Si quis autem etc. Datum Reate III. Idus Februarii, Pontificatus nostri Anno quinto. (1231). An. 1231.

(An. V. epist. 186).

XXXII.

Gregorii P. IX. ad Neophytos de Bandewe, de Wanneman et de Winda. (Immunitates et libertates eis concessæ).

Папы Григорія IX. новообращеннымъ разныхъ селеній въ Курляндіи, о правахъ и вольностяхъ, имъ данныхъ. An. 1231.

De Bandewe, de Wanneman et de Winda Neophitis Gregorius Episcopus servus servorum Dei.

Solet annuere etc. ut in proxima superiori usque communimus. Tenor autem litterarum ipsarum est talis. Frater B. Monachus Alnensis Cisterciensis Ordinis, Dñi O. Sancti Nicolai in carcere Tulliano Diaconi Cardinalis, Sedis Apostolice Legati Penitentiarius, et Nuntius in Livoniam, omnibus ad quod presens scriptum pervenerit in perpetuum. Cum inspirante gratia Spiritus Sancti. ubi, quando, atque quantum vult spirantis, nobis quamlibet indignis administrantibus, atque procurantibus, pagani de Curonia, scilicet de Bandowe, de Wanneman, de citra Winda, de villis, quarum nomina sunt hec, Rende, Wasa, Galle, Matichule, Wanne, Pyrre, Vgenesse, Cadowe, Angens, Talse, Arowelle, Pope, et pluribus aliis fidem susceperint christianam, ad hoc ipsum obsides suos dederunt, et sacri regenerationem baptismatis receperunt. Nos vero de communi consilio, et consensu Ecclesie Rigensis, Militum Christi, universorum peregrinorum, omnium civium Rigensium, et mercatorum tale cum eisdem pactum inivimus, ac firmavimus conditionem, videlicet quod Episcopum anctoritate Dñi Pape instituendem recipient, et debito more Christianorum eidem in omnibus, et per omnia obedient, et eadem iura, ad que tenentur veri Christiani, ipsi Episcopo suo, suisque Prelatis perpetuo per omnia persolvent, incontinenti Sacerdotes recipient auctoritate nostra sibi destinandos, honeste eos in necessariis procurabunt, et eisdem tamquam veri Christiani in omnibus obe-

An. 1231. dient, et eorundem salutaribus monitis per omnia acquiescent, ab hostibus eos sicut seipsos defendent, ab eisdem omnes, tam viri, quam mulieres, et infantes sacri regenerationem baptismatis indilate recipient, et aliorum ritus Christianorum observabunt. Expeditiones super paganos tam pro terre Christianorum defensione, quam pro fidei dilatatione faciendas frequentabunt, salva auctoritate Dñi Pape in omnibus. Quod ut perpetuam obtineat firmitatem, cartam hanc exinde conscriptam sigilli Venerabilium Patrum Dñi H. Lealensis Episcopi, Th. Abbatis de Dunemunde, in quorum presentia facta sunt hec, sigilli nostri, et Universitatis peregrinorum communivimus appensione. Actum anno Dñi MCCXXX. XVI. Kalendas Februarii. Nulli ergo etc. Datum Reate III. Idus Februarii, Pontificatus nostri Anno quinto. (1231).

(An. V. epist. 187).

XXXIII.

An. 1231. **Gregorii P. IX. ad Georgium Regem Russiæ. (Cupienti se subjicere Apostolicæ Sedi, ruthenos, græcosque mores et ritus abjiciat, latinosque suscipiat).**

Папы Григорія IX. Георгію Королю Русскому (В. Кн. Георгію Всеволодовичу), чтобъ онъ отвергнулъ Русскіе и Греческіе обычаи и обряды, а принялъ бы Латинскіе.

Georgio illustri Regi Russie Gregorius Episcopus servus servorem Dei.

«Quia (1) Christi Vicarii insufficientibus meritis constituti, ejus devotos sincera complectimur caritate, merito desideramus, ut tu preeuntum sequens gratiam Salvatoris, quem agnitum venerаris, et recte diligis, ac sincere, sicut confidimus in eodem vere, ac inflexibiliter ei studeas adherere, irreprehensibilem ejus legem animas convertentem satagendo fideliter custodire. Sane, Domino in Evangelio docente, didicimus, quod unum est ovile, ac etiam unus «pastore (2), et quod suarum ovium Christus custodem «specialem (3), et precipuum Beatum Petrum esse constituit, dum quodam singulari «predito (4) traditis ei clavibus regni celestis ligandi atque solvendi sibi contulit potestatem, singulariter, ac tertio ei dicens, pasce oves meas. Porro ab hoc ovili videtur extraneus et a grege Domini alienus, qui Christi Vicario, successori, videlicet Beati Petri subesse contempserit ac humiliter obedire, qui assumptus est in potestatis plenitudinem, ceteris in partem sollicitudinis evocatis, et pro quo Christus in Petro patrem rogavit, ut non «defideret (5) fides ejus, propter quod merito deviare creduntur qui opinantur de ipso contrarium et contumaciter ab ejus obedientia recessisse probantur. Unde cum venerabili fratre nostro..... Episcopo Prutenorum referente, te «intellexerimus (6) esse principem christianum «set (7) observantem Grecorum, ac Rutenorum mores, et ritus, ac facientem in regno tuo ab aliis observari. Divina tamen gratia inspirante volentem accedere ad devotionem, et obedientiam apostolice sedis, et nostram, Nos intimis affectibus «sitientes (8) anime tue salutem,

tuumque profectum, commodum, et honorem, Serenitatem tuam monemus, et hortamur in domino, «quatinus (⁹) sanam doctrinam non abnuens venerabiliter amplexari, ritus, et mores christianorum latinorum devote suscipias, et observes, Te, regnumque tuum pro amore Christi submittendo suavi dominio Romanae Ecclesie matris universorum fidelium, que te, ut magnum in Ecclesia Dei principem habere proponit, An. 1231. et deligere ut filium specialem. Uberius enim erga te senties gratiam apostolice sedis, et nostram si relinquens iter devium per ostensam tibi viam rectitudinis gradiaris, Nosque tibi, et Regno Tuo benigni favoris presidium efficaciter impendemus. Datum Reate XV. Kal. Augusti Pontificatus nostri anno quinto. (1231).

(An. V. epist. 99).

In exempl. Albertrandii ex cod. Vaticano 6198. Gregorii IX epistola ad Regem Russiæ. Gregorius, etc. illustri Regi Russiæ.

(1) *Deest.* — (2) pastor. — (3) spiritualem. — (4) privilegio. — (5) deficeret. — (6) intelleximus. — (7) sed. — (8) sentientes. — (9) qualenus.

XXXIV.

Gregorii P. IX. ad nonnullos ecclesiasticos Polonos. (Prohibentur matrimonia inter Catholicas et Ruthenos, qui cas iterum volunt secundum eorum ritum baptizare).

Папы Григорія IX. къ нѣкоторымъ Духовнымъ особамъ Польскимъ, о запрещеніи браковъ между Католичками и Русскими, которые ихъ перекрещиваютъ въ свою вѣру. An. 1232.

.....Priori provinciali ordinis Prædicatorum in Polonia,..... Archidiacono, et..... Scolastico Cracoviensi, Gregorius Episcopus servus servorum Dei.

Queque nobis erronea displicent, sed turbant nimium que vergunt in fidei detrimentum. Accepimus siquidem quod Rutenorum perfidia non contenta, si sola «damtpnationis eterne (¹) tenebris immergatur, sed cupida quod participes perditionis sue Christianos efficiat, qui sunt in eorum vicinia constituti, mulieres catholicas, quas sibi aliquando copulant in uxores, in contemptum fidei Christiane «secundum (²) ritum ipsorum denuo baptizari faciunt, et eorum «errores dampnabiles (³) observare. Verum quia nec pati volumus, nec debemus, quod fideles perfidis matrimoniali copula coniungantur, eo quod lucis ad tenebras conventio non existat, nec deceat membra Salvatoris Christi membris Satane perditi sociari, aut picem cum balsamo commisceri, «percipiendo (⁴) mandamus quatinus ne in partibus illis hujusmodi «detestancia (⁵) matrimonia contrahantur, auctoritate nostra firmiter inhibentes, illa deinceps fieri «nullo-

An. 1232. modo ([6]) permittatis. «Contradictores et rebelles ([7]) etc. «Quod si non omnes ([8]) etc. Datum Anagnie VI. Kalend. Martii, Anno sexto. (1231).

(An. VI. epist. 310).

Variæ lectiones in exempl. Albertrandi.

([1]) Damnationis aeternae. — ([2]) super. — ([3]) errores damnabiles. — ([4]) praesentibus. — ([5]) detestanda. — ([6]) nullatenus.— ([7]) contradictores et rebellis appellatione postposita compescendo. — ([8]) quod si non omnes his exequendis potueritis interesse, tu Frater provincialis ea nihilominus exequaris.

XXXV.

An. 1232. **Gregorii P. IX. ad Archiepiscopum Gneznensem, Episcopum Cracoviensem et Abbatem d'Andreou. (Pauperes Poloniæ oppressi a Principibus confugiunt ad Ruthenos).**

Папы Григорія IX. Архіепископу Гнезненскому, Епископу Краковскому и Аббату Андреовскому о томъ, что бѣдные люди въ Польшѣ, притѣсняемые князьями, убѣгаютъ къ Русскимъ.

.....Archiepiscopo Gneznensi..... Episcopo Cracoviensi, et Abbati d'Andreou Cracoviensis diocesis, Gregorius Episcopus servus servorum Dei.

Novum genus molestie dicuntur circa pauperes, Polonie Principes invenisse, videlicet quod ipsorum custodie committunt castores, et falcones, qui si solita nidorum loca reliquerint, sequentes native spiritum libertatis, vel aliquis de pullis perditur eorumdem, pauperes ipsos in septuaginta marcharum pena condempnant, pluribus illorum ex hoc, quod gementes referimus, dampnationis eterne materiam ingerendo. Nam cum tam iniquam et inauditam pati non valeant servitutem, ad perfidiam Rutenorum et Prutenorum transeunt, cohabitatione fidelium derelicta. Verum quia hujusmodi modus injurie prorsus ad metam justitie non accedit, eo quod domestice aves aliquando de clausuris, et sepe de manibus detentorum, et quia falcones hujusmodi, seu queque rationali sensu carentia, scientiam vel posse non habeant ad plenum humane dispositionis arbitria subeundi, aut a custodibus deputatis, ut ita loquamur de volatu licentiam postulandi, cum illuc alas explicando se dirigant, quo ipsas pertrahit aeree conditio qualitatis, quia etiam fidelium animas, quas Dominus Dei filius redemit sui sanguinis pretio glorioso, avium intuitu, vel ferarum sathane predam effici detestabile decernimus, et iniquum, presertim cum pro salute illarum exponendum sit potius quicquid in facultatibus hominum continetur, precipiendo mandamus, quatinus memoratis Principibus suadentes quod in consuetudine tam perversa Domino, et hominibus offense nimietas inferatur, et id pati alioquin non possimus, eo quod super afflictione pauperum affligamur, et cura nobis illorum immineat specialis, ipsos ab eorum hujusmodi vexatione desistere monemus precipiendo per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compellatis. Proviso ne in terram dictorum principum excommunicationis etc. Quod si non omnes etc. Datum Anagnie V. Kal. Martii anno sexto(1232).

(An. VI. epit. 337).

XXXVI.

Gregorii P. IX. ad Archiepiscopum Gneznensem et alios Prælatos Polonos. (Ne Poloniæ Duces ope Ruthenorum utantur in bellis).

Папы Григорія IX. Архіепископу Гнезненскому и другимъ Польскимъ Прелатамъ, предписаніе, чтобъ Князья Польскіе не употребляли въ помощь Русскихъ при войнахъ своихъ. **An. 1232.**

Archiepiscopo Gneznensi...... Preposito Gratislaviensi, et Priori Provinciali Fratrum Predicatorum in Polonia Gregorius Episcopus servus servorum Dei.

Sibi graves et molesti proximi esse Duces Polonie referuntur, nam seducti arbitrio reprobe voluntatis, non contenti quod pro exercendo mutuo guerrarum discrimine, de quo dampna rerum, strages corporum, et pericula proveniunt animarum, utuntur potentia brachii Christiani, verum etiam in eorum succursum Sarracenos, Rutenos, et alios catholice fidei advocant inimicos, per quos, ut dolentes accepimus, praeter multa quae presumunt enormia, velut qui viam Domini non agnoscunt, et ecclesias diruunt, et horribilius, quam deceat exprimi, tractare sacratissimum corpus Domini non verentur. Cum igitur tantam ferre creatoris iniuriam non possimus, cuius, prohdolor, causa videntur existere, qui deberent potius ipsum continue devotionis obsequis honorare, eo quod ab ipso conditi et redempti nosse, posse, vivere, et valere perceperint de sue dextera largitatis, precipiendo mandamus quatinus memoratos Duces ad pacis et concordie gratiam reducere sathagentes, eos piis monitis et sedulis exhortationibus ad hoc efficaciter inducatis, quod in hujusmodi guerris suis perfidarum nationum snbsidia exposcere non presumant, presertim cum ex illarum perfidia sinceritas fidelium maculetur, et consurgant inde multa dispendia Domino et hominibus multipliciter inimica. Quod si monitis vestris acquiescere forte noluerint, vos eos ab hujusmodi presumptione desistere per censuram ecclesiasticam, appellatione remota, cogatis. Proviso ne in terram dictorum Ducum interdicti etc. Quod si non omnes etc. tu frater etc. Datum Anagnie III. Kalendas Martii anno sexto. (1232).

(An. VI. epist. 338).

XXXVII.

An. 1232. **Gregorii P. IX. ad Archiepiscopum Gneznensem et Episcopos Cracoviensem ac Plocensem. (An utilis sit translatio sedis Archiepiscopalis Haliacensis).**

Папы Григорія IX. Архіепископу Гнезненскому, Епископамъ Краковскому и Плоцкому, о томъ, полезно ли будетъ перенесеніе Архіепископіи изъ города Галича.

Venerabilibus fratribus Archiepiscopo Gneznensi et Cracoviensi ac Plocensi Episcopis salutem in Christo Gregorius Episcopus servus servorum Dei.

Exhibita nobis nuper pro parte dilecti filii Nobilis Viri Landizlai Ducis Opuliensis, et Russie petitio continebat, quod civitas Haliacensis, que Archiepiscopalis, et infra limites terre Russie ejusdem Ducis consistit, est locus sine muris, et ab aliis civitatibus, et locis circumstantibus remotus, habens infideles Tartaros ex una, et Lithuanos etiam infideles, et scismaticos ex aliis partibus, quodque locus Lambergensis, diocesis Haliacensis, qui principalis, et insignior dicte terre Russie, muris clausus, et aliter bene munitus, et populo plenus, existit sufficientior, et aptior pro Sede Archiepiscopali, et pro Archiepiscopo, qui esset pro tempore, ac ipso Duce, et catholicis foret, quam sit Haliacensis civitas prelibata. Quapropter idem Dux zelo Christiane religionis inductus nobis humiliter supplicavit ut sedem Archiepiscopalem Haliacensem ad locum Lambergensem predictum transferremus, ac locum ipsum in sedem, et civitatem Archiepiscopales erigere auctoritate apostolica dignaremur. Nos igitur quia de premissis certam notitiam non habemus, fraternitati vestre, de qua in hiis, et aliis specialem in Domino fiduciam obtinemus per aplica scripta committimus, et mandamus, quatinus, vocatis qui fuerint vocandi, de premissis omnibus, et singulis, et eorum circumstantiis universis hujusmodi negotium concernentibus, presertim an, si translatio, et erectio hujusmodi fierent, utiles, expedientes existerent, et an in prejudicium alterius redundarent auctoritate aplica diligentius vos informetis, et quod per informationem hujusmodi reperietis in premissis nobis clare, particulariter, et districte per vestras litteras in publicam formam reducatis, vestrisque sigillis sigillatas harum seriem continentes, quantocius intimare curetis. ut bene super hiis informatione instructi in permissis consultius agere valeamus. Quod si non omnes his exequendis potueritis interesse, duo vestrum ea nichilominus exequantur. Datum Avinione V. Nonas Martii. Anno VI. (1232).

(An VI. pag. 16).

XXXVIII.

Gregorii P. IX. ad Priorem provincialem Poloniæ et fratres ordinis prædicatorum commorantium in Russia. (Indulta varia pro fratribus ordinis Prædicatorum, prædicantibus Evangelium in Russia).

Папы Григорія IX. Пріору и братіямъ ордена проповѣдниковъ (Доминикановъ) пребывающимъ въ Россіи. Разныя льготы, даруемыя Папою братіямъ сего ордена, проповѣдующимъ Евангеліе въ Россіи. An. 1232.

Priori Provinciali Polonie, et Fratribus ordinis Prædicatorum commorantium in Ruscia, salutem et apostolicam benedictionem, Gregorius Episcopus servus servorum Dei.

Ut fidei vestra puritas sibi tam eterne vite adipisci delicias non contenta, sed anxia, quam illarum dulcedinem ceterorum fidelium devotio mereatur, eo facilius in hujus invio seculi constitutos celice mansionis, quo ipsis donantibus nobis poteritis de potiori gratia providere. Omnibus qui ad sollepnem predicationem vestram accesserint quandiu fueritis in Ruscia, de omnipotentis Dei misericordia, et beatorum Petri, et Pauli Apostolorum ejus auctoritate confisi, quadraginta dies de injuncta sibi penitentia relaxamus, auctoritate vobis presentium concedentes, ut pauperibus, debilibus, et infirmis in Ruscie partibus constitutis, qui pro incendiis et violenta injectione manuum in clericos seculares, vel alias religiosas personas in canonem inciderint sententie promulgate, nequentes ad sedem apostolicam personaliter laborare, dummodo dampna passis et injurias satisfecerint competenter, absolutionis beneficium impendatis, nisi forte adeo ipsorum difficilis fuerit, et enormis excessus, quod propter hoc merito ad sedem apostolicam sint mittendi. Presentibus postquam Apostolice sedis legatus Rusciam intraverit minime valituris. Datum Anagnie Idibus Martii anno sexto. (1232).

(An. VI. epist. 372).

XXXIX.

Gregorii P. IX. ad Ulricum et alios Latinos in Kiow. (Ipsi, eorumque bona in beati Petri tutelam recipiuntur).

Папы Григорія IX. Ульрику и другимъ Католикамъ въ Кіевѣ, о принятіи ихъ съ ихъ имуществами подъ покровительство Св. Петра. An. 1234.

Ulrico et fratribus suis eorumque concivibus Latinis in Kiow, Gregorius Episcopus servus servorum Dei.

Sacrosancta Romana Ecclesia devotos, ac humiles ex assueto pietatis officio propensius diligere consuevit, et ne pravorum hominum molestius agitentur, eos tanquam pia mater sue

An. 1234. protectionis munimine confovere. Cum igitur, sicut accepimus, zelo fidei ac devotionis accensi vos murum defensionis opponatis in Ruscie partibus pro cultu divini Nominis ampliando, et occasione hujusmodi a persecutoribus fidei Christiane, qui vobis assiduas ponunt insidias sepius molestatis dampna sustinueritis et rapinas, nos vestris justis precibus inclinati personas vestras cum familiis, et aliis bonis vestris, que in presentiarum rationabiliter possidetis, aut in futurum etc. usque communimus. Nulli ergo nostre protectionis etc. Si quis autem etc. presentibus post quinquennium minime valituris. Datum Reate XVII. Kalendas Julii. Anno octavo. (1234).

(An. VIII. epist. 109).

XL.

An. 1234. **Gregorii P. IX. ad Decanum, Præpositum et Scolasticum Sandomiriensem. (Ne prædictos sub beati Petri susceptos ab ullo molestari permittant).**

Папы Григорія IX. Декану, Препозиту и Схоластику Сендомирскимъ предписаніе, дабы не позволяли никому обижать вышеименованныхъ, принятыхъ подъ покровительство Св. Петра.

.....Decano...... Preposito et...... Scolastico Zandomiriensi Gregorius Episcopus servus servorum Dei.

Cum dilectum filium Ulricum, et fratres suos, eorumque concives latinos in Kiow, qui, sicut accepimus, zelo fidei et devotionis accensi sè murum defensionis opponunt in ipsis partibus pro cultu Divini Nominis ampliando etc. usque sub protectione susceperimus beati Petri , et nostra, mandamus quatinus non permittatis eosdem contra nostre protectionis tenorem ab aliquibus indebite molestari. Molestatores hujusmodi per censuras etc. Datum Reate XVII. Kalendas Julii. Anno octavo. (1234).

(An. VIII. epist. 110).

XLI.

Gregorii P. IX. ad Præpositum, Decanum et Cantorem Halberstadensem. (Moneatur Daniae Rex ut portum Lubicensem aperiri faciat pro commodo populi, nuper in Livonia ad Christi fidem conversi, et Crucesignatorum).

Папы Григорія IX. Препозиту, Декану и Пѣвчему (Cantorem) Гальберштадскому, чтобъ уговорили Датскаго Короля открыть Любекскій портъ для удобства новообращенному въ Христіанство народу въ Ливоніи и крестоносцамъ. An. 1234.

.....Preposito..... Decano et B. Cantori Halberstadensi Gregorius Episcopus servus servorum Dei.

Significavit nobis populus nuper in Livonia sacri fonte baptismatis candidatus, quod cum Crucesignatis ibidem transfretantibus nullis ad applicandum sit portus aptior Lubicensi, carissimus in Christo filius noster..... Dacie Rex Illustris, qui cum panibus debuerat proficiscentibus occurrisse, ac porrexisse dexteram adiutricem, ejusdem portus ingressum pluribus, ut dicitur, navibus ibi mersis obstruxit, ne in ipsius tutissima statione post emensum pelagus se recipere valeant transfretantium navigia predictorum. Et licet Venerabili fratri nostro... Racesburgensi Episcopo, et collegis eius dudum dederimus in mandatis, ut omnes per impedimentum aliquod portus Lubicensis introitum utilitati transfretantium subtrahentes excommunicationis vinculo innodarent, ipsi tamen plus debito timidi contra Regem procedere noluerunt, ac idem ad Venerabilis fratris nostri W. Episcopi quondam Mutinensis, nunc in partibus illis Apostolice sedis Legati, aliorumque virorum prudentum preces, et monita de portu predicto peregrinorum exire naves, quas incluserat, non permisit. Quocirca discretioni vestre per apostolica scripta firmiter precipiendo mandamus, quatenus, ne novella plantatio debilitationis periculum per hujusmodi impulsionis incommodum patiatur, prefatum Regem, et alios opponere peregrinis impedimentum hujusmodi presumentes, ut Lubicensem portum aperiri, et peregrinos libere pertransire permittant, monere diligenter, et efficaciter inducere procuretis, peregrinis nihilominus ad ejusdem portus apertionem, sicut necesse fuerit animatis.

Quod si Rex parendum non duxerit, nec a cordis sui duritia recedendum, Curiam eius totam, et omnem locum, ad quem ipse pervenerit subicientes ecclesiastico interdicto, Consiliario ipsius, excommunicationis sententia feriatis. Neutram relaxaturi sententiam, donec super excessu memorato Rex ita se corrigat, quod preteriti vel occasionem, vel causam injurie non relinquat. Quod si non omnes etc. duo vestrum etc. Datum Spoleti III. Kalendas Septembris. Anno octavo. (1234).

(An. VIII. tom. IV. epist. 204).

XLII.

An. 1235. **Gregorii P. IX. ad Episcopum quondam mutinensem, Legatum in Livonia. (Facultas instituendi et consecrandi Episcopos in Revalia et Wironia).**

Папа Григорій IX. даетъ Епископу бывшему Моденскому, Папскому Легату въ Ливоніи власть поставлять и посвящать Епископовъ въ Ревелѣ и въ Вироніи.

Gregorius Episcopus servus servorum Dei Ven. Fratri W. Episcopo quondam Mutinensi Pœnitentiario nostro, Aplicæ sedis Legato salutem et Aplicam benedictionem.

Licet Episcoporum translatio, et mutatio sedium ad Romanum Pontificem de iure pertineat, nec sint absque ipsius licentia faciendae, utrumque tamen tum demum debet ferri, cum urgens necessitas, et evidens utilitas ad fieri persuadeat. Cum itaque, sicut nostris fuit auribus intimatum, in Revalia, Wironia, et quibusdam aliis terris legationi tuae commissis tanta sit temporalium rerum inopia, quod non solum unius uni, sed etiam vix duorum Episcopatuum uni Episcopo sufficiant facultates, et propter defectum Episcoporum salus negligitur animarum. Nos volentes ipsarum saluti consulere, ac devotionem tuam prosequi gratia speciali, ut crediti tibi legationis officium ad honorem Dei et animarum salutem proficiat, earundem tibi praesentium auctoritate concedimus, ut Episcopatus unire atque dividere valeas, et transferre de uno loco ad alium, instituere de novo Episcopos, et consecrare, et limitare Episcopatus, ubi expedire videris in praedictis terris cum utilitas et necessitas hoc exposcant, in Revalia, et Wironia. Lundensis Ecclesiae jure salvo. Contradictores per censuram ecclesiasticam appellatione remota, compescendo. Datum Viterbii Nonis Februarii, Pontificatus nostri anno nono.

Ex libro ms., cui titulus: Nunziatura di Polonia, tom. 12. pag. 323. qui adservatur in Tabulariis secretioribus Vaticanis.

XLIII.

An. 1235. **Gregorii P. IX. ad Episcopum quondam Mutinensem, Legatum in Livonia (de commutando voto pauperum crucesignatorum Bremensium et Magdeburgensium in subsidium Neophytorum Estoniæ et Livoniæ, deque Episcopis vagantibus certa sede constituenda).**

Папы Григорія IX. Епископу бывшему Моденскому, Папскому Легату, о перемѣнѣ обѣта неимущимъ крестоносцамъ Бременскимъ и Магдебургскимъ на вспомоществованіе новообращеннымъ въ Эстоніи и Ливоніи, и о назначеніи мѣстопребыванія Епископамъ, остающимся безъ мѣста.

Gregorius etc. Episcopo quondam Mutinensi Apostolice sedis Legato salutem etc.

Ne terra vaste solitudinis, quam Dominus in partibus Livoniae, Semigalie, Curonie, ac Estonie per ministerium predicatorum adducens ad cultum nominis christiani de semine verbi sui

fecit nove fidelium segete pululare, quod absit in salsuginem redigatur, sed potius crescens in messem, in fructum exuberet oportunum, expedit, ut christifideles a paganis, qui adhuc gentilis erroris horrore sunt, hispidi, tamquam spine, nullatenus opprimi permittantur, set potenter defendantur ab eis, alias congruis auxiliis confovendi, quatinus non solum a veritatis ipsius tramite deviare cogantur, verum etiam in fide fortius radicati conversionem aliis valeant efficaciter suadere. Quantus enim dolor, quantusve pudor esset populo christiano, et maximo circumposite regioni, si terra pluribus laboribus, et expensis Domino acquisita, per desidiam fidelium perderetur. Ut igitur tam arduum negotium fidei salubriter promoveri valeat, divina clementia miserante, ac feliciter consumari, Fraternitatem tuam monemus et obsecramus in domino in remissionem tibi peccaminum injungentes, quatinus, assumpto predicationis officio, propter Deum pauperum cruce signatorum in Bremensi provincia, nec non in Magdeburgensi, Havelbergensi, et dimidia Bramdeburgensi versus Albeam in Verdensi, Mindensi, et Padeburnensi dioecesibus ac Collandia, cum quibus duximus dispensandum vota peregrinationis convertens in soccursum fidelium predictorum, tam eos, quam alios fideles in eisdem provincia, et dioecesibus constitutos, ad nimiam caritatem, qua Christus eos dilexit, et deligit respectum habere, et ei retribuere aliquid pro omnibus que tribuit ipse illis monitis, et exortationibus tuis secundum datam tibi a Deo prudentiam informare procures diligenter, et sollicite postulans, ut ipsi redempti pretio glorioso. in quos tamquam viros christianos, et catholicos cadere opprobria exprobrantium Christo debent se viriliter et potenter accingant velut zelum Dei habentes ad ampliandum nomen fidei christiane, et liberandum proximos de manibus paganorum An. 1235.
profecturi secundum tuum consilium, et acturi ita quod et ipsis premium debeatur eternum, et infideles non possint quod impune Christi nomen impugnaverint gloriari. Circa personas vero et terras quas Dominus ad fidem vocaverit taliter provideas, quod Neophiti congrua libertate gaudeant ordinentur ecclesie, et dotentur, nec infendentur decime, et terra sine nostro beneplacito nullatenus dividatur. Preterea Episcopos assecutos jam sedes, quorum ecclesie sunt dotate fratres quoque militie Christi obtinentes possessiones et castra, et cives Rigenses cum habeant civitatem, nec non neophitos, qui per munimen castrorum aliquam tutelam habere noscuntur, moneas diligentius, et inducas ut cum peregrinorum auxilio ad faciendas munitiones pro neophitis paganis expositis, et ad ordinandas sedes episcopis adhuc vagantibus intendant fideliter et devote. Cum autem multa necessitas exigat, ut illuc fidelium subsidium transmittatur, et dignum sit, ut in tanto negocio laborantes debita pro labore stipendia consequantur ut libentius securi de retributione procedant. Nos de omnipotentis Dei misericordia, et beatorum Petri et Pauli Apostolorum ejus auctoritate confisi, tam crucesignatis quam signandis ad hoc in provincia, et dioecesibus supradictis. qui laborem istum in propriis personis subierint, et expensis et eis qui in alienis expensis illuc accesserint ibidem ad minus per unius anni spatium Domino servituri, seu illis, qui ad subventionem predictorum fidelium de propriis facultatibus ministrabunt illam remissionem peccaminum indulgemus, que conceditur predictis modis subvenientibus terre sancte. Datum Viterbii XV. Kalendas Martii Pontificatus nostri Anno nono. (1235).

(An. IX. epist 382).

XLIV.

An. 1235. Episcopi Mutinensi Legati Apostolici circularis epistola (de componendis Livoniæ negotiis).

Епископа Моденскаго, Легата Папскаго окружное послание о приведении въ порядокъ дѣлъ Ливонскихъ.

W. Divina miseratione Episcopus quondam Mutinensis Pœnitentiarius Dñi Pape Aplicæ sedis Legatus universis Christo dilectis præsentes literas inspecturis in Nomine Jesu Christi.

Noveritis infrascriptum tenorem esse literarum sedis Apostolicae, sicut de verbo ad verbum de literis bullatis sub nostro sigillo fecimus annotari. Gregorius Episcopus servus servorum Dei venerabili fratri W. Episcopo quondam Mutinensi Poenitentiario nostro, Aplicae sedis Legato salutem et aplicam benedictionem. Venerabilibus fratribus nostris Semigalliensi ex parte una, Rigensi, ac Tarbatensi Episcopis, ac Magistri et fratrum Militiae Christi in Livonia, et civium Rigensium procuratoribus ex altera, in nostra praesentia constitutis, et eodem Semigalliensium multa proponente adversus Episcopos et procuratores eosdem, tandem venerabilem fratrem nostrum Sabinensem Episcopum eis concessimus auditorem. Idem vero auditor intellectis, quae fuere proposita coram ipso, nec non et responsionibus, et confessionibus tam eiusdem Rigensis Episcopi, quam procuratoris ipsorum, et per Episcopos, Abbates, et Plebanos de illis partibus apud sedem Apostolicam existentes, de statu terrae, videlicet de iuribus Ecclesiarum tam Cathedralium, quam Parochialium, assignatione dioecesium, et limitibus earundem, solutione quoque decimarum, ac ipsarum infeudationibus, et alienationibus, et beneficiis sacerdotum, gravaminibus etiam, et oppressionibus, ac servitutibus Neophitorum, et eorum consuetudinibus contra legem divinam in matrimoniis contrahendis sollicite inquisitis, quae invenit, nobis et fratribus nostris retulit prudenter et fideliter. Nos igitur super his cum fratribus nostris deliberatione habita diligenti, de eorum consilio sic duximus statuendum, ut praedicti Magister et fratres resignent in manu tua Ecclesiae Romanae omnem munitionem castri Revaliae, Revaliam quoque, et Haciam, Wironiam, Geroam, restitutione perceptorum fructuum ex eis nostris beneplacitis reservata. Reddant quoque spolia occisorum, et pecuniam pro redemptionibus captivorum in bello apud praedictum castrum Revaliae, ac reficiant castra Aguileti, et Goldenboret, et infeudationes, quas fecerunt in terris eisdem, non differant renovare. Praefatus quoque Rigensis Episcopus tres Parochias, quas tenet in maritima, et sextam partem, quam detinet in Ossilia, ac praedicti cives Rigenses sextam partem, quam tenent ibidem, venerabili fratri nostro Episcopo Ossiliensi resignant. Parochiales Ecclesiae, seu plebes in omnibus dioecesibus tertiam partem percipiant decimarum, et tot Capellae constituantur ibidem, quae sufficere possint ad regimen populi Christiani, ita quod singulis Capellanis decem marcae in redditibus assignentur. Neophiti teneantur ad iura parochialia, et in causis spiritualibus Ecclesiasticis nonnisi per locorum Episcopos indicetur, et ne dicti Neophiti per op-

pressiones aliquas retro respicere compellantur, nihil ab eis, nisi pro expeditionibus, et defensionibus terrae penitus, et tunc cum debito moderamine exigatur. In causis vero secularibus, quae forum ecclesiasticum non requirunt, stent iuri coram iudice saeculari, et in quo si eos gravari contingat, poterunt ad suos Episcopos appellare, iidem quoque Episcopi gravari eos contra justitiam non permittant. Praeterea supra dicti Neophiti libere primas uxores suas retineant, quas ante Baptismi gratiam receperint habentes dumtaxat exceptas, quas lex divina habere prohibet. Post baptismum autem in matrimoniis contrahendis, servent canonicas sanctiones. Ideoque fraternitati tuae per apostolica scripta mandamus, quatenus quod a nobis super praemissis ordinatum est, facias inviolabiliter observari, omnes alienationes, et infeudationes decimarum, quas jamdicti Episcopi, et J. Clericus, et Hermodus Vicarius ejusdem fecisse noscuntur, revocare procurans. Contradictores autem auctoritate nostra appellatione postposita compescendo. De cetero vero Episcopi, et alii Ecclesiarum Prelati investituram vero temporalium a personis saecularibus nequaquam recipiant. Sed a Legato sedis Apostolicae, qui erit ibi pro tempore, vel ab eo, quem ibidem Romana Ecclesia duxerit ordinandum. Datum Viterbii VII. Kalendas Martii, Pontificatus nostri Anno nono. An. 1235.

Ex libro ms, cui titulus: Nunziatura di Polonia. tom. 12. pag. 325.

XLV.

Henrici Episcopi Osiliensis circularis epistola. (Fœdus initum ab Episcopo Osiliensi cum Fratribus Theutonicis Livoniæ).

Генрика Епископа Эзельскаго окружное посланіе о заключенномъ имъ союзѣ съ Братіями Тевтонскаго ордена въ Ливоніи. An. 1237.

Frater Henricus miseratione divina Episcopus Osiliæ et Maritimæ universis præsentem paginam inspecturis salutem in Domino Jesu Christo.

Desiderio desiderantes sponsam Ecclesiam nobis licet indignis creditam, rudem adhuc et novellam ad cultum provehere meliorem, quo magis in oculis coelestis sponsi fuerit gratiosa, plurimum fuimus impediti multis nobis inique adversantibus, et praecipue vasallis nostris, qui bona multa Ecclesiae nostrae violenter contra justitia detinendo, et censuram ecclesiasticam pro nihilo reputando, jure parere penitus recusarunt. Vidimus itaque et liquide cognovimus alienata ad ius Ecclesiae revocari, tyrannidem adversantium refraenari, et Ecclesiam in multis promoveri non posse per alios, quam per fratres Domus S. Mariae, de consilio et consensu venerabilis patris W. Episcopi quondam Mutinensis Poenitentiarii Domini Papae, Apostolice Sedis Legati confederati fuimus in forma subscripta cum fratre N. Magistro in Livonia, et fratribus ejus ordinis memorati, ut videlicet fratres ex donatione nostra quartam partem habeant in

An. 1237. Maritima, et septem super Kilegundis, et L. uncos in Maritima, vel Osilia, prout nobis placuit, et ubi eos voluimus assignare, cum omni decimatione, et jurisdictione, et libertate tam in habitis, quam habendis, et in piscationibus, et aliis universis nisi quod nos et successores nostri ibidem debemus spiritualia procurare. Verumtamen excepimus primo 3000 uncos, quos pro fundanda Ecclesia Cathedrali retinemus, quorum tamen reditus in aedificationem castri, quod dicitur Stemberch per triennium expendantur. Iidem autem 30 unci de mediocribus debent nostro arbitrio terminari. E contrario Magister et fratres praememorati donaverunt nobis in omnibus villis et terris de Mone libere quartam partem. Ita quod praedicta bona omnino non dividantur, sed communiter possideantur usque ad 10 annos. Sic tamen ut infra tempus memoratum, post tres tamen annos, infra quos omnia cedent ad communes expensas, de reditibus, et de inditio recipiamus nostras tres partes, et fratres suam quartam. In hoc etiam convenimus, ut molendina, et allodia iam facta, et infra decennium facienda communibus fiant expensis, et equaliter dividantur. Similiter et praedictum castrum cum suburbio communibus aedificetur expensis, et aequaliter dividatur, et pro media parte a fratribus conservetur, et tam ex parte nostra, quam ex parte fratrum sint ad minus decem personae in conservatione castri ad defensionem congruentes et expeditae, ex quibus sex sint fratres ex parte fratrum. Turris autem et porta castri ad nos pertinebunt, nec fratres unquam in parte sua turrem construant sine nostra, et successorum nostrorum licentia speciali. In circuitu vero castri ad Maresiam ejus pertineat usque ad dimidium ejus miliare, sine prejudicio rusticorum. In hoc praeterea convenimus, ut si infra miliare a castro vel alias videbitur villa forensis, vel munitio construenda, fiat communibus expensis, et aequaliter dividatur. Divisio autem post decennium, secundum quod sors dederit, terminetur. Supradictam confederationem fecimus cum fratribus, hac de causa, ut ipsi fratres defendant et tueantur nos, et successores nostros, homines, et res nostras, sicut suas proprias, etiam brachio saeculari, et hoc promiserunt Magister et sui fratres se perpetuo servaturos. Item promiserunt nobis, et successoribus nostris armata manu assistere contra omnes, qui a legitimo judice judicati, et excommunicati per annum, et mensem in excommunicatione persistentes bona Ecclesiae nostrae contumaciter detinent. Allodia, et molendina, de quibus supra dictum est, cum agris, pratis, et aliis pertinentiis suis tempore suo aequaliter dividantur. Ut autem nostrae foederationis ordinatio robur perpetuae firmitatis obtineat praesentem paginam sigilli nostri appensione duximus roborandum. Datum in Maritima Anno Dominicae Incarnationis 1237. Pridie Kalendas Martii.

Ex libro ms., Nunziatura di Polonia. tom. 12. pag. 323.

XLVI.

Gregorii P. IX. ad Episcopum Mutinensem, Legatum in Livonia. (Fratres militiæ Christi in Livonia occupaverant Archiepiscopo Lundensi nonnullos episcopatus).

Папы Григорія IX. Епископу Моденскому, Папскому Легату въ Ливоніи, о томъ, что Братія Ливонскаго ордена завладѣли нѣкоторыми Епископствами, подвѣдомыми Архіепископу Лундскому. An. 1237.

G. Episcopo quondam Mutinensi Penitentiario nostro, Apostolice sedis Legato, Gregorius Episcopus servus servorum Dei.

Venerabilis fratris nostri..... Lundensis Archiepiscopi lecta coram nobis petitio continebat, quod cum terra Estonie de ritu paganorum per industriam, et sollecitudinem Karissimi in Christo filii nostri..... Regis Danorum illustris, et bone memorie Andree Lundensis Archiepiscopi, qui personaliter illuc cum exercitu laborarent ad cultum devenerit christianum, idem Archiep̃s de licentia Sedis Apostolice tres Episcopatus, scilicet Lealensem, Wironensem, et Revalensem creavit ibidem, ipsos suffraganeos Episcopos ordinando, in quorum possessione pacifica cum eadem Ecclesia aliquando permansisset, tandem, captivato Rege predicto, Fratres militie Christi in Livonia, et quidam alii ipsi terre vicini violenter occupantes eandem, eiectis inde Episcopis, non solum temporalia, set spiritualia suis usibus applicarunt. Quare Archiepiscopus ipse postulavit humiliter ut providere Lundensi Ecclesie per restitutionis beneficium dignaremur. Cum igitur nobis constet tam per confessionem procuratoris eorundem fratrum, quam alias dictam Ecclesiam in quasipossessione hujusmodi spiritualium in predictis Wironeñ, et Revaleñ Episcopatibus extitisse, mandamus quatinus ad manus tuas spiritualia ipsa recipiens vice nostra ad ipsa in eisdem Episcopatibus restituas Archiepiscopum memoratum. Contradictores etc. Super Episcopatu vero Lealensi iam dicto sic ipsi Ecclesie studeas providere, quod eius justitia non ledatur. Datum Viterbii XI. Kalendas Aprilis anno decimo. (1237).

(An. X. epist. 19. pag. 140. tom. V).

XLVII.

Gregorii P. IX. ad Episcopum Mutinensem Legatum in Livonia. (Castrum Revalia in Estonia nomine Romanæ Ecclesiæ a fratribus militiæ Christi, illudque Regi Daniæ restituat).

Папы Григорія IX. Епископу Моденскому, Легату въ Ливоніи, о возвращеніи Королю Датскому замка Ревеля въ Эстоніи, которымъ завладѣли Братія Тевтонскаго ордена именемъ Римской церкви. An. 1237.

W. Episcopo quondam Mutinensi Penitentiario, Apostolice sedis Legato.

Gregorius etc. Ex parte Karissimi in Christo filii nostri..... Dacie Regis illustris fuit propositum coram nobis, quod cum f. r. Innocentius, et Honorius Romani Pontifices Predecessores

An. 1237. nostri sibi duxerint concedendum, ut terram, quam suis, vel suorum laboribus, et expensis eriperet de manibus paganorum, regno suo, et ejus ecclesiis applicare, id personaliter cum exercitu, et magnis laboribus ac expensis in Estoniam proficissens ad fidem Christi multos cum auxilio ejus traxit ibidem, occupando et firmando, inter alia quoddam castrum, quod Revalia nominatur, set eo postmodum captivato, fratres militie Christi in Livonia, mandante Magistro Johanne Cappellano tuo, castrum obsedere prefatum, et sic custodes ab ipso Rege inibi deputati illud Magistro, et fratribus dicte militie recipientibus Ecclesie Romane nomine reddiderunt. Quapropter petebat, ut castrum ipsum cum pertinentiis suis et fructibus perceptis ex eis sibi restitui faceremus. Quia vero predicto Regi tanquam catholico principi et Ecclesie Romane devoto nolumus in suo jure deesse, qui sumus omnibus in justitia debitores, cum constet nobis tam per confessionem procuratoris eorumdem fratrum, quam alias dictum castrum, per eumdem Regem in terra inimicorum fore fundatum, mandamus quatinus ipsum ad manus tuas nomine nostro recipiens postquam illius possessionem habueris corporalem dicto Regi castrum cum pertinentiis suis restituas supradictum, previso nihilominus, ut inter prefatum Regem ex una parte, et supradictos fratres, et alios qui castrum detinent memoratum ex altera firma pax et amicabilis compositio intercedat pactionibus, renuntiationibus, et cautionibus idoneis interjectis, quod pro dampnis, et injuriis hinc inde illatis, nec non occasione proventuum de terris ipsum Regem contingentibus perceptorum a fratribus supradictis, vel expensarum, quas in eodem castro iidem fratres asserunt se fecisse nullatenus de cetero alteratrum se molestent, et super hiis omnibus ad invicem se absolvant. Contradictores etc. Datum Viterbii IV. Idus Aprilis anno decimo. (1237).

(Ann. X. epist. 30).

XLVIII.

An. 1237. **Gregorii P. IX. ad Episcopum Mutinensem Legatum in Livonia. (Pagani in Livonia ad Christum conversi iterum non redigantur in servitutem).**

Папы Григорія IX. Епископу Моденскому, Папскому Легату въ Ливоніи, о томъ, чтобъ обращенные въ Христіанство язычники въ Ливоніи не были присво-лемы въ рабство.

.....Episcopo quondam Mutinensi Apostolicae sedis Legato in Livonia Gregorius Episcopus servus servorum Dei.

Ex parte tua fuit propositum coram nobis, quod licet pagani, quos lux illa quae illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum vocat de tenebris ad ammirabile lumen suum, ut relicto gentilitatis errore, fidem Domini nostri Jesu Christi recipiant per baptismum, nullo ante baptismum jugo servitutis aliquatenus premerentur, fratres tamen hospitalis S. Mariae

Teutonicorum, et nonnulli alii tam religiosi, quam seculares clerici, et laici non attendentes, quod, Christi fideles effecti, iam non sunt ancille filii, set libere, utpote quos venatos ex aqua, et Spiritus Sanctus ipse unigenitus Dei filius liberavit a iugo peccati, quos vetusta servitus detinebat, eos sub servitute redigere moliuntur, nec permittunt ipsos possidere libere bona sua. Ne igitur deterioris conditionis existant Christi caractere insigniti, quam fuerant membra diaboli existentes, mandamus quatinus hujusmodi neophitos non permittas ab aliquibus super premissis aliquatenus molestari. Molestatores hu- An. 1238.
jusmodi per censuram apostolicam, appellatione postposita, compescendo, indulgentia, seu privilegio aliquo non obstante. Quod si forsan aliqui predictorum Unigenito Dei filio fuerint sic ingrati, ut se in hoc opponere dampnabili temeritate presumant, non solum eos privabimus privilegiis, et indulgentijs, si qua in partibus ipsis haberent, verum etiam ipsos de tota Livonia compellemus exire. Datum Laterani VIII. Idus Martii, anno undecimo. (1238).

(Ann. XI. epist. 428).

XLIX.

Gregorii P. IX. ad Episcopum Mutinensem Legatum in Livonia. (Ut servis neophytis in Livonia ab heris eorum aliquid de onere servitutis relaxetur, eisque detur libera facultas adeundi ecclesiam, divina officia audiendi etc.

Папы Григорія IX. Епископу Моденскому, Папскому Лєгату въ Ливоніи, чтобъ новообращенные въ Ливоніи рабы получили отъ господъ своихъ нѣкоторое облегченіе въ рабствѣ, и чтобъ имъ позволяемо было ходить въ церковь для слушанія Божественной службы. An. 1238.

.....Episcopo quondam Mutinensi Apostolicæ sedis Legato Gregorius Episcopus servus servorum Dei.

Cum lux vera, que illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum, vocat aliquot ad admirabile lumen suum, ut relicto gentilitatis errore, fidem Dñi nostri Jesu Christi recipiant per baptismum, debent renati hujusmodi ex aqua, et Spiritu Sancto favorem, et gratiam apud Christicolas invenire, ut et fideles zelari conversionem infidelium videantur, et infideles ad fidem emulatione laudabili provocentur. Cupientes igitur fidem catholicam propagari, mandamus quatinus, si quos de servili conditione, seu alios alterius ditioni subjectos ad baptismi gratiam, Domino inspirante, contigerit convolare a domnis eorumdem christianis videlicet religiosis, vel secularibus in favorem fidei christianae de onere servitutis facias aliquid relaxari, et dari eis liberam facultatem confitendi peccate, adeundi Ecclesiam, et divina officia audiendi, indulgentia, seu privilegio aliquo non obstante. Datum Laterani VII. Idus Martii, anno undecimo.

(Ann. XI. epist. 427).

L.

An. 1238. **Gregorii P. IX. ad Episcopum Mutinensem Legatum in Livonia. (Pro executione sententiæ latæ ab Apostolica sede pro Rege Daniæ contra Fratres Domus S. Mariæ Theutonicorum in Livonia super castro de Revala.**

Папы Григорія IX. Епископу Моденскому, Папскому Легату въ Ливоніи, объ исполненіи приговора Папскаго въ пользу Датскаго Короля противъ Братій Тевтонскаго ордена въ Ливоніи по предмету Ревельскаго замка.

.....Episcopo quondam Mutinensi Apostolice sedis Legato in Livonia Gregorius Episcopus servus servorum Dei.

Ex parte Karissimi in Christo filii nostri..... Regis Dacie illustris nostris fuit auribus intimatum, quod cum olim inter ipsum ex parte una, et..... Magistrum, et fratres tunc militie Christi, nunc domus Sancte Marie Teutonicorum in Livonia ex altera, super castro de Revala, et terris eidem adiacentibus gravis exorta fuerit materia questionis, et coram diversis auditoribus datis a nobis extitisset diutius litigatum, tandem b. m..... Sabinensi Episcopo partibus a nobis auditore concesso, processus in causa eadem habitos, et quos coram ipso partes hinc inde proponere voluerint, nobis fideliter referente, diffinitivam pro eodem Rege super predictis sententiam de fratrum nostrorum consilio duximus perferendam, Tibi executionem ejusdem sententie delegantes. Sed tu directas tibi a nobis super hujusmodi executione litteras in favorem partis alterius pro tua voluntate supprimens, ex parte ipsius Regis pluries requisitus, ut in eodem negotio iuxta formam litterarum nostrarum ad te directarum procederes, id efficere, licet opportunitatem habueris, non curasti. Super quo Rex ipse sibi per Sedem petiit Apostolicam provideri. Verum cum frustra terminarentur sententia questiones, nisi eam faceremus executioni mandari, mandamus quatinus prefatam sententiam iuxta priorum litterarum continentiam facias auctoritate nostra, appellatione remota, firmiter observari. Alioquin Venerabilibus fratribus nostris..... Bremeñ, et..... Magdeburgeñ Archiepiscopis, et..... Episcopo Verdeñ nostris damus litteris in mandatis, ut ipsi super hoc mandatum apostolicum exequantur, constitutione de duabus dictis in Concilio generali edita non obstante. Datum Laterani III. Idus Martii, anno undecimo. (1238).

(Ann. XI. epist. 456).

LI.

Episcopi Mutinensi Legati in Livonia, circularis epistola. (Fratres militiæ Christi in Livonia cum Fratribus Theutonicis incorporantur).

Епископа Моденскаго, Папскаго Легата въ Ливоніи окружное посланіе, о соединеніи Братій воинства Христова съ братіями Тевтонскаго ордена въ Ливоніи.

An. 1238.

W. Divina miseratione Episcopus quondam Mutinensis Pœnitentiarius Dñi Papæ, Aplice sedis Legatus dilectis in Christo omnibus præsentes literas inspecturis salutem in nomine Jesu Christi.

Noveritis hunc esse tenorem literarum Apostolicae Sedis, quem de verbo ad verbum huic Schedulae sub sigillo nostro fecimus annotari. Gregorius Episcopus servus servorum Dei venerabili fratri Episcopo quondam Mutinensi, Poenitentiario nostro, aplicae Sedis Legato salutem et aplicam benedictionem. Grato dilectorum filiorum Magistri, et fratrum hospitalis sanctae Mariae Theutonicae Religionis, odore se per mundi climata diffundente, provenit de gratia Redemptoris quod eadem est et Apostolicae Sedi cara non modicum, et dilecta multitudini fidelium populorum. Inde fit quod dilecti filii, Magister, Praeceptor, et fratres Militiae Christi in Livonia ex signis evidentibus praesumentes, jam dicti hospitalis Collegium in virtutum amplexibus esse multipliciter studiosum, pluries Magistrum eundem, ut eos suo incorporaret ordini, per nuncios, et speciales litteras affectuose, sicut accepimus, exorarunt, a nobis tandem illud idem, post casum lugubrem, quem in occasu Magistri, et 50 fratrum ejusdem militiae ac peregrinorum quamplurium, paganorum saeviente perfidia, noviter pertulerunt, una cum venerabilibus fratribus nostris Rigensi, Tarbatensi, et Ossiliensi Episcopis per flebiles litteras suppliciter postulantes, spe sibi proposita, quod cum praedicti Magister et fratres strenuam, et famosam habeant in domo sua militiam, omni thesauro pretiosius arbitrantes animum pro illo ponere, qui suam pro redemptione fidelium noscitur posuisse, divina suffragante potentia provenire valeat, quod ipsi adinvicem, si unum ovile fuerint, cito partem oppositam dextera contererent triumphanti, ibi celebre redditur; patris aeterni filium, ubi colentium potestates aereas infinita multitudo periit animarum. Nos igitur, qui nihil gratius ampliatione catholicae fidei reputamus, digne volentes, ut eorundem Praeceptoris, et fratrum pium desiderium ad effectum perveniat exoptatum, quinimmo plena credulitate tenentes quod fratribus hospitalis ejusdem apponat Dominus in Livonia reperiri magnificos, quos sua virtute reddidit in Prussiae partibus ad victoriam expeditos, ipsorum ordini memoratos Praeceptores et fratres, de fratrum nostrorum consilio uniendos duxerimus cum bonis omnibus eorundem, auctoritate apostolica statuentes, ut ipsi et ceteri fratres praedicti hospitalis sanctae Mariae Theutonicorum, qui pro tempore sunt in Livonia, sicut hactenus, sub Dioecesanorum, et aliorum Praelatorum suorum jurisdictione consistant, non obstantibus indultis memoratis Magistro et fratribus, privilegiis libertatis, et si forte aliquis eorundem fratrum per aliquem iam dictorum Dioecesano-

An. 1238. rum, vel Praelatorum sententia excommunicationis, vel suspensionis astrictus, in locum alium transferatur, tandiu vitetur a fratribus, et suspensus etiam habeatur, donec excommunicatori, vel suspendenti satisfaciat, ut tenetur. Decernimus etiam ut quae ibidem pro libertate Ecclesiarum vel Neophitorum, aut pro statu terrae sanctae per Sedem Aplicam ordinata, vel per ipsam in posterum ordinari contigerit, ab iisdem fratribus in Livonia constitutis inviolabiliter observentur, et praefata terra, quae iuris et proprietatis B. Petri esse dinoscitur, per eos, aut alios nullius unquam subiiciatur dominio potestatis. Volumus tamen, ut indulta supradictis Praeceptori et fratribus a Sede Apostolica ante hujusmodi unionem in suo robore perseverent. Tu igitur, cui virtutum Dominus super exaltanda gloria sui nominis affectum tribuit, et effectum, omnem quam potes opem et operam largiaris, ut quod in ope nostra ex hujusmodi unione geritur, in productione gratorum haberi fructuum, superna propitiante gratia videatur. Sicque fiat, quod ex hoc nobis et laetitiae multitudo proveniat, et tandem claritatis aeternae radiis illucescat. Datum Viterbii quarto Idus Maii, Pontificatus nostri anno undecimo. (1238).

Ex libro ms., Nunziatura di Polonia. tom. 12. pag. 324.

LII.

An. 1238. **Gregorii P. IX. ad Episcopum Mutinensem, Legatum in Livonia. (De pace ineunda inter Fratres Theutonicos et Regem Daniæ, et de castro Revelut (sic) restituendo).**

Папы Григорія IX. Епископу Моденскому, Легату въ Ливоніи, о заключеніи мира между Братіями Тевтонскаго ордена и Королемъ Датскимъ, и о возвращеніи ему замка Ревельскаго.

.....Episcopo quondam Mutinensi Protonotario nostro, Apostolicæ sedis Legato in Livonia, Gregorius Episcopus servus servorum Dei.

De unione, quae per Sedem Apostolicam de dilectis filiis..... Magistro, et fratribus hospitalis Sancte Marie Theutonicorum, Jerosolimitani, et fratribus militie Christi de Livonia, Domino inspirante provenit, spem firmam gerimus, quod ex ipsa, divina favente gratia, multipliciter utilitas procurantur. Et cum hoc nunquam possit provenire facilius, quam quod terre status sit a quibuscumque calumpniis expeditus, fraternitatem tuam rogamus, et hortamur in Domino Jesu Christo, quatinus clarissimum in Christo filium nostrum Illustrem Regem Dacie per te, si se facilitas obtulerit, vel per litteras, et nuncios speciales, ad hoc juxta scientiam tibi desuper attributam, inducas, studio diligenti, quod cum prefatis fratribus hospitalis postquam ad partes ipsas pervenerint sublata cujuscumque materia questionis, que sunt pacis et tranquillitatis habeat, et eosdem devotione perpetua sibi constituat obligatos, presertim cum ipsi de Castro Revelut sub eorum dominio semper pacifice teneatur juxta prudentiam tuam parati

sint faciendum assumere quod tam eis quam dicto Regi sit congruum, et partis utriusque profectibus opportunum. Quod autem super hiis feceris cupientibus nobis inde rumorem audire letitie, non postponas sinceritatis tue litteris aperire. Datum Viterbii III. Idus Maii, anno undecimo. (1238). An 1238.

(Ann. XI. epist. 66).

LIII.

Gregorii P. IX. ad Episcopos Rigensem, Tarbatensem et Osiliensem. (Fratres militiæ Christi modo conjunctos cum Theutonicis, ut validiores fiant contra hostes, ipsi peculiari protectione prosequantur).

Папы Григ. IX. Епископамъ Рижскому, Дерптскому и Эзельскому о томъ, что по соединеніи Братій воинства Христова съ Братіями Тевтонскими, чтобъ быть имъ противъ враговъ сильнѣйшими, пріемлются они подъ особое покровительство Папы. An. 1238.

.....Rigensi..... Tarbatensi..... Osiliensi Episcopis Gregorius Episcopus servus servorum Dei.

Grato dilecti filii..... Magistri, et fratrum hospitalis Sanctae Marie Theutonicorum religionis odore se per mundi climata diffundente, provenit de gratia redemptoris quod eadem est et apostolice sedi cara non modicum, et dilecta multitudini fidelium populorum. Inde fit quod dilecti filii..... preceptor et fratres militie Christi de Livonia ex signis evidentibus presumentes jam dicti hospitalis collegium in virtutum amplexibus esse multipliciter studiosum pluries Magistrum eumdem, ut eos suo incorporaret ordini per nuntios, et speciales litteras affectuose, sicut accepimus, exorarunt. A nobis tandem illud idem post casum lugubrem, quem in occasu Magistri, et quinquaginta fratrum ejusdem militiae, ac peregrinorum plurium, paganorum seviente ferfidia noviter pertulerunt, una vobiscum per flebiles litteras suppliciter postulantes, spe sibi proposita quod cum prefati Magister et fratres strenuam, et famosam habeant in sua domo militiam, omni thesauro pretiosius arbitrantes animam pro illo ponere, qui suam pro redemptione fidelium noscitur posuisse, divina suffragante potentia provenire valeat, quod ipsi ad invicem, si unum ovile fuerint, cito partem oppositam dextera conterent trinmphanti. Ibi celeber redditur patris eterni filius, ubi colentium potestates aereas infinita multitudo periit animarum. Nos igitur, qui nihilominus gratius ampliatione Catholicae fidei reputamus, digne volentes, ut eorum preceptoris et fratrum pium desiderium ad affectum perveniat exoptatum, quin imo plena crudelitate tenentes, quod fratribus hospitalis ejusdem opponat Dominus in Livonia reperiri magnificos, quod sua virtute reddidit in Prussiae partibus ad victoriam expeditos ipsorum ordini memoratos preceptorem et fratres de fratrum nostrorum consilio uniendos

An. 1238. duximus cum bonis omnibus eorumdem, auctoritate Apostolica statuentes ut ipsi et ceteri fratres predicti hospitalis Sancte Marie Theutonicorum, qui pro tempore fuerint in Livonia, sicut hactenus sub diocesanorum, et aliorum prelatorum suorum jurisdictione consistunt, non obstantibus indultis memoratis magistro et fratribus privilegiis libertatis, et si forte aliquis eorumdem fratrum per aliquem jam dictorum diocesanorum vel prelatorum sententia excommunicationis aut suspensionis astrictus in locum alium transferatur, tamdiu vitetur a fratribus, et suspensus etiam habeatur, donec excomunicatori vel suspendenti satisfaciat, ut tenetur. Decernimus etiam, ut que ibidem pro libertate Ecclesiarum vel Neophytorum, aut pro statu terre sunt per Sedem Apostolicam ordinata, vel per ipsam imposterum ordinari contigerit, ab eisdem fratribus in Livonia constitutis inviolabiliter observentur, et prefata terra, que juris, et proprietatis beati Petri esse dinoscitur, per eos, aut alios nullius umquam subjiciatur dominio potestatis. Volumus tamen, ut indulta supradictis preceptori et fratribus a Sede Apostolica ante hujusmodi unionem in suo robore perseverent. Rogamus itaque fraternitatem vestram, et hortamur in Domino Jesu Christo, mandantes quatenus pensato prudenter, quod vacare procurandis dicte terre profectibus vobis ratione multiplici debeatur omnem quam potestis opem detis et operam, ut ex unione hujusmodi, superna propitante gratia, desiderata possit utilitas exoriri. Ceterum fratres Hospitalis ejusdem in Livoniam Duce Domino processuros illa prosequimini gratia et favore, ut gaudentes in vobis affectionis paterne recepisse dulcedinem, se ad exhibitionem reverentia filiales promptos exhibeant, et condigne cultu gratitudinis cunctis placere temporibus non desistant, nosque dum plantationis nove palmites, et antique optatam in Livonia fructum producere senserimus ubertatem, cum exultatione dicere valeamus. Ecce odor filiorum nostrorum, sicut odor agri pleni, cui Dominus benedixit. Ecce deliciarum vinea, honoris, et honestatis, venusta floribus, digna semper et benedictione nostra refici, et celestis imbre gratie jugiter irrigari. Datum Viterbii II. Id. Maii, anno XI. (1238).

(Ann. XI. epist. 64).

LIV.

An. 1238. **Gregorii P. IX. ad Episcopum Mutinensem Legatum in Livonia. (De eodem argumento).**

Папы Григорія IX. Епископу Моденскому, Легату въ Ливоніи, о томъ же.

Episcopo quondam Mutinensi Protonotario nostro, Apostolicæ sedis Legato Gregorius Episcopus servus servorum Dei.

Grato, etc. ut supra, usque protulerunt. Una cum venerabilibus fratribus nostris... Rigensi... Tarbatensi.... et Osiliensi Episcopis per flebiles litteras suppliciter postulantes et usque perse-

verent. Tu itaque, cui virtutum Dominus super exaltanda gloria sui nominis affectum tribuit, et effectum, omnem quam potes opem et operam largiaris, ut quod in spe nostra ex hujusmodi unione geritur, in productione gratorum habere fructum superna propitiante gratia videatur, sicque fiat, quod ex hoc nobis et letitie multitudo proveniat, et tibi tandem claritatis eterne radiis illucescat. Datum Viterbii II. Idus Maii, anno undecimo. (1238). An. 1238.

(Ann. XI. epist. 65).

LV.

Innocentii P. IV. ad Præceptorem et Fratres Theutonicos in Livonia (de concordia fratrum Theutonicorum Livoniæ cum Rege Daniæ).

Папы Иннокентія IV. Наставнику и Братіямъ Тевтонскаго ордена въ Ливоніи, о согласіи между ими и Королемъ Датскимъ. An. 1243.

Innocentius Episcopus servus servorum Dei Preceptori et Fratribus Hospitalis Sancte Marie Theutonicorum in Livonia salutem et aplicam benedictionem.

Ex que judicio, vel concordia terminantur, firma debent et illibata persistere, et ne in recidive contentionis scrupulum relabantur, convenit apostolico presidio communiri. Exhibita siquidem nobis vestra petitio continebat, quod cum inter vos ex parte una, et carissimum in Christo filium nostrum Regem Dacie Illustrem ex alia, super Revalia, Gema, Wironia, Aria, et rebus aliis questio exorta fuisset, tandem mediantibus venerabili fratre nostro Episcopo quondam Mutinensi, Penitentiario nostro, apostolice Sedis Legato, et aliis bonis viris, inter partes amicabilis compositio intervenit, quam apostolico petivistis munimini roborari. Nos igitur vestris justis precibus inclinati compositionem sicut secundum promissa, provide facta est, et ab utraque parte sponte recepta et hactenus pacifice observata, nec non in literis super hoc confectis plenius dicitur contineri, auctoritate apostolica confirmamus, et presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre confirmationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem Dei omnipotentis, et beatorum Petri, et Pauli Apostolorum ejus, et nostram se noverit incursurum. Datum Anagnie VIII. Kalendas Octobris, anno primo. (1243).

(Ann. I. epist. 134).

LVI.

An. 1243. **Innocentii P. IV. ad Episcopum Osiliensem et capitulum Osiliæ. (Dioecesis Osiliensis in Livonia circumscriptio).**

Папы Иннокентія IV. Епископу Эзельскому и капитулу его церкви, о опредѣленіи границъ Эзельской Епархіи.

Innocentius Episcopus servus servorum Dei venerabili fratri Episcopo et dilectis filiis Capitulo Osiliæ et Maritimæ in Livonia salutem et apostolicam benedictionem.

Cum a nobis petitur quod iustum est et honestum est, tam vigor aequitatis, quam rationis ordo postulat, ut id per sollicitudinem officii nostri ad debitum perducatur effectum. Exhibita quidem nobis vestra petitio continebat, quod bonae memoriae..... Sabinensis Episcopus tunc in partibus illis Apostolicae Sedis Legatus vestram dioecesim certis terminis limitavit. Nos igitur vestris supplicationibus inclinati, quod ab eodem Legato super hoc factum est provide, ratum habentes, et gratum, illud anctoritate apostolica confirmamus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrae confirmationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare praesumpserit, indignationem Dei omnipotentis, beatorum Petri et Pauli Apostolorum ejus et nostram se noverit incursurum. Datum etc.

Ex libro ms., Nunziatura di Polonia. tom. 12. pag. 324.

LVII.

An. 1244. **Innocentii P. IV. ad Episcopum Sabinensem, Legatum in Livonia et Prussia (ut Episcopi Curlandiæ et Fratres Theutonici providcantur de terra ipsius Curlandiæ).**

Папы Иннокентія IV. Епископу Сабинскому, Легату въ Ливоніи и Пруссіи, о томъ, чтобъ Епископъ Курляндскій и Братія Тевтонскаго ордена пеклись о землѣ Курляндской.

Innocentius Episcopus servus servorum Dei..... Episcopo Sabinensi Aplico sedis Legato salutem et Apostolicam benedictionem.

Negotium fidei, pro quo in Livonie, ac Pruscie partibus a longis temporibus perempnis obtentu glorie labores multiplices pertulisti, per nostri favoris auxilium decet votive consequi prosperitatis augmentum. Hinc est quod nos plenam gerentes de tua circumspectione fiduciam, ut de terra Curonie, seu Curlandie infra Pruscie terminos, sicut asseritur, constitute, di-

lectis filiis fratribus hospitalis Sancte Marie Theutonicorum, in quibus, post Deum esse dinoscitur, ut tantum negotium salubriter dirigatur, ac Episcopo, vel Episcopis, qui pro tempore fuerint in eadem, providere valeas, prout ipsi negotio, et saluti fidelium in predictis partibus An. 1244. positorum expedire videris, tibi auctoritate presentium concedimus facultatem. Datum Lugduni Nonis Februarii, anno secundo. (1244).

(Ann. II. epist. 295).

LVIII.

Innocentii P. IV. ad Magistrum et Fratres Theutonicos. (Fratribus Theutonicis in Livonia duæ partes Curlandiæ donantur.

Папы Иннокентія IV. Магистру и Братіямъ Тевтонскаго ордена, объ удѣленіи Братіямъ Тевтонскимъ двухъ частей Курляндіи. An. 1244.

Innocentius Episcopus servus servorum Dei Magistro et Fratribus Hospitalis Sancte Mariæ Theutonicoru Hierosolimitane salutem et Apostolicam benedictionem.

Justis petentium desideriis etc. Exhibita siquidem nobis vestra petitio continebat, quod venerabilis frater noster.... Episcopus Sabinensis Apostolice Sedis Legatus, evidenter agnoscens per vos in Livonie ac Pruscie partibus negotium fidei sub multis expensis ac laboribus ad Dei gloriam magnifice prosperari, duas partes totius Curonie, seu Curlandie infra Pruscie terminos constitute cum omni iure, ac proventu ipsarum vobis auctoritate nostra concessit, sicut in ejusdem litteris exinde confectis plenius continetur. Nos itaque vestris supplicationibus inclinati, quod ab ipso Episcopo super hoc factum est, ratum habentes et firmum, id auctoritate apostolica confirmamus, et presentis scripti patrocinio communimus. Tenorem autem litterarum ipsarum de verbo ad verbum presentibus duximus annotari. Qui talis est Willelmus miseratione divina Sabinensis Episcopus Aplice Sedis Legatus dilectis in Christo..... Magistro, et Fratribus Hospitalis Sancte Marie Theutonicorum Jerosolimitane salutem in nomine Jesu Christi. Fungentes olim in Livonie ac Pruscie partibus legationis officio oculis nostris aspeximus, quod vos sacre conversationis, et vite studio desudantes, animam vestram letanter pro Christo ponitis, et Christiane religionis augmentum omni diligentia promovetis, inter alias vestras angustias illam multotiens penuriam patientes, que vix potest censeri credibilis, nisi de visu prodeat evidentia veritatis. Sane quidam religiosi viri, qui Christi milites vocabantur, quondam partem Curonie, seu Curlandie de paganorum manibus eruentes, cum bone memorie Eugeberto Episcopo ibidem instituto a nobis, talem compositionem inisse dicuntur, ut eis tertia pars terre, et due partes Episcopo, qui esset pro tempore deberentur. Postmodum autem facto ordini vestro dictorum incorporatione militum, quorum ad vos iura omnia per hoc legi-

An. 1244. time sunt translata, cum predicta pars Curonie, relicto cultu catholice fidei, et eodem Episcopo infidelium manibus interfectó, in pristinam perfidiam laberetur, vos ipsam partem de impiorum manibus prevalenti dextera resumentes, et ejusdem terre grande spatium acquirentes per divine subsidium potestatis, Castrum, quod olim Guldinge, modo Ksusborc dicitur, inibi construxistis. Verum cum vos pro acquisitione residui, et conservandis etiam acquisitis expensas graviores solito, et maiores subire labores, ad sanctissimi patris domini Innocentii Pape gratiam recurristis, humili supplicatione petentes, ut sicut de terra Pruscie, quam ipse recepit in ius, et proprietatem beati Petri, vobis due partes auctoritate Sedis Apostolice sunt concesse, sic de prefata Curonia, seu Curlandia, cum sit pars Pruscie, vobis non obstante compositione predicta, seu qualibet alia, duas partes concedere dignaretur, prefatus vero dominus Papa nobis ad plenum de hujusmodi negotii circumstantiis informatis, et scientibus illius provincie qualitatem, de sua benignate commisit, ut super hoc illius provisionis studium haberemus, quod negotio fidei, ac vestre, aliorumque fidelium videremus expedire saluti. Nos itaque sollicite attendentes quod a vobis post Deum hujusmodi negotii magnitudo dependet, et quod palmam martyrii queritis, ut quietem aliis preparetis, auctoritate ipsius domini Pape vobis concedimus, ut sicut ex gratia Sedis Apostolice de tota Pruscia duas partes habetis, ita simili modo duas partes de tota Curonia seu Curlandia, non obstante compositione predicta, seu qualibet alia per quemcumque facta, cum omni iure, ac proventu ipsarum integre habeatis. Presertim cum certum sit nobis, et omni homini terrarum illarum habenti notitiam, quod Curonia, seu Curlandia inter regiones Pruscie totaliter computatur. In predictis autem duabus partibus vestris ipsius Curonie, seu Curlandie salva sint Episcopo, vel Episcopis, qui fuerint ibi pro tempore, illa omnia duntaxat, que non possunt nisi per Episcopum exerceri. Datum Lugduni anno Domini millesimo ducentesimo, quadragesimo quinto VII Idus Februarii Pontificatus domini Innocentii Pape IV. Anno secundo. Nulli ergo etc. nostre confirmationis etc. Si quis autem etc. Datum Lugduni V. Idus Februarii anno secundo (1244).

(Ann. II. epist. 377).

LIX.

An. 1245. **Innocentii P. IV. ad suffraganeos Archiepiscopi Prussiæ et clericos universos Prussiæ, Livoniæ etc. (Livoniæ et Estoniæ Episcopi Archiepiscopo Prussiæ subjiciuntur).**

Папы Иннокентія IV. Суфраганамъ Архіепископа Прусскаго и всему Духовенству Пруссіи и Ливоніи, чтобы Епископы Ливонскій и Эстонскій подчинены были Архіепископу Прусскому.

Innocentius Episcopus servus servorum Dei Suffraganeis venerabilis Fratris nostri Archiepiscopi Prussie et dilectis filiis Ecclesiarum Prelatis et clericis universis per Prusciam, Livoniam, Estoniam, et Curoniam constitutis salutem et apostolicam benedictionem.

Illius patrifamilias provocati exemplo, qui iuxta veritatem evangelicam peregre profectus, servis suis bona sua tradidit, reversusque illos, qui talenta duplicaverant, constituit supra

multa, illos libenter ad alias partes transferimus, quas propter sui necessitatem, et latitudinem prudentibus novimus cultoribus indigere, ut in eis sua opera dilatantes, se operosos magis exhibeant, et vigilantius intendant, quo per eos plurimorum oportunitatibus utilius providetur, et sibi meritorum gratia copiosius cumulatur. Cum igitur Ecclesia Prussie non modico tempore pastore vacarit, nos volentes illum ponere, qui Deo gratus, et acceptus hominibus, bonis dotatus naturalibus, et gratuitis redimitus virtutibus fulget, munditia nitet, claret scientia, et meritus insignitus, venerabilem fratrem nostrum... quondam Armachanum Archiepiscopum Pruscie duximus preficiendum Ecclesie, virum utique secundum cor nostrum, in quo peritia, prudentia, honestas, magnanimitas, fortitudo, et temperentia ceteris comitate virtutibus delectabile hospitium invenerunt, de fratrum nostrorum consilio, a vinculo, quo tenebatur, Armachane An. 1245. Ecclesie, absolutum, eidem Pruscie Ecclesie in Archiepiscopum prefecimus, et pastorem, sibi ad eandem Ecclesiam dantes licentiam transeundi, plena ei tam in spiritualibus, quam in temporalibus amministratione concessa, subiicientes eidem omnes Pruscie, Livonie et Estonie Episcopos proprios Archiepiscopos non habentes. Quocirca Universitati vestre per Apostolica scripta firmiter precipiendo mandamus quatinus ipsi tanquam patri, et pastori animarum vestrarum plene ac humiliter intendentes, exhibeatis ei obedientiam et reverentiam debitam et devotam, ejus salubria monita, et mandata suscipientes devote, ac inviolabiliter observantes. Alioquin sententiam, quam idem rite tulerit in rebelles, faciemus, auctore Domino inviolabiliter observari. Datum Lugduni IV. Idus Januarii anno tertio. (1245).

(An. III. epist. 377).

LX.

Innocentii P. IV. ad universos Theutonicos per Estoniam et Livoniam constitutos. (Ab indebitis exactionibus se abstineant).

Папы Иннокентія IV. ко всѣмъ Нѣмцамъ, въ Эстоніи и Ливоніи находящимся, дабы поздержались отъ неслѣдующихъ имъ поборовъ. An. 1245.

Innocentius Episcopus servus servorum Dei dilectis filiis universis Theutonicis per Estoniam et Livoniam constitutis salutem et apostolicam benedictionem.

Ut pacem faciatis in finibus terrae vestrae, accingi debetis contra paganos perfidos viriliter, et potenter. Tunc enim rex regum de manibus vestris accipit sacrificium vespertinum, cum illos sub manu vestrae potentiae confovetis quos milvorum rapacitas tanquam gregem parvulum devixit, quod Jordanis in os ipsorum influat confidentes. Ne igitur in rapina cedant qui custodiri a potentioribus debuerant, vestris contenti stipendiis ab exactionibus indebitis manus vestras innoxias conservate, conteratis capita humilium populi Domini super terram. Sed ob-

An. 1245. servate Episcoporum statuta vestrorum, generales expeditiones, facientes, Neophitos, cum necesse fuerit, defensando, pro quibus ut ipsos a paganornm insultibus protegatis, censum accipietis, et feuda vobis concessa per venerabilem fratrem nostrum Osiliensem Episcopum retinetis. Et ut predicta omnia, sicut tenemini, fideliter impleatis, universitati vestrae per apostolica scripta mandamus, quatenus, tamquam verae obedientiae filii, observare singula procuretis secundum gratiam vobis datam. Alioqui nos eidem Episcopo nostris damus literis in mandatis, ut ad exequenda hujusmodi, monitione premissa per censuram ecclesiasticam, appellatione remota, vos compellat, quam si corde contempseritis tumescenti, feuda, quae ab eodem recipistis, ad ipsius dominium revertantur. Datum Lugduni III. Nonas Septembris, Pontificatus nostri anno tertio. (1245).

Ex libro ms., Nunziatura di Polonia. tom. 12. pag. 325.

LXI.

An. 1246. **Innocentii P. IV. ad Henricum Archiepiscopum Prussiae, Livoniae et Estoniae, Apostolicae sedis Legatum. (Conceditur ei facultas instituendi ac ordinandi Episcopos).**

Папа Иннокентій IV. даетъ Генрику Архіепископу Прусскому, какъ Папскому Легату въ Ливоніи, власть поставлять Епископовъ.

Innocentius Episcopus servus servorum Dei, venerabili Fratri Henrico Achiepiscopo «Prussiæ, Livoniæ et Estoniæ (1) Apostolicæ sedis Legato salutem et Apostolicam benedictionem.

Ut commissum tibi in Russiae partibus legationis officium liberius exequaris, praesentium tibi authoritate concedimus, ut in eisdem partibus, prout expedire videris, tanquam Legatus Sedis Apostolicae Episcopos Latinos de ordine Praedicatorum vel Minorum ac aliorum Religiosorum, et de «Clericis (2) secularibus etiam, instituere ac ordinare valeas eis, «consecrationis et confirmationis (3) munus Apostolica auctoritate impensurus. Contradictores «per censuram Ecclesiasticam appellatione postpesita (4) compescendo. Datum Lugduni V. Nonas Maii. Pontificatus nostri anno tertio. (1246).

(Exemplar Albertrandii).

Variæ lectiones in exempl. Marini (Ann. III. epist. 479).

(1) Russiae et Eustoniae. — (2) Ecclesiasticis. — (3) confirmationis et consecrationis. — (4) auctoritate prefata.

LXII.

Innocentii P. IV. ad Regem Russiæ. (In tutelam Divi Petri et Romani Pontificis suscipitur).

Папа Иннокентій IV. принимаетъ Короля Русскаго (В. Кн. Даніила Галицкаго) подъ покровительство Св. Петра и Римскаго первосвященника. An. 1246.

Regi Russie illustri Innocentius Episcopus servus servorum Dei.

Cum te, ac Regnum tuum, utpote plantationem novellam, proponamus prosequi speciali prerogativa gratie ac favoris, votis tuis libenter annuimus, et petitiones tuas quantum cum Deo possumus favorabiliter exaudimus. Tuis itaque supplicationibus inclinati, personam tuam et Regnum predictum sub beati Petri et nostra protectione suscipimus, et presentis scripti patrocinio communimus. Nnlli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre protectionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Siquis autem hoc attemptare presumserit, indignationem Dei omnipotentis, beatorum Petri et Pauli apostolorum eius, et nostram se noverit incursurum. Datum Lugduni V. Nonas Maii, anno tertio. (1246).

(An. III. epist. 480).

LXIII.

Innocentii P. IV. ad Regem Russiæ. (De religiosis apud eum perpetuo mansuris).

Папы Иннокентія IV. Королю Русскому, о духовныхъ особахъ, имѣющихъ безотлучно пребывать при немъ. An. 1246.

Regi Russie illustri Innocentius Episcopus servus servorum Dei.

Cupientes tuis votis annuere, «ac [1] volentes in omnibus quantum cum Deo possumus tue satisfacere voluntati, dilectos filios fratres Alexium et..... socium ejus, qui cum ipse fuit in Bohemia, ordinis Predicatorum, tibi ad morandum tecum duximus concedendos, «committentes [2] eis [3] auctoritate «prefata [4], eandem auctoritatem quam habent «hii [5] qui sunt ad Tartaros destinati. Datum Lugduni V. «Nonas [6] Maii. Anno tertio. (1246).

(An. III. epit. 481).

Variæ lectiones in exemplaribus altero Marini et Albertrandii.

[1] *Alb.* et. — [2] *Alb.* concedentes. — [3] *M. alt.* eisdem. — [4] *Alb.* praesentium. — [5] *Alb.* ii. — [6] *M. alt.* Idus.

LXIV.

An. 1246. **Innocentii P. IV. ad Fratrem Alexium et socium ejus. (Ut perpetuo apud Regem maneant).**

Папа Иннокентій IV. посылаетъ брата Алексія и товарища его (монаховъ Доминиканскаго ордена) для безотлучнаго пребыванія у Короля Русскаго.

Fratri Alexio et ....socio ejus qui fuit cum ipso in Boemia ordinis predicatorum Innocentius Episcopus servus servorum Dei.

Cupientes carissimi in Christo filii nostri..... Regis Russie Illustris votis annuere, ac volentes in omnibus quantum cum Deo possumus sue satisfacere voluntati, vos sibi ad commorandum secum duximus concedendos, committentes vobis auctoritate litterarum nostrarum eandem auctoritatem, quam habent hii qui sunt ad Tartaros destinati. Quocirca mandamus quatinus sine dilatione ad ejusdem Regis presentiam accedatis, cum eo quamdiu sibi placuerit mortuari. Datum Lugduni V. Nonas Maii. Anno tertio. (1246).

(Ann. III. epist. 482).

LXV.

An. 1246. **Innocentii P. IV. ad Joannem Regem Russiæ. (Ad Ecclesiæ unitatem redire satagenti, ut benigne suscipiat Legatum Apostolicum, eique contra Tartaros consilium et auxilium impendat).**

Папа Иннокентій IV. проситъ Іоанна Короля Русскаго (?), желающаго возвратиться къ единству церкви, чтобы онъ благосклонно принялъ Папскаго Легата и пользовался бы его совѣтомъ и помощью противу Татаръ.

«*Joanni illustri Regi Russie* (1) *Innocentius Episcopus servus servorum Dei.*

Cum is qui secundum sue omnipotentiam majestatis nec loco potest, nec tempore comprehendi «utpote (2) incircumscriptibilis, et immensus, stabilis manens dat cuncta moveri, faciat spiritus suos angelos, et ministros, celorumque altitudine inclinata carnem assumens humanam, pro eo quod delicie sue sunt esse cum filiis hominum, discipulos quo elegerat, in mundum destinaverit universum, ut omni predicarent evangelium creature, suo nos instruxit exemplo, ut ejus sequentes vestigia, cum assumpti «simus (3) in plenitudinem potestatis, nec per ipsos possimus singulis negotiis imminere, inter eos, quos in partem sollicitudinis

e vocavimus, onera, quasi Jethro usi consilio, dividamus unicuique secundum virtutem propriam que variis temporibus imminent, committendo. Sane cum in partibus «vestris ([4]) mores, et ritus Grecorum, qui superstitiose, ac dampnabiliter ab unitate ecclesiastica recesserunt, fuerunt hactenus non sine animarum periculis observati, et nuper, gratia favente divina, illuminata «sint ([5]) corda vestra, ut recognoscentes Romanam ecclesiam matrem aliarum omnium, et magistram, ac summum Pontificem successorem Petri, cui collate sunt claves Regni celestis ligandi, et solvendi, et Jesu Christi vicarium, esse caput; quia cum unus sit Dominus, unas fides, unum baptisma, unum principium, unum corpus ecclesie militantis; corpus cum pluribus capitibus monstruosum, et sine capite acephalum conseretur, ad devotionem et obedientiam Apostolice Sedis, et nostram redire, sicut accepimus, affectetis, nos «et ([6]) assurgentes in laudem, qui oculos Tobie per «collinum ([7]) ex felle piscis illuminare dignatus est, et aperire oculos ceci nati, ac exultantes cum muliere, que juxta veritatem evangelicam, dragmam que perierat «reinvenit ([8]); Venerabilem fratrem nostrum..... Archiepiscopum Prussie et Estonie, Apostolice Sedis legatum, virum utique secundum cor nostrum, morum honestate decorum, litterarum scientia preditum, et consilii maturitate preclarum, qui vobis verba vite deferet, et nostram, et fratrum nostrorum plenius voluntatem exponet, ad partes «vestras ([9]), commisso sibi eisdem partibus plene legationis officio duximus destinandum, concessa ei libera potestate, ut evellat, et destruat, dissipet, et disperdat, edificet et plantet, prout secundum Deum viderit expedire. Quocirca serenitatem Regiam rogamus, monemus et hortamur attente mandantes, quatinus eidem legato super hiis, et contra Tartaros impendas sibi consilium, auxilium, et favorem, quod exinde apud Deum meritum, et apud homines tibi compares nomen bonum, nosque serenitatem regiam dignis valeamus in Domino laudibus commendare. Datum Lugduni V. Nonas Maii, anno tertio. (1246). An. 1246.

In eundum modum universis Christi fidelibus in Russie partibus constitutis.

(An. III. epist. 476).

Variae lectiones in exemplaribus altero Marini et Albertrandii.

([1]) *M. alt.* Illustri Regi Russiae salutem et apostolicam benedictionem. *Alb.* Dilecto Filio Illustri Russiae Regi salutem ([2]) *M. alt.* utpote constitutis. — ([3]) *Alb.* sumus. — ([4]) *M. alt.* regni tui. — ([5]) *M. alt.* fuerint. ([6]) *M. alt.* et *Alb.* ei. — ([7]) *M. alt.* et *Alb.* collyrium. — ([8]) *M. alt.* reinvenerat. — ([9]) *M. alt.* ipsas.

LXVI.

An. 1246. **Innocentii P. IV. ad Archiepiscopum Prussiæ et Estoniæ, Legatum in Russia. (De legationis officio sibi commisso bene gerendo.)**

Папы Иннокентія IV. Архіепископу Прусскому и Эстонскому, Папскому Легату въ Россіи, о порученномъ ему Легатствѣ.

Archiepiscopo Prussiæ et Eustoniæ Apostolicæ Sedis Legato Innocentius Episcopus servus servorum Dei.

Cum is, qui secundum suo omnipotentiam majestatis, nec loco potest, nec tempore comprehendi, utpote incircumscriptibilis, et immensus, stabilis manens dat cuncta moveri, faciat spiritus suos angelos et ministros, celorumque attitudine inclinata carnem assumens humanam, pro eo quod delicie suo sunt esse cum filiis hominum, discipulos, quos elegerat, in mundum destinaverit universum, ut omni predicarent evangelium creature, suo nos instruxit exemplo, ut ejus sequentes vestigia cum assumpti simus in plenitudinem potestatis, nec per ipsos possimus singulis negotiis imminere inter eos quos in partem sollecitudinis evocavimus, onera, quasi Jethro usi consilio dividamus, unicuique secundum virtutem propriam, quae variis temporibus iminet, committendo. Sane cum in partibus Russie mores et ritus Grecorum, qui superstitiose, ac dampnabiliter ab unitate ecclesiastica recesserunt, fuerint hactenus non sine animarum periculis observati, et nuper, gratia favente divina, illuminata sint corda illorum, ut recognoscentes Romanam Ecclesiam matrem aliorum omnium, et magistram, ac Summum Pontificem successorem Petri, cui collate sunt claves Regni celestis ligandi et solvendi, et Jesu Christi vicarium esse caput, quia cum unus sit Dominus, una fides, unum baptisma, unum principium, unum corpus Ecclesiae militantis, corpus cum pluribus capitibus monstruosum, et sine capite acephalum censeretur, ad devotionem et obedientiam Apostolicae Sedis et nostram redire, sicut accepimus, affectent, nos et assurgentes in laudem qui oculos Tobie per collinum ex felle piscis illuminare dignatus est, et aperire oculos ceci nati, ac exultantes cum muliere que juxta veritatem evangelicam dragmam que perierat reinvenit, te de cujus prudentia indubitatam fiduciam gerimus, qui eis verba vite deferes, et nostram et fratrum nostrorum plenius voluntatem expones ad partes illas commisso tibi in eisdem partibus plene legationis officio duximus destinandum, concessa tibi libera potestate ut evellas et destruas, dissipes et disperdas, edifices et plantes, prout secundum Deum videris expedire. Quocirca fraternitatem tuam rogamus, monemus et hortamur attente mandantes quatinus legationem ipsam pro Christo susceptam sic studeas in propagationem et corroborationem catholice fidei juxta datam tibi a Domino gratiam laudabiliter exercere, quod exinde apud Deum meritum et apud homines tibi compares nomen bonum, nosque diligentiam tuam dignis in Domino laudibus commendamus. Datum Lugduni V. nonas Maii. Anno tertio. (1246).

(An. III. epist. 478).

LXVII.

Innocentii P. IV ad Danielem Regem Russiæ, ad fratrem ejus et natum. (Ut possessiones suas recuperent).

Папы Иннокентія IV. Даніилу Королю Русскому, брату его и сыну, о возвращеніи имъ ихъ владѣній. An. 1247.

Illustribus Danieli Russie et W. Laudemerie fratri ejus Regibus et nato ejusdem Danielis, Innocentius Episcopus servus servorum Dei.

Cum a nobis petitur quod justum est et honestum, tam vigor equitatis, quam ordo exigit rationis, ut id per sollicitudinem officii nostri ad debitum perducamus effectum. Eapropter, carissimi in Christo filii, vestris justis precibus inclinati, recuperandi possessiones, terras, et alia bona ad vos hereditario, vel alio jure spectantia, que alii Reges, qui in Ecclesie devotione non permanent, contra justitiam detinent, et injurias seculari potentia propulsandi liberam vobis concedimus auctoritate predicta facultatem. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre concessionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit indignationem omnipotentis Dei, et B. B. Petri et Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Lugduni VI. Kalendas Septembris. Anno V. (1247).

(An. V. epist. 173).

LXVIII.

Innocentii P. IV. ad Danielem Regem Russiæ (ut Episcopi et Presbyteri ex fermentato conficere possint).

Папы Иннокентія IV. Даніилу Королю Русскому, позволеніе Епископамъ и Пресвитерамъ совершать службу на заквашенныхъ просфирахъ. An. 1247.

Danieli Regi Russie illustri Innocentius Episcopus servus servorum Dei.

Cum te de cetero specialem inter devotos Ecclesie reputemus, petitiones tuas quantum cum «Deo (¹) possumus libenter ad gratiam exauditionis admittimus, et votis tuis favorem benivolum «impertimur (²). Ea propter carissime in Christo fili tuis supplicationibus inclinati, Episcopis et aliis presbyteris de Russia ut liceat eis mores suo ex fermentato conficere, et alios eorum ritus qui fidei catholice, quam Ecclesia Romana tenet, non obviant, observare, auctoritate

An. 1247. presentium indulgemus. Nulli ergo omnino homini liceat hanc paginam nostre concessionis et indulti infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit indignationem Omnipotentis Dei, et B. B. Petri et Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Lugduni VI. Kalendas Septembris anno V. (1247).

(An. V. epist. 174).

Variae lectiones in exempl. Albertrandii, ex codice msc. Biblioth. Vallicelliane Romæ I. 49. pag. 362.

(1) Domino. — (2) impartimur.

LXIX.

An. 1247. Innocentii P. IV. ad Danielem Regem Russiæ, ad fratrem ejus et natum. (Ne crucesignati aut alii religiosi possessiones acquirere possint absque Regis licentia in ditionibus Regi Russiæ subjectis).

Папы Иннокентія IV. Даніилу Королю Русскому, брату его и сыну, о томъ, чтобъ крестоносцы или другія духовныя лица не могли пріобрѣтать имѣній въ областяхъ Короля Русскаго безъ Королева позволенія.

Illustribus Danieli Russie et W. Laudemerie fratri ejus Regibus, et nato ejusdem Danielis. Innocentius Episcopus servus servorum Dei.

Exigentibus vestre devotionis meritis votis vestris libenter annuimus, et petitiones vestras quantum cum Deo possumus favorabiliter exaudimus. Vestris itaque supplicationibus inclinati, ut nullus Cruciferorum, vel aliorum Religiosorum in vestris terris acquisitis, et acquirendis, de aliquo se intromittere, vel possessionem aliquam acquirere absque beneplacito vestro valeat, auctoritate vobis predicta indulgemus. Nulli ergo omnino homini liceat hanc paginam nostre concessionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit indignationem Omnipotentis Dei, et B. B. Petri et Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Lugduni VI. Kalendas Septembris, anno V. (1247).

(An. V. epist. 173).

LXX.

Innocentii P. IV. ad Archiepiscopum Prussiæ, Legatum in Russia. (Legitimati a defectu natalium ad sacros ordines promoveri queant).

Папа Иннокентій IV. разрѣшаетъ Архіепископа Прусскаго, Папскаго Легата въ Россіи, принимать въ церковнослужители усыновленныхъ за неимѣніемъ родныхъ дѣтей. An. 1247.

Innocentius Episcopus servus servorum Dei venerabili fratri Archiepiscopo Prussiae, Livoniae et Estoniae Apostolicae Sedis Legato salutem et apostolicam benedictionem.

Devotionis tuae precibus benignum impertientes assensum, dispensandi «in Russiae partibus(1) geniturae defectum, dummodo non sint de adulterino (2), vel incestuoso coitu procreati, ut ad sacros ordines promoveri et «Ecclesiasticum (3) beneficium obtinere valeant, et etiam cum illis, qui irregularitatem aliquam incurrerunt, ex tali casu, in quo «consuevit (4) Sedes Apostolica dispensare, plenam tibi concedimus auctoritate «presentium (5), facultatem. Datum Lugduni V. Kalendas Septembris Pontificatus nostri anno quinto. (1247).

(*Exemplar Albertrandii*).

Variæ lectiones in exempl. Marini, an V. epist. 175.

(1) In Russie partibus cum patientibus. — (2) adulterio. — (3) Ecclesie. — (4) consueverit. — (5) predicta.

LXXI.

Innocentii P. IV. ad Archiepiscopum Prussiae, Legatum in Russia. (Ut legitimatus a defectu natalium possit in Episcopum consecrari).

Иннокентія IV. Архіепископу Прусскому, Легату Папскому разрѣшеніе посвящать и въ Епископы усыновленныхъ за неимѣніемъ родныхъ дѣтей. An. 1247.

Archiepiscopo Livoniae, Eustoniae et Prussiae Apostolice Sedis Legato Innocentius Episcopus servus servorum Dei.

Cum tibi tam in Prussia quam in Russia ordinandi Episcopos plenam concesserimus facultatem, praedicta tibi auctoritate concedimus, ut cum uno, quem ad Pontificatus dignitatem dignum inveneris super defectu natalium, dummodo de adulterio, vel incestuoso coitu natus non sit, auctoritate nostra dispensans ipsum valeas libere in Episcopum ordinare. Datum Lugduni V. Kalendas Septembris, anno quinto. (1247.)

(*An. V. epist. 176*).

LXXII.

An. 1247 **Innocentii P. IV. ad Archiepiscopum Prussiæ, Legatum in Russia. (De Rege, clero et magnatibus Russiæ Romanæque ecclesiæ reconciliandis).**

Папа Иннокентій IV поручаетъ Архіепископу Прусскому, Папскому Легату, привести Короля, Духовенство и вельможъ Русскихъ въ соединеніе съ Римскою церковью.

Archipiscopo Russie (sic), *Livonie et Eustoniae, Aplico Sedis Legato Innocentius Episcopus servus servorum Dei.*

Sicut omnes, quos extra archam invenit diluvium, perierunt, ita omnes, qui sunt extra communionem Eclesie, nisi conversi ad ejus unitatem redierint, in eterne dampnationis supplicium «deportantur (1). Hac siquidem consideratione inductus carissimus in Christo filius noster Daniel Rex Russie illustris, cujus mentem Dominus, qui non vult mortem peccatoris, sed ut convertatur et vivat, sua misericordia illustravit, per litteras speciales et nuntios, quos propter hoc transmisit nuper ad nostram presentiam cum humilitate ac instantia postulavit a nobis, ut ipsum et totam gentem ac Regnum ejus hactenus a fidei unione «precisas (2) ad unitatem ecclesiasticam, et devotionem Ecclesie Romane, que aliarum omnium caput est et magistra, recipere de benignitate solita curaremus. Quocirca «monemus (3) quatenus personaliter ad partes illas accedens, si prefatus Rex in tam sancto proposito perseverans, tam ipse, quam Archiepiscopi, et Episcopi, et alii Magnates Regni sui, «scismate (4) quolibet penitus abjurato, promiserint et juraverint se de cetero in unitate fidei quam Ecclesia Romane predicat, et observat (5), ejusque Romane Ecclesie devotione perpetuo permansuros, eos auctoritate nostra et reconcilies, et tanquam speciales et devotos filios incorpores predicte Romane Ecclesie, que mater est omnium, unitati. Idque per loca et Regna, in quibus expedire videris, publices et facias etiam publicari. Datum Lugduni VII. Id. Septembris anno quinto. (1247).

(Ann. V. epist. 188).

Variae lectiones in exempl. Albertrandii.

(1) Deputantur. — (2) praecisos. — (3) mandamus. — (4) schismate. — (5) conservat.

LXXIII.

Innocentii P. IV. ad Archiepiscopum Prussiæ. (Sacri pallii usus conceditur in Russia).

Папа Иннокентій IV дозволяетъ Архіепископу Прусскому носить въ Россіи мантію Архіепископскую (sacrum pallium). An. 1247.

Archiepiscopo «Russiae(1) Livonie et Eustoniae Innocentius Episcopus servus servorum Dei.

Exigentibus tue devotionis meritis «votis tuis libenter annuimus, et petitiones tuas quantum cum Deo possumus favorabiliter exaudimus (2). Tuis itaque supplicationibus inclinati utendi palleo in partibus «Russiae (3) et Ecclesie Lubicensis quam tibi commisimus plenam tibi concedimus de speciali gratia facultatem. Hanc autem indulgentiam ad tuos extendi nolumus successores. Ipsam te cedente vel decedente carere «viribus (4) decernentes. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrae concessionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumserit indignationem Omnipotentis Dei et B. B. Petri et Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Lugduni VII. Idus Septembris anno quinto. (1247).

(An. V. epist. 207).

In alio exempl. Marini variae lectiones.

(1) Pruscie. — (2 in hiis que digne postulas, fraternitatem tuam libenter exaudimus. — (3) Ruscie. — (4) juribus.

LXXIV.

Innocentii P. IV. ad Danielem Regum Russiæ, ad fratrem ejus et natum. (Rex et regnum in tutelam beati Petri suscipiuntur).

Папа Иннокентій IV. принимаетъ Даніила Короля Русскаго, брата его и сына подъ покровительство Св. Петра. An. 1247.

Illustribus Danieli Russie et W. Laudemerie fratri ejus Regibus et nato ejusdem Danielis. Innocentius Episcopus servus servorum Dei.

Etsi proponamus illustrium, ac Nobilium, et aliorum Ecclesie devotorum personas quantum cum Deo possumus honorare, vos tamen quo Deus et Dominus noster Jesus Christus per suam

An. 1235. misericordiam ad unitatem ecclesiasticam revocavit, tantum propensiori volumus prosequi prerogativa favoris et gratie specialis, quanto in revocatione vestra ad devotionem Ecclesie non hominis sed divine potentie manus dinoscitur operata. Eapropter carissimi in Christe filii vestris precibus inclinati personas vestras, et Regna, familias, possessiones, et alia omnia bona vestra tam mobilia quam immobilia quae in presentiarium rationabiliter possidetis, aut in futurum justis modis prestante Domino poteritis adipisci sub B. Petri et nostra protectione suscipimus, et eas vobis vestrisque heredibus in ecclesiastica devotione persistentibus aucturitate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino homini liceat hanc paginam nostre protectionis et confirmationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit indignationem Omnipotentis Dei et B. B. Petri et Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Lugduni II. Idus Septembris anno quinto. (1247).

(An. V. epist. 187).

LXXV.

n. 1247. **Innocentii P. IV. ad Archiepiscopum Maguntinum. (De providendo Hezclone, qui cum Nuntiis Regis Russiæ negotia Ecclesiæ Romanæ curabat).**

Папа Иннокентій IV. поручаетъ Архіепископу Маинцскому имѣть попеченіе о Гецелонѣ, который съ послами Короля Русскаго (Даніила Галицкаго) велъ дѣла Римской церкви.

Archiepiscopo Maguntino Innocentius Episcopus servus servorum Dei.

Dilectus filius Hezelo de Vilstorf clericus in nostra proposuit presentia constitutus quod, cum nos olim tibi per nostras litteras duxerimus concedendum ut posses duobus vel tribus in Coloniensi et Trevirensi provinciis in ecclesiasticis beneficiis eorum cuilibet usque ad summam triginta marcharum argenti in una, vel pluribus Ecclesiis providere; dilectus filius..... Scolasticus Maguntinus, cui commiseras in hujusmodi negotio totaliter vices tuas,.... Decano et Capitulo Sancti Theobaldi Metensis ut eundem clericum recipientes in canonicum et in fratrem prebendam, si qua in eorum Ecclesia tunc vacabat, vel quam cito se ad id offeret oportunitas, liberaliter assignarent, ac..... Abbatisse et Conventui loci ejusdem ut dicto clerico in aliqua Ecclesiarum ad donationem suam spectantium, cujus redditus decem marcharum valorem attingerent annuatim, providere mandavit. Quod quia tam Decanus, et Capitulum, quam Abbatissa, et Conventus predicti facere contumaciter denegarunt, idem Scolasticus in eos primo suspensionis, ac demum excommunicationis sententias promulgavit. Verum cum postmodum per eundem Scolasticum processum hujusmodi sine judiciali strepitu, ac tandem, eo

id efficere non curante, per..... Decanum Sancti Salvatoris Metensis mandaverimus revocari, ac dictus Decanus per..... officialem Metensem prefatam sententiam fecerit relaxari, nobis prefatus clericus humiliter supplicavit ut sibi super hoc providere paterna clementia curaremus. Dilecti itaque filii Gregorii Abbatis de monte Sancti Danielis et fratrem H. et A. de ordine fratrum Predicatorum carissimi in Christo filii Danielis Regis Russie Nuntiorum, cum quibus idem clericus pro Sedis Aplice negotiis fideliter ut accepimus laboravit, precibus inclinati, ac An. 1247. ejus cum pauper sit volendo parcere laboribus et expensis, mandamus quatinus, si est ita, revocatione hujusmodi, vel qualibet Aplice Sedis indulgentia non obstante, tam a Decano, et Capitulo, quam ab Abbatissa et Conventu predictis juxta prefati Scolastici directarum ad ipsos continentiam litterarum auctoritate facias aplica provideri. Contradictores etc. Datum Lugduni. Idibus Septembris anno quinto. (1247).

(An. V. epist. 212).

LXXVI.

Innocentii P. IV. ad Wasileonem Regem Lodomeriæ. (De matrimonio Wasileonis, legitimo habendo).

Папа Иннокентій IV. признаетъ законнымъ бракъ Василька, Короля Лодомеріи (Кн. Владимирскаго на Волыни). An. 1247.

Innocentius Episcopus servus servorum Dei carissimo in Christo filio Walificoni (sic) *Lodomerie Regi illustri salutem et apostolicam benedictionem.*

Etsi conjunctio copule conjugalis in tertia et quarta consanguinitatis, vel affinitatis linea sacris sit canonibus interdicta, provide tamen super hiis interdum Romana dispensat Ecclesia, maxime cum urget necessitas, vel evidens utilitas id exposcit. Cum igitur carissime in Christo filie Dubrauce Regine Illustri uxori tue, cui in tertio consanguinitatis gradu attines, matrimonialiter sis conjunctus, nos attendentes devotionem, quam habes ad Romanam Ecclesiam, quodque in ea manere desideras, et inducere alios ad eandem, ut in hujusmodi matrimonio, non obstante, impedimento predicto, remanere libere valeas, tecum auctoritate predicta dispensamus. Nulli ergo etc. nostre dispensationis etc. Datum Lugduni nonis Decembris, anno quinto. (1247).

In eundem modum scriptum fuit Dubrauce Reginae ejusdem Walificonis uxori.

(An. V. epist. 419).

LXXVII.

An. 1248. **Innocentii P. IV. ad Danielem Regem Russiæ. (De certiorandis Fratribus Theutonicis de Tartarorum incursionibus in ditiones Christianas).**

Папа Иннокентій IV. проситъ Даніла Короля Русскаго увѣдомлять Братій Тевтонскаго ордена о набѣгахъ Татаръ на Христіанскія области.

Danieli Regi Russie illustri Innocentius Episcopus servus servorum Dei.

Quia pericula possunt facilius evitari si contra ipsa per providentie clipeum muniamur, Serenitatem tuam rogamus, monemus, et hortamur attente, petentes pro munere speciali, quatenus quam cito tibi constiterit quod Tartarorum exercitus versus Christianitatem dirigat gressus suos, id dilectis filiis fratribus de domo Theotonica in Russie partibus commorantibus intimare procures, ut cum hoc per eosdem fratres ad notitiam nostram pervenerit, qualiter ipsis Tartaris viriliter cum Dei adjutorio resistamus, possimus maturius cogitare. Datum Lugduni XI. Kalend. Februarii, anno quinto. (1248).

(An. V. epist. 1039).

LXXVIII.

An. 1248. **Innocentii P. IV. ad Alexandrum Ducem Susdaliensem. (De amplectenda Ecclesiae Catholicae unitate, ac de indicandis Tartarorum incursionibus).**

Папы Иннокентія IV. къ Александру Князю Суздальскому (В. Кн. Александру Невскому), о томъ, чтобъ приступилъ къ соединенію съ церковью Католическою, и чтобъ увѣдомлялъ о набѣгахъ Татаръ.

Nobili viro Alendro (sic) *Duci Susdaliensi Innocentius Episcopus servus servorum Dei.*

Pater futuri seculi, princeps pacis, seminator casti consilii, Redemptor noster Dominus Jesus Christus menti clare memorie «Jerozlai (1) progenitoris tui rorem sue benedictionis infudit, ac eidem inextimabilem sue notitie gratiam admirabili largitate concedens viam sibi preparavit in «heremo (2), per quam ipse fuit ad ovile reductus dominicum, velut ovis, que longo tempore «oberraverat (3) per desertum, quia sicut dilecto filio fratre Johanne de plano Carpino de Ordine Fratrum Minorum «Protonotario (4) nostro ad gentem Tartaricam destinato referente dedicimus; idem pater tuus novum hominem affectans induere, de conscientia «Jemeris (5)

militis consiliarii sui obedientie Romane ecclesie matris sue in ejusdem fratris manibus devote, ac humiliter se devovit, quod quidem confestim claruisset hominibus, nisi tam subito, «tamquam feliciter [6] mortis eventus eum de medio subduxisset. Unde cum ipse presentis seculi cursum tam felici termino consumarit, pie credendum est, et omni ambiguitate semota tenendum quod justorum aggregatus consortio in eterna beatitudine requiescat, ubi lux fulget, quam non capit locus, redolet odor quem non spargit flatus, et caritatis viget amplexus quem satietas non divellit. Cupientes itaque te una cum ipso tante beatitudinis participem fieri, qui in paterna hereditate suus heres legitimus extitisti, ad instar illius evangelice mulieris que lucernam accendit, ut dragmam perditam inveniret, vias exquirimus, apponimus studium, et diligentiam adhibemus, ut ad hoc te prudenter possimus «inducere [7], quod tui patris vestigia salubriter imiteris, cunctis temporibus «imitanda [8], «idem [9] quod sicut corde sincero, et mente non ficta se ad suscipienda mandata, et documenta Romana Ecclesie «dedicarat [10], sic tu, relicto perditionis invio, quod ad eterne mortis dampnationem perducit, unitatem ejusdem Ecclesie per obedientiam amplexeris, que per directionis semitam suos cultores procul dubio dirigit ad salutem. Nec est in hoc nostra certe a te repudianda petitio, que nostrum adimplens officium, tuis est commodis profutura; quia cum a te sollummodo «postulemus [11], ut Deum timeas, et ex tota ipsum mente diligens, ipsius mandata conserves, profecto sani spiritum non videreris habere consilii, si tuam in An. 1248.
hoc nobis, «immo [12] Deo cujus vices licet immeriti obtinemus in terris, negares obedientiam impertiri. In hac autem obedientia nullius quantumcumque potentis honor minuitur, sed ex hoc omnis potestas, et libertas temporalis augetur, quia illi digni populorum presunt regimini, qui sicut ipsi alios precellere cupiunt, sic divine student excellentie famulari. Hinc est quod Nobilitatem tuam rogamus, monemus, et hortamur attente, «quatinus [13] Romanam Ecclesiam matrem recognoscere, et ipsius Pontifici obedire, ac ad Aplice Sedis obedientiam subditos tuos efficaciter studeas invitare, ita quod ex hoc in eterna beatitudine fructum consequi valeas, qui non perit. Sciturus quod si hoc nostris «immo [14] Dei potius beneplacitis te coaptes, te inter cetera catholicos principes reputabimus specialem, et ad tuum incrementum honoris semper diligenti studio intendemus. Ceterum quia pericula possunt facilius evitari, si contra ipsa per providentie clipeum muniamur, pro speciali munere petimus, ut quam cito tibi constiterit, quod Tartarorum exercitus versus Christianos dirigat gressus suos, id quamtotius fratribus de domo Theotonica in Livonia commorantibus intimare procures, ut, cum istud per eosdem fratres ad notitiam nostram pervenerit, qualiter ipsis Tartaris viriliter cum Dei adjutorio resistamus, maturius cogitare possimus. Super eo autem quod collum tuum noluisti subdere jugo Tartarice feritatis, prudentiam tuam dignis in Domino laudibus «commendemus [15]. Datum Lugduni X. Kal. Febr. anno V. (1248).

(An. V. epist. 1043).

Variæ lectiones in exempl. Albertrandii.

[1] Jaroslai. — [2] eremo. — [3] aberraverat. — [4] pœnitentiario. — [5] cujusdam. — [6] quam infeliciter. — [7] adducere. [8] imitandi. — [9] ita. — [10] dedicavit. — [11] postulamus. — [12] imò. — [13] quatenus. — [14] imó. — [15] commendamus.

LXXIX.

An. 1248. **Innocentii P. IV. ad Magistrum et fratres de domo Theutonicorum in Prussia (De certiorando Summo Pontifice de incursione Tartarorum in ditiones Christianas).**

Папы Иннокентія IV. къ Магистру Тевтонскаго ордена въ Пруссіи, чтобъ увѣдомляли Папу о набѣгахъ Татаръ на области Христіанскія.

Magistro et fratribus de domo Theotonicorum in Prussiæ partibus constitutis Innocentius Episcopus servus servorum Dei.

Cum Danieli Regi Russie illustri et..... fratri ejus, ac Nobili viro Alexandro Duci Susdaliensi nostras literas dirigamus, ut cum eis constiterit quod Tartarorum exercitus versus Christianitatem dirigat gressus suos, id vobis intimare procurent, ut cum hoc per vos notitiam nostram pervenerit, qualiter ipsis Tartaris viriliter cum Dei adjutorio resistamus, possimus maturius cogitare, quia pericula possunt facilius evitari si contra ipsa per providentie clipeum muniamur, mandamus quatenus cum id vobis innotuit per eos vel aliquem eorundem, nobis studeatis quantotius intimare. Datum Lugduni IX. Kalendas Februarii anno quinto. (1248).

(An. V. epist. 1040).

LXXX.

An. 1251. **Innocentii P. IV. ad Archiepiscopum Livoniae ac Prussiae, ad Episcopos Rigensem et Curoniensem et fratres Theutonicos. (Jura Ecclesiarum Livoniae et Curoniae confirmantur).**

Папы Иннокентія IV. Архіепископу Ливонскому и Прусскому, Епископамъ Рижскому и Курляндскому, и Братіямъ Тевтонскаго ордена, объ утвержденіи церковныхъ правъ Ливоніи и Курляндіи.

Innocentius Episcopus servus servorum Dei..... Archiepiscopo Livoniae, ac Prussie, ac Rigensi, et..... Curoniensi Episcopis et dilectis filiis Capitulo et Fratribus Theutonicis Magistro et Fratribus Hospitalis S. Marie Theutonicorum in Livonia et Curonia salutem et apostolicam benedictionem.

Quae de speciali mandato nostro sunt instituta, et provide ac salubriter ordinata, decet Apostolico communiri presidio, ut inconcusse robur firmitatis habeant, et illibato consistant. Sane cum ordinationes, que Rigensem, Semigalliensem, et Curoniensem tangebant Ecclesias,

reformatione, et correctione indigere in aliquibus viderentur. Nos ordinationes ipsas corrigendas, et reformandas Venerabilibus fratribus P. Albanensi, et W. Sabinensi Episcopis, ac dilectis filio nostro J. tituli sancti Laurentii in Lucina presbitero, Cardinalibus duximus committendas, qui diligenter naturam huiusmodi negotii attendentes, certam super hiis ordinationem vobis, frater Archiepiscope, ac fili Magister, nec non procuratoribus vestris, fratres Episcopi, ac fili Capitulum presentibus et consentientibus fecisse noscuntur, prout in patentibus litteris inde confectis, et signatis sigillis Episcoporum, et Cardinalium predictorum, ac etiam vestris, jamdicti Archiepiscope, et Magister, plenius continetur. Nos itaque vestris supplicationibus inclinati ordinationem hujusmodi per Albanensem, et Sabinensem Episcopos, et Cardinales prefatos super premissis provide factam, ratam et firmam habentes eam auctoritate apostolica confirmamus, et presentis scripti patrocinio communimus. Tenorem autem litterarum ipsarum de verbo ad verbum presentibus fecimus annotari, qui talis est. Petrus miseratione divina Albanensis, et Guillelmus eadem miseratione Sabinensis Episcopi, ac Johannes Dei gratia tituli Sancti Laurentii in Lucina presbiter, Cardinales, omnibus Christi fidelibus, ad quos presens scriptum pervenerit, salutem in nomine Jesu Christi. Vestra noverit Universitas evidenter, quod cum Dominus Papa diligenter attendens quod quidam ordinationes. que Rigensem, Semigalliensem, et Curoniensem tangebant Ecclesias, reformationem, et correctionem in quibusdam non immerito requirebant, correctionem, et reformationem ordinationum hujusmodi nobis viva voce duxerit committendum, nos attendentes, quod Rigensis Ecclesia, que in dilatatione fidei christiane, utpote primitiva, et precipua premissis Ecclesiis, in partibus Livonie, et Estonie laboravit, adeo in suis jam fuerat diminuta limitibus, quod nisi ejus- An. 1251.
dem Ecclesie ampliarentur termini, paganorum incursibus, quibus frequentius conquassatur, resistere non valeret, nec divinus cultus, sicut ab eadem cepit Ecclesia, debitum susciperet incrementum, ut ejusdem Ecclesie sollicitudini condigno respondeatur effectu. Terra, que Semigallia dicitur, auctoritate nobis in hac parte commissa, diocesis ejusdem Rigensis Ecclesie decrevimus uniendam, ita quod Rigensis Episcopus ipsam Semigalliam cum omni jurisdictione, et jure temporali et spirituali possideat, excepta tertia parte eiusdem Semigallię, quam fratres domus Sancte Marie Theotonicorum cum decimis et omni jurisdictione, et jure spirituali, et temporali possident, et hactenus possiderunt, et sic nullus de cetero in eadem Semigallia perficiatur Episcopus, quia cum quedam pars sit Rigensis diocesis, que tante latitudinis non exisistit, quod si tota etiam conversa foret ad fidem proprium non posset Episcopum sustinere, verum cum bo. me. S. Maguntinus Archiepiscopus discretum virum fratrem Henricum dictum de Luccelburg, de ordine fratrum Minorum, facti illarum partium prorsus ignarus, in Semigalliensem Episcopum auctoritate apostolicam duxerit promovendum, nos eundem fratrem ad totam Curoniensem diocesim, nunc pastore vacantem, duximus transferendum, quam totam Curoniam sive Curlandiam pro sue diocesis terminis tam idem frater Henricus, quam successores ejus pacifice possideant, et quiete, ita tamen, quod Magister, et fratres domus Sancte Marie Theotonicorum in eadem Curonia duas partes ejusdem terre, cum decimis, et omni jure, et jurisdictione temporali possideant, ut eodem modo prefatus Curonensis Episcopus tertiam partem residuam ejusdem terre cum omni jure, et jurisdictione temporali, et spirituali pacifice possideat, et quiete. Quia vero Capitulo Rigensi ab eodem Rigensi Episcopo anno presente ordina-

An 1251. tione nostram ducentorum uncorum in Donedange, et Thargele in eadem Curoniensi diocesi fuerant assignati, redditus ipsos prefatos Capitulum ex nunc in perpetuum cum decimis, et omni temporali jurisdictione et jure retinere volumus, et mandamus, quos tamen iidem Capitulum a diocesanis loci suscipient, et etiam possidebunt, prout superius est expressum, tam in portione fratrum, et Capituli predictorum, quam in tota diocesi, Curonensi Episcopo diocesanis omnibus juribus reservatis, que non possunt nisi per Episcopum exerceri. Et quoniam propter paganorum frequentes incursus, et alia emergentia negotia peragenda, Curoniensem Episcopum in civitate Rigensi contingat sepius commorari. Domum, et aream, quam bone memorie.... Semigalliensis Episcopus habuerat in eadem civitate Rigensi, eidem Curoniensi Episcopo, decernimus, et volumus assignari, cum idem Curoniensis pretium, pro quo eodem domus, et area redempte fuerunt, Rigensi Episcopo paratus fuerit exhibere, et ne Sedes Metropolitica, que ab eodem domino papa de novo in illis partibus est creata, debito careat fundamento ex sue titulo dignitatis, decrevimus ordinandum, ut predictus Archiepiscopus, qui ad illam Metropolim est assumtus, in civitate Rigensi predicta, que nobilior ex multis causis, et habilior aliis Ecclesiis illarum partium esse videatur, sedem Archiepiscopalem constituat, secundum quod ei per literas apostolicas est indultum. Si autem idem Rigensis Episcopus cedem Episcopatum Rigensem, vel ad alium Episcopatum se transferre voluerit, id ei auctoritate predicta indulgemus, et sic memoratus Archiepiscopatus nominata Rigensi Ecclesia pro Metropoli libere valeat adipisci. Alioquin dictus Rigensis quoad vixerit, pacifice in statu presenti tam in civitate, quam diocesi Rigensi permaneat, eodem Archiepiscopo tam in Civitate Rigensi, quam per totam suam provinciam jurisdictionem metropoliticam exercente. Quod autem hujusmodi ordinatione facto de consensu ejusdem Archiepiscopi et fratris Theodorici dicti de Gruvennig, magistri ejusdem Domus Sancte Marie Theutonicorum in Pruscia, et Livonia, et discreti viri Alexandri Sacriste, et Lamberti Canonici Rigensis, procuratorum Episcopi, et Capituli Rigensis predictorum, et Hezelini Canonici Sancti Theobaldi Metensis, procuratoris ejusdem fratris Henrici quondam Semigalliensis Episcopi, nunc vero Episcopi Curoniensis, rata permaneat, et inviolabiliter observetur, sigillorum nostrorum munimine una cum sigillis predicti Archiepiscopi, ac memorati magistri ipsam duximus roborandam. Datum Lugduni V. Nonas Martii, Pontificatus domini Innocentii Pape IV. Anno VIII. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre confirmationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem etc. Datum Lugduni II. Idus Martii, anno VIII. (1251).

(An. VIII. epist. 492).

LXXXI.

Innocentii P. IV. ad Episcopum Culmensem. (De decima ecclesiastica moderate exigenda in Regno Lithoviæ).

Папы Иннокентія IV. къ Епископу Кульмскому объ умѣренномъ взиманіи десятины церковной во владѣніяхъ Литовскихъ.

An. 1251.

Innocentius Episcopus servus servorum Dei Episcopo Culmensi salutem et apostolicam benedictionem.

Exquisite diligentie studium plantis adhibendum est teneris, ut profundis firmate radicibus in altum facilius proficere valeant, et desideratam ubertate fructuum successiva fecunditate producant. Sane de carissimo in Christo filio nostro Mindowe Illustri Rege Lithovie spiritu exultante percepimus, quod cum ipsi olim in errore devio constitutus conditoris omnium notitiam non haberet, se numero aggregari fidelium fecit per baptismatis sacramentum, pie sine intermissione desiderans, ut numerosa paganorum multitudo sibi subdita christiane professionis titulo decoretur. Quia vero gens hujusmodi olim solita lege nature vivere divinis institutionibus, et preceptis, aut canonicis sanctionibus servandis non potest de facili animum sic plene applicare. Nos paterno volentes affectu, ut ipsa quousque sibi firma soliditas in predicte religionis cultu proveniat, spiritualis lactis poculo faveatur, mandamus qnatinus...... Episcopo, et Prelatis, ac Rectoribus Ecclesiarum, qui fuerint in Lithovia constituti, auctoritate nostra districte precipias, quod in exigendis, ac percipiendis decimis circa predictum Regem, ac ejusdem subditos, ita se habeant, ut ipsa sub onere ac jugo Domini non pressure, aut asperitatis tedium, sed lenitatis, ac suavitatis invenisse solatium gratulantes, scandalo perturbari non valeant, nec a bono proposito revocari. Contradictores autem, si qui fuerint; vel rebelles, auctoritate nostra, monitione premissa, appellatione remota compescas. Non obstantibus etc. Datum Mediolani Idibus Julii anno IX. (1251).

(An. IX. epist 6).

LXXXII.

Innocentii P. IV. ad Regem Lithoviæ. (Rex Lithoviæ Christianam religionem amplexus in Beati Petri tutelam accipitur).

Король Литовскій (Миндовгъ) воспріявшій Христіанскую вѣру, пріемлется Папою Иннокентіемъ IV. подъ покровительство Св. Петра.

An. 1251.

Innocentius Episcopus servus servorum Dei carissimo in Christo filio illustri Regi Luthawie salutem et apostolicam benedictionem.

Multa cor nostrum est super eo iocunditate perfusum, quod Dei et Redemptoris nostri Jesu Christi benignitas super faciem te suam illustrando, tibi misericorditer inspiravit, quod te

An. 1251. olim in tenebris positum cum numerosa multitudine paganorum ad gloriam divini nominis regenerari fecit per unde gratiam baptismalis. Quia vero per solempnes, ac speciales nuncios nobis humiliter supplicasti, ut te admittere in specialem filium Sancte Romane Ecclesie, ac paterna benevolentia prosequi deberemus. Nos tuis justis desideriis, que digna favore plenissimo reputamus, affectu benevolo annuentes, Regnum Luthawie, ac terras omnes, quas per divine virtutis auxilium iam eripuisti de infidelium manibus, vel eripere poteris in futurum, in ius et proprietatem beati Petri suscipimus, et ea cum uxore, filiis, et familia tuis sub protectione ac devotione Sedis Aplice permanere sancimus, districtius inhibentes ne quis te in fide Sedis Aplice persistentem super prefatis Regno, et terris temere impedire, seu molestare presumat. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre protectionis, constitutionis, et inhibitionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem etc. Datum Mediolani XVI. Kalendas Augusti, anno nono. (1251).

(Ann. IX. epist. 1).

LXXXIII.

An. 1251. **Innocentii P. IV. ad Episcopos Osiliensem et Curoniensem. (Rex Lithoviæ christianam religionem amplexus a nemine molestatur).**

Папы Иннокентія IV. Епископамъ Эзельскому и Курляндскому, чтобъ никто не причинялъ оскорбленій Королю Литовскому, воспріявшему Христіанскую вѣру.

Innocentius Episcopus servus servorum Dei..... Osiliensi, et..... Curoniensi Episcopis salutem et Apostolicam benedictionem.

Multa cor nostrum, etc. ut in epistola proxima superiori, verbis competenter mutatis, usque molestare presumat. Quocirca mandamus, quatinus dictum Regem non permittatis super hiis contra protectionis, constitutionis, et inhibitionis nostre tenorem ab aliquibus indebite molestari. Molestatores hujusmodi, monitione premissa, appellatione remota, censuris ecclesiasticis compescendo. Non obstantibus aliquibus sit indultum, quod suspendi, vel interdici, aut excommunicari non possint per litteras aplicas non facientes plenam, et expressam de indulto hujusmodi mentionem, et constitutione de duabus dictis etc. Quod si non ambo his exequendis potueritis interesse, alter vestrum ea nihilominus exequatur. Datum Mediolani XVI. Kalendas Augusti, anno nono. (1251).

(Ann. IX. epist. 2).

LXXXIV.

Innocentii P. IV. ad Episcopum Culmensem. (Lithoviæ Regi diadematis regalis honorem conferat.)

Папы Иннокентія IV. Епископу Кульмскому, дабы вѣнчалъ на королевство Миндовга Кн. Литовскаго.

An. 1251.

Innocentius Episcopus servus servorum Dei..... Episcopo Culmensi salutem et apostolicam benedictionem.

Multa cor nostrum est super eo iocunditate perfusum, quod Dei, et Redemptoris nostri Jesu Christi benignitas super carissimo in Christi filio nostro Mindowm. Illustrem Luthowie Regem suam faciem illustrando, ei misericorditer inspiravit etc. ut supra, usque annuentes. Mandamus, quatinus accersitis aliquibus Ecclesiarum Prelatis, et religiosis personis, dictum M. in totius Luthowie, ac terrarum omnium, quas per divine virtutis auxilium iam eripuit de infidelium manibus, vel eripere poterit in futurum, auctoritate nostra corones in Regem, et sibi ab omnibus constitutis ibidem, tanquam Regi catholico, super omnibus diligenter intendi facias, que spectare ad dignitatem regiam dinoscuntur. Ita tamen, quod ipse, ac successores sui Regnum predictum, ac prefatas terras, que ad suarum precum instantiam in ius et proprietatem beati Petri suscepimus, se ab aplica Sede tenere perpetuo recognoscant. Contradictores autem, si qui fuerint, vel rebelles, monitione premissa, per censuras ecclesiasticas, appellatione remota, compescas. Non obstantibus etc. Datum Mediolani XVI. Kalend. Augusti anno nono. (1251).

(Ann. IX. epist. 3).

LXXXV.

Innocentii P. IV. ad Episcopum Culmensem. (Ecclesiam cathedralem erigendam in Lithovia curet, eique Episcopum præficiat).

Папы Иннокентія IV. Епископу Кульмскому объ устаповленіи Соборной церкви въ Литвѣ и о поставленіи туда Епископа.

An. 1251.

Innocentius Episcopus servus servorum Dei..... Episcopo Culmensi salutem et apostolicam benedictionem.

Ad hec semper nostri cordis aspirat affectio, ut, sicut omnis terrra Dei majestate repletur, sic et ubique notitia sua gloriosi nominis habeatur. Sane per inspirationis sue gratiam iam pro-

An. 1251. venisse percepimus, quod carissimus in Christo filius noster Mindowe Illustris Rex Lithowie olim in tenebris positus cum numerosa multitudine paganorum ad gloriam Divini nominis regenerari se fecit per unde gratiam baptismalis. Quia vero tam pia, et clara Regis ejusdem merita nos inducunt, ut ipsius justa desideria favore benevolo compleamus. Nos de tua circumspectione confisi, presentium tibi auctoritate committimus, qualinus virum honestum et providum, ac in spiritualibus, et temporalibus circumspectum, qui pontificali conveniat oneri, et honori, predictae Luthovie auctoritate nostra preficias, in Episcopum, et pastorem, ac duobus vel tribus accersitis Episcopis, sibi munus consecrationis impendas, prius tamen a predicto Rege optimo terre solo pro fundanda cathedrali Ecclesia, et honorabilibus, ac decentibus dotibus assignatis, cui licitum esse volumus, ut quotiens oportunum fuerit, terram ipsius Regis visitet, et cuncta ibidem exerceat, que non possunt nisi per Episcopum exerceri. Ceterum postquam de prefato Episcopo, quem soli Romano Episcopo volumus subiacere, provisum fuerit, juxta mandati nostri tenorem, tu ab ipse fidelitatis solite juramentum, nostre et Ecclesie Romane nomine recipias, juxta formam, quam sub bulla nostra tibi mittimus interclusam. Formam autem juramenti, quod ipse prestabit, de verbo ad verbum per ejus patentes litteras suo sigillo signatas nobis per proprium nuncium quantocius destinare procures. Contradictores autem si qui fuerint, vel rebelles, monitione premissa, per censuras ecclesiasticas, appellatione remota compescendo. Non obstantibus si aliquibus etc. Datum Mediolani XVI. Kalendas Augusti anno nono. (1251).

(An. IX. epist. 4).

LXXXVI.

An. 1251. Innocentii P. IV. ad Episcopos Rigensem, Tarbatensem et Osiliensem. (Infideles finitimos Regno Lithoviæ ad Religionem Christianam adducant).

Папы Иннокентія IV. Епископамъ Рижскому, Дерптскому и Эзельскому, чтобъ они обращали въ вѣру Христіанскую смежныхъ съ королевствомъ Литовскимъ невѣрныхъ.

Innocentius Episcopus servus servorum Dei Ragensi (sic) *.... Tarbatensi.... Osiliensi Episcopis salutem et apostolicam benedictionem.*

Spiritu exultante percepimus quod inspirationis divine gratia faciente, carissimus in Christo filius noster Mindowe Rex Luthowie olim cum numerosa infidelium multitudine existens in perfidie tenebris se ad divini nominis gloriam regenerari fecit per unde gratiam baptismalis. Cum itaque dicti Regis ad hoc ferventer aspiret affectio, ut per suffragium Sancte Romane Ecclesie ad viventis Dei notitiam multitudo circumstantium paganorum adhuc manens in er-

rore devio convertatur, fraternitatem vestram attente rogandam duximus, et monemus mandantes, quatinus eidem Regi super conversione, vel subiugatione infidelium hujusmodi obtinenda, nec non super invasoribus, seu quibuscumque terre sue molestatoribus compescendis spirituali, et temporali districtione una cum dilectis filiis...... Magistro, et fratribus hospitalis Sancte Marie Theutonicorum in Livonia manentium, sicut efficatius poteritis, assistatis. Non obstantibus etc. Datum Mediolani VII. Kalendas Augusti anno nono. (1251). An. 1251.

(An. IX. epist. 5).

LXXXVII.

Innocentii P. IV. ad Archiepiscopum Livoniæ et Prussiæ. (De cathedrali ecclesia erigenda atque dotanda a Rege Lithoviæ).

Папы Иннокентія IV. Архіепископу Ливонскому и Прусскому о намѣреніи Короля Литовскаго устроить и снабдить дарами Соборную у себя церковь. An. 1252.

Innocentius Episcopus servus servorum Dei..... Archiepiscopo Livonie ac Prussie salutem et Apostolicam benedictionem.

Carissimus in Christo filius noster.... Illustris Rex Lithovie de novo conversus ad cultum fidei christiane ferventer in voto gerere dicitur, quod episcopalis sedes in suis partibus habeatur, maxime cum ipse Cathedralem Ecclesiam in expensis suis de novo exigere sit paratus, ac ipsam dotare magnifice pro Dei gloria et honore. Nos itaque piis ejus desideriis annuentes, fraternitati tue, de qua in Domino fiduciam specialem gerimus, per apostolica scripta mandamus, quatinus personam providam et honestam, ac spiritualibus, et temporalibus circumspectam, que sit accepta dicto Regi, cum super hoc ab ipso requisitus extiteris, eidem Ecclesie auctoritate nostra preficias in Episcopum et pastorem, et associatis duobus, vel tribus convicinis Episcopis, ei munus consecrationis impendas, faciens sibi a subditis obedientie et reverentie debitum exhiberi. Contra recepturus ab eo postmodum pro nobis et Ecclesia fidelitatis solite juramentum, juxta formam, quam tibi sub illa nostra mittimus interclusam. Normam autem juramenti, quod ipse prestabit, de verbo ad verbum per ejus patentes litteras, suo sigillo signatas, nobis per proprium nuntium quantocius destinare procures. Nos enim nihilominus irritum decernimus et inane, si quid super hoc contra mandati nostri tenorem contigerit attemptari. Datum Assisii octavo Kalendas Julii, anno X. (1252).

(Ann. X. epist. 788).

LXXXVIII.

An. 1253 Innocentii P. IV. ad universos Christi fideles per Regnum Boemiæ, Moraviam, Sarbiam et Pomoraviam. (De propulsandis Tartarorum incursionibus a Christianorum ditionibus ac de cruce contra Tartaros prædicanda).

Папы Иннокентія IV. ко всѣмъ Христіанамъ Богеміи, Моравіи, Сербіи и Померaніи, объ отраженіи набѣговъ Татаръ на земли Христіанскія и о проповѣдыванія крестоваго похода противъ Татаръ.

Innocentius Episcopus servus servorum Dei universis Christi fidelibus per Regnum Boemiæ, Moraviam, Sarbiam et Pomoraviam constitutis salutem et apostolicam benedictionem.

Cum ad aliorum simus custodiam, disponente Domino, licet immeriti deputati, sollicitudinis nostre interesse dinoscitur non tam manifesta quam suspecta vereri pericula, cordaque fidelium ne preoccupari ab eis subito valeant, non sine multa instantia propulsare, ut sic prudenter se preparent, et contra ipsa providentie clipeo viriliter se accingant, ut si aliquando, quod absit, ex insperato ingruerint, ab ipsis ferantur facilius, minusque noceant utpote iam previsa. Porro plagam quam repentinus Tartarorum adventus in nonnullis Christianitatis partibus crudeliter intulit, dolentes referimus, eoque magis ipsius reminiscimur lacrimosi, quo etati persone, ac sexui minime deferens, multis Christicolis per eosdem Tartaros, letaliter est inflicta. Verum licet ipsorum recessus ab illatis molestiis vobis aliquod intervallum temporis indulserit respirandi, quousque tamen in eisdem januis Christianitatis habentur, tamquam ad vos aditus deinceps eis non pateat revertendi, non debetis imaginariam vobis securitatem promittere, ex qua possit vobis grave ruine dispendium de facili provenire. Sane nuper carissimo in Christo filio nostro Rege Ruscie illustri, quem loci vicinitas suorum secretorum plerumque reddit participem, per literas suas accepimus, referente, praefatos Tartaros ad delendas reliquias, quas divina benignitas in plerisque locis propter fuge presidium ab ipsorum clementer manibus liberavit, et ipsius vicinia christianitatis, vesano Spiritu, nisi Deus eis restiterit conculcanda, propter quod ne tam infeliciis propositi preconceptum sortiantur effectum, ne feralis impetus in multorum debachetur excidium obsistentium robore non repressus, interest vestra precipue, qui prioribus ipsorum incursibus estis expositi, sic disponi quod per vos eorum conatibus, ne cervicosa ipsorum amplius invalescat superbia irretunsa, acie viriliter resistatur. Aliter eidem rei publice ac vestro detrimento non parum accederet, si vobis negligentibus, et non obstantibus eis, hostium, cum possitis, ipsos ad alios christianos pestiferum per vos contigerit habere progressum. Ceterum etsi in tam discriminoso belli congressu arma materialia utiliter requirantur, non sunt tamen postponenda, immo praeferenda salutifere crucis insignia, ut vos athlete Christi eis laudabiliter insigniti, cui duci deserviatis evidenter, appareat, ac per ejus virtutem, in qua Christus debellavit aereas potestates ipsorum Tartarorum adversitas mirifice vobis cedat. Non verum ita quod prestolandus buccine clangor, non invitatis sug-

gestio creditur opportuna, ut in tanto necessitatis articulo ad prelium hoc vos excitet preliandum, cum in vobis extimemus illius vigere rationis judicium, quod, nullo etiam vos ad id invitante, maturato presidio casibus curabitis occurrere tam votivis. Veruntamen ne salutem vestram videamur negligere, ac sanguis vester requiratur a nobis gerentibus speculatoris officium, si eum, nobis tacentibus, gladius effuderit impiorum, dilectum filium.... Abbatem de Mezano virum morum honestate conspicuum, preditum scientia literarum, ac nobis, et fratribus nostris merito sue probitatis acceptum, ad vos provide duximus destinandum, ut per se et alios, quos ad hoc idoneos noverit in sapientia Spiritus Sancti divinitus attributa vobis contra ipsos Tartaros, ac etiam alios Paganos christianorum sanguinem non minus eisdem Tartaris sitientes, predicans verbum crucis, ipsius insigni caractere vos studeat premunire. Tollat ergo fidelis quilibet crucem suam sequens in splendore armorum Domini vexillum glorie summi Regis. ad hujus saltem abolendam verecundiae maculam, que vobis ascribitur, quod nunc miserabiliter infidelibus terga datis, quibus nomen vestrum esse terribile consuevit. Ut autem nichil omnino desit ad tam salubre negocium prosequendum, omnibus qui ab ipso commoniti contra predictos Tartaros receperint signum Crucis, illam suorum peccatorum veniam, illudque privilegium elargimur, que accedentibus in terre sancte subsidium conceduntur. Datum Asisii II. Idus Maii. Pontificatus nostri anno decimo (1253) An. 1253.

In eundem modum Archiepiscopis, et Episcopis et aliis universis Christi fidelibus per Rusciam constitutis.

(Ann. X. epist. 931).

LXXXIX.

Innocentii P. IV. ad Archiepiscopum Livoniæ et Prussiæ (Archiepiscopus Prussiæ in Livonia, Russia et Estonia legationis apostolica munere fungi pergat).

Папы Иннокентія IV. Архіепископу Ливонскому и Прусскому, о томъ, чтобы ему продолжать въ Ливоніи, Россіи и Эстоніи исправленіе должности Папскаго Легата. An. 1254.

Innocentius Episcopus servus servorum Dei..... Archiepiscopo Livonie et Pruscie, salutem et apostolicam benedictionem.

Cum te olim ad partes Pruscie, Estonie, et Livonie cum legationis officio misissemus, ac tibi postmodum ad Aplicam Sedem reverso, ut non obstante, quod fines tue fueras legationis egressus, eodem officio, cum ad partes predictas te redire contingeret, uti posses libere sicut prius de gratia duxerimus, concedendum, tu tamen videns quod in Pruscie partibus ex labore tuo circa legationem hujusmodi speratus fructus non poterat provenire, ipsi legationi quantum in te fuit renuntians, revocationis ejusdem litteras a predicta Sede, sicut asseris, recepisti. Sed

An. 1254. quia in eisdem litteris, non de Livonia, Estonia, vel Ruscia, sed de Pruscia dumtaxat mentio habebatur, dubitans an ingressurus Livoniam, et partes alias, ad quas missus fueras ut Legatus, cum nec dum eas attigeris, accedere debeas cum legationis officio, tua petiit fraternitas, apostolice responsionis oraculo edoceri. Nos itaque plenam gerentes in Domino de tua circumspectione fiduciam, ut quod super hoc tibi videbitur, quo ad Livoniam, Estoniam, vel Rusciam, Pruscia penitus excepta, Deum habendo pro oculis prudenter, ac laudabiliter exercere valeas, tibi auctoritate presentium concedimus facultatem. Ita tamen, quod de dilectis filiis.... Magistro, et fratribus Hospitalis Sancte Marie Theutonicorum in Livonia, seu Pruscia, et Curonia, vel Estonia constitutis, ac de his, que pertinent ad eosdem, ipsis invitis, seu renitentibus, te nullatenus intromittas. Quod si contrafeceris, illud exnunc irritum esse volumus et inane. Datum Laterani VI. Idus Martii anno XI. (1254).

(Ann. XI. epist. 514).

XC.

An. 1254. **Innocentii P. IV. ad Archiepiscopum, Episcopos et Prælatos Livoniæ, Estoniæ et Prussiæ. (Contra Tartaros, Livoniam et Estoniam vastantes crucis verbum prædicent).**

Папы Иннокентія IV. Архіепископу, Епископамъ и другимъ духовнымъ лицамъ Ливоніи, Эстоніи и Пруссіи, чтобъ они проповѣдывали крестовый походъ противъ Татаръ, опустошающихъ Ливонію и Эстонію.

Innocentius Episcopus servus servorum Dei..... Archiepiscopo, et Episcopis, ac dilectis filiis Decanis, Archidiaconis, Prepositis et aliis Ecclesiarum Prelatis per Livoniam, Estoniam et Prusciam constitutis, ad quos littere iste pervenerint. Salutem et apostolicam benedictionem.

Attentione vigili debent omnia evitari, que casum dubium, et discrimen continent manifestum. Sane non absque cordis anxietate percepimus, quod sevissimi Tartari christiani nominis inimici, et ipsorum complices terras Livonie, Estonie, Pruscie, ac alias, quas in partibus illis dilecti filii fratres Hospitalis Sancte Marie Theutonicorum non sine magnis laboribus et expensis, ac propriis effusione sanguinis, divina potentia suffragante, reducerunt ad culmen catholice veritatis occupare ac destruere moliuntur. Cum autem dignum sit et congruum, ut per Sedem Aplicam, cui divinitus omnium cura fidelium commissa esse dinoscitur, super hoc salubre consilium apponatur, nos de vestra circumspectione confisi, Universitati vestre per aplica scripta mandamus, quatinus contra Tartaros, et complices memoratos in dictis terris verbum

crucis per Vos, et alios ad hoc ydoneos predicetis, eam auctoritate nostra peccatorum veniam, et illas immunitates assumentibus crucem hujusmodi concessuri, que transfretantibus in terre sancte subsidium in generali concilio sunt concesse. Datum Assisii 14 Kalendas Juni, anno XI. (1254). An. 1254.

(*Ann. XI. epist 665*).

CXI.

Innocentii P. IV. ad Episcopum Nuemburgensem. (Romanus Pontifex abrogat juramentum ab Episcopo Ecclesiæ cathedralis ab Rege Lithoviæ erectæ Archiepiscopo Prussiæ prestitum, eo quod ipsam Ecclesiam sedi apostolicæ immediate subjectam declaraverat).

Папы Иннокентія IV. Епископу Нуембургскому (?) о томъ, что Папа отмѣняетъ присягу, данную Епископомъ учрежденной Королемъ Литовскимъ Соборной церкви Архіепископу Прусскому, объявляя церковь сію непосредственно подвѣдомою Папскому Престолу. An. 1254.

Innocentius Episcopus servus servorum Dei..... Episcopo Nuemburgensi salutem et apostolicam benedictionem.

Inclinati precibus carissimi in Christo filii nostri..... Illustris Regis Lithoviae de novo conversi ad cultum fidei christiane, venerabili fratri nostro..... Archiepiscopo Livonie, ac Pruscie, prout accepimus, sub certo forma dedimus nostris litteris in mandatis, ut Cathedrali Ecclesie, qua dictus Rex in partibus suis de novo sub propriis expensis exigere, ac dotare magnifice intendebat, venerabilem fratrem nostrum Christianum Episcopum, tunc fratrem presbyterum Hospitalis Sancte Marie Theutonicorum in Livonia, ad requisitionem Regis ejusdem, auctoritate nostra preficeret in Pastorem, et ei munus consecrationis impenderet, ac sibi a subditis faceret obedientiam, et reverentiam debitam exhiberi, recepturus ab eo postmodum pro nobis, et Ecclesia Romana fidelitatis solite juramentum juxta formam, quam sibi sub bulla nostra misimus interclusam. Sane idem Archiepiscopus, priusquam ad ipsum hujusmodi nostre littere pervenissent, Ecclesie memorate de predicto fratre providit, juramentum fidelitatis suo, et Ecclesie sue nomine ab illo recipiens, licet hoc de intentione nostra nullatenus extitisset, maxime cum terra Lithovie sit de jure, et proprietate beati Petri, ac pro ejusdem Regis honore, quem a sue conversionis initio assumpsimus in filium Ecclesie specialem, et regie dignitatis titulo fecimus insigniri, nullum ibi esse velimus Episcopum, qui alii, quam Romano Pontifici sit subjectus. Quia vero idem Rex postmodum per affectuosas litteras postulavit a nobis, ut super hoc providere de circumspectione Sedis Apostolice curaremus, nos ejus precibus annuentes, mandamus, quatinus eundem Episcopum ad observantiam predicti juramenti pre-

An. 1254. fato Archiepiscopo taliter prestiti denuncians aliquatenus non teneri, recipias ab ipso pro nobis, et Ecclesia Romana fidelitatis solite juramentum juxta formam litterarum, quas super hoc transmisimus Archiepiscopo memorato. Formam autem juramenti, quod ipse Episcopus prestabit, per specialem nuncium ad hoc deputatum ad nos quantocius destinare procures. Non obstante, si eidem Archiepiscopo, aut cuicumque persone, dignitati, seu loco de partibus illis a Sede Apostolica sit indultum, quod per litteras ejusmodi suspendi, vel interdici, aut excommunicari non possit, nisi de indulto hujusmodi plenam et expressam, seu de toto tenore ipsius fecerit mentionem, sive quacumque alia indulgentia, per quam effectus mandati nostri in hac parte impediri valeat, vel differri. Datum Anagnie nonis Septembris, mense XII. (1254).

(An. XII. epist. 178).

XCII.

An. 1254. **Innocentii P. IV. ad Magistrum et Fratres Theutonicos Livoniæ. (Confirmatur divisio Curlandiæ inter Fratres Theutonicos Livoniæ et Episcopum ipsius Curlandiæ seu Curoniae).**

Папы Иннокентія IV. Магистру и Братіямъ Тевтонскаго ордена въ Ливоніи, о томъ, что Папа утверждаетъ раздѣлъ Курляндіи между Тевтонскимъ орденомъ и Епископомъ Курляндскимъ.

Innocentius Episcopus servus servorum Dei Magistro et Fratribus Hospitalis Sancte Marie Theutonicorum in Livonia salutem et apostolicam benedictionem.

Cum a nobis petitur quod justum est, et honestum, tam vigor equitatis, quam ordo exigit rationis, ut id per sollicitudinem officii nostri ad debitum perducatur effectum. Exhibita siquidem nobis vestra petitio continebat, quod cum jamdudum per Sedem Aplicam, et Legato ipsius fuerit ordinatum ut vos duas partes Livonie, ac Pruscie, quas possetis eripere de manibus paganorum, et Episcopi locorum ipsorum earundem terrarum tertiam debeant obtinere, vos juxta ordinationem hujusmodi terram Curonie cum venerabili fratre nostro... Curoniensi Episcopo sponte et concorditer divisistis, prout in patentibus litteris exinde confectis plenius dicitur contineri. Nos itaque vestris supplicationibus divisionem hujusmodi, sicut provide facta est, et ab utraque parte sponte recepta, et hactenus pacifice observata, auctoritate aplica confirmamus, et presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat etc. Datum Anagnie XII. Kalendas Octobris, anno XII. (1254).

(Ann. XII. epist. 228).

XCIII.

Alexandri P. IV. ad Regem Lithuaniae. (Permittet ei Regnum Russorum bello invadere, suisque ditionibus adjungere).

Папа Александръ IV. позволяетъ Королю Литовскому воевать Россiю и присоединять области ея къ своимъ владѣнiямъ. An. 1255.

Alexandri IV. litteræ Regi Lithuaniæ.

Cum sicut ex parte tua fuit propositum coram nobis, tu contra Regnum Russiae ipsiusque inhabitatores in infidelitatis devio constitutos indefessa strenuitate decertans, nonnullas terras ipsius regni tuae subjugaveris ditioni, nos attendentes, quod de terras habente praedictas, vicinae paganorum et infidelium regiones de facili poterunt tuo dominio subjici, et acquiri cultui Christiano; tuis benigne precibus annnentes, praefatas terras tibi tuisque successoribus, absque Catholicorum quorundam praejudicio, auctoritate Apostolica confirmamus. Datum Neapoli II. Nonas Martii anno primo. (1255).

(Exemplar Albertrandii).

XCIV.

Alexandri P. IV. ad Episcopum Lubicensem. (Ejus confirmatur jurisdictio super Latinos in Russia degentes).

Папа Александръ IV. подтверждаетъ Епископу Любекскому судебную расправу надъ Латинцами, живущими въ Россiи. An. 1257.

Episcopo Lubicensi Alexander Episcopus servus servorum Dei.

Ex parte tua fuit nobis humiliter supplicatum ut, cum Lubicenses Episcopi predecessores tui, qui fuere pro tempore in possessione spiritualis jurisdictionis super omnes Latinos existentes in Russia, et aliorum legem colentium eorumdem, fuerint a tempore, cujus memoria non existit, et tu etiam in possessione adhuc existas eadem, ac propter magnam diffusionem terre, ac perfidiam dominorum ipsius, nec non malitiam habitantium in eadem, non possis commode predictam diocesim visitare, providere in hac parte tibi et Ecclesie tue, ne ex hoc jus ipsius Ecclesie deperire contingat, apostolica diligentia curaremus. Nos igitur tuis supplicationibus inclinati tibi et eidem Ecclesie, ut nullum hac occasione vobis in posterum super ipsa jurisdictione prejudicium generetur auctoritate presentium indulgemus. Nulli ergo etc. nostre concessionis etc. Datum Laterani III. Idus Februarii, anno tertio. (1257).

(An. III. epist. 111).

XCV.

An. 1257. **Alexandri P. IV. ad Danielem Regem Russiae. (Objurgatur de ejus defectione a catholica Ecclesia et ad illam redire monetur).**

Папа Александръ IV. укоряетъ Даніила Короля Русскаго за отступленіе его отъ Католической церкви и увѣщеваетъ его возвратиться въ вѣдра оной.

Danieli Regi Russie timorem divini nominis et amorem Alexander Episcopus servus servorum Dei.

Inter alia que nobis ex injuncto Apostolatus incumbunt officio, animarum nos convenit precipue invigilare saluti, ut eas Regum Regi, qui nos illarum, licet «immeriti (1), voluit preesse regimini, lucrifacere, sua nobis cooperante gratia, valeamus. Verum quia non est Deo acceptum obsequium, quod sine fide prestatur, nec pervenitur operum edificio ad salutem, quod supra firmitatem fidei non «consurgit (2), ad propagandam eam, et corroborandam in mentibus omnium, et specialiter Regum et Principum intentione tota omnique sollicitudine, ac verbi et operis efficacia laborare debemus, ut Christiana Religione latius diffusa per orbem, Patris Eterni filius multiplicatis servitoribus plenius honoretur. Sane tu olim cupiens de infidelitatis tenebris, que postquam etiam renatus fuisti fonte baptismatis oculos tue mentis involverant, ad «lumen (3) Catholice fidei, sine qua nemo salvatur, et ad obedientiam Ecclesie Romane non sine divina inspiratione redire, juramento prestito promisisti, Ecclesie predicte tamquam fidelis ejus filius obedire, ac fidem Catholicam, sicut alii Orthodoxi mundi Principes, observare. Propter quod Ecclesia eadem volens te in sui devotione congruis firmare favoribus, et condignis gratiis confovere, personam tuam ad Regalis dignitatis apicem sublimavit, faciendo te inungi sacri crismatis oleo, tuoque imponi capiti «Regum (4) diadema. Sed tu, sicut ad audientiam nostram non sine cordis turbatione pervenit, tam spiritualium quam temporalium beneficiorum ipsius Ecclesie immemor, tanteque gratie prorsus ingratus, prestiti juramenti religione contempta, id quod circa obedientiam ejusdem Ecclesie, ac predicte observationem fidei promisisse «dinosceris (5), observare postmodum non curasti, in anime tue periculum, ipsius injuriam fidei, Ecclesie predicte contemptum, et obprobrium Jesu Christi. Super quo tanto vehementius contristamur, quanto «faventius (6) super omnia cordis nostri desiderabilia cupimus, ut cultus ejusdem fidei per orbem longius, latiusque diffusus continuum, auctore Domino, suscipiat incrementum. Volentes igitur apostolicis apud te super hoc insistere monitis, et ad veritatem, que Christus est, paternis te persuasionibus revocare, ac sperantes quod te graviter contra Deum, et ejus Ecclesiam deliquisse considerans, condigne peniteas, et errorem tuum corrigere studeas per te ipsum, Magnitudinem tuam monendam duximus attentius, et hortandam quatinus ad tuam memoriam revocans, quanto studio, quantaque sollicitudine circa exaltationem tuam Sedes Apostolica laborarit, consideramus etiam quod non Ecclesiam, sed te ipsum decipis tuum in hac parte promissum dampnabiliter non servando perditionis viam,

qua graderis, non differas abjurare, et id quod de ipsius observatione fidei, et predicte Ecclesie obedientia, juramento prestito, promisisti, inviolabiliter observare procures. Ita quod nos tuorum laudabilium operum odore percepto, multa exinde perfusi letitia, dulcia ipsius Ecclesie ubera, que copiose dudum in multorum beneficiorum perceptione suxisti, tibi, tuis exigentibus meritis, affectuosius porrigamus. Alioquin venerabilibus fratribus nostris..... Olomucensi et.... Wratislaviensi Episcopis litteris nostris injungimus, ut te ad id per censuram ecclesiasticam, appellatione remota «compellant(7). Non obstantibus aliquibus litteris Aplicis cujascunque tenoris existant, per quas effectus presentium impediri valeat vel differri, et Constitutione de duabus dictis edita in concilio generali. Datum Laterani. Idibus Februarii, anno tertio. (1257). An. 1257.

(An. III. epist. 101).

Variæ lectiones in Exempl. Albertrandii.

(1) Immeritos. — (2) assurgit. — (3) lucem. — (4) regium. — (5) dignosceris. — (6) ferventius. — (7) compellant. invocato nihilominus contra te auxilio brachii saecularis.)

Data sunt Olomucensi aliisque praesulibus mandata, ut Danielem censuris armisque fidelium ad officium redigerent.

XCVI.

Hermanni Episcopi Osiliensis circularis epistola. (De juribus Neophytorum Osiliensium).

Германа Епископа Эзельскаго, окружное посланіе о правахъ, присвоенныхъ новообращеннымъ Эзельскимъ Христіанамъ. An. 1284.

In nomine Sanctae et individuæ Trinitatis. Amen. Hermannus Dei gratia Ossiliensis Ecclesiæ Episcopus universis Christi fidelibus in nostra diocesi constitutis salutem in eo qui est omnium credentium vera salus.

Universitati vestrae notum esse cupimus, quod praedecessoris nostri vestigiis inhaerentes, statuta, ac jura, quae ad petitionem Neophitorum dioecesis nostrae praelibatae, de consilio Magistri ac fratrum Domus Theutonicae ibernorum, ac vasallorum Ecclesiae nostrae a jam dicto praedecessore nostro bonae memoriae edita ac conscripta fuerant, et de consilio et consensu Prelatorum et Canonicorum Ecclesiae nostrae, Commendatoris ac fratrum Domus Theutonicae in Leal vasallorum, ac seniorum Ecclesiae jam praelibatae denuo praesentibus literis duximus innovanda, ac etiam auctoritate, qua fungimur, confirmanda. Quorum statutorum, ac jurium tenorem praesentibus duximus declarandum, videlicet, ut solvant decimas de omnibus quae secundum jus divinum consueverunt decimari. Item de quolibet unco dabunt duas marchas ....

An. 1284. cum dimidio. Item de quolibet unco pullum unum. Item uno die arabunt dominis suis propriis bobus et propriis expensis, duobus vero metent. Item de eo, qui metere potest, unum de qualibet Vitzkatu, duas plaustratas feni solvere promiserunt. Item de quolibet unco ducent unum cubitum lignorum aequum in longitudine, et latitudine et atitudine, qui raden vulgariter appellatur. Item de vino Gordii Brazni facient, illudque suis dominis portabunt. Item decimam etiam praelibatam ducent ubi dominis placuerit, dummodo in diocesi loca fuerint, ad quae ducent, extra dioecesim autem ducere non cogerentur. Praeterea castra Ecclesiae, et domos dominorum suorum aedificabunt, se ipsas contingat, per incendium, vel insultus hostium devastari. Item Ecclesias suas, et Plebanorum aedificabunt, et reaedificabunt, si fuerint incendio, vel aliquo casu fortuito devastatae. Item ad expeditionem, et ad terrae defensionem parati erunt, cum ipsis ab Episcopo fuerit intimatum. Teneantur etiam ad jura spiritualia et pontificalia, et in aliis causis coram dominis suis stent juri, judicio seculari, in quo si ipsos indebite gravari contigerit, possunt secundum mandatum apostolicum, et jus gentium ad Episcopum appellare. Si autem, ultra quod praescriptum est, dominis suis sive in servitiis, vel aliis donis, sine aliqua coactione, sed bona voluntate adiicere voluerint, hoc ipsorum libero arbitrio duximus relinquendum. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc innovationis, et confirmationis nostrae paginam infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare praesumpserit, excommunicationis sententiam, quam in talem inferemus, se noverit incursurum, ad penam aliam nihilominus, secundum mandatum apostolicum, processuri. Si hoc meruerit protervitas contumacis. Plebanis etiam in his septem Kilegundis constitutis districtius injungimus, ut quibus Ecclesia sua tenorem literae praelibatae bis in anno, videlicet in festo Paschae, et in assumptione beatae Virginis coram Vasallis et Neophitis non negligant recitare, si et ipsi praemissam poenam, vel consimilem voluerint evitare. Ut ergo praelibata firma, et inconvulsa permaneant, praesens scriptum sigillo nostro, et Capituli nostri fecimus communiri. Datum in Leapasellae anno 1284.

Ex libro ms, cui titulus: Nunziatura di Polonia. tom. 12. pag. 324.

XCVII.

An. 1299. **Bonifacii P. VIII. ad Archiepiscopum Rigensem et Episcopos Tarbatensem et Osiliensem. (Motus paganorum in Estonia contra Regem Daniae).**

Папы Бонифація VIII. Архіепископу Рижскому и Епископамъ Дерптскому и Эзельскому, о возстаніи язычниковъ въ Эстоніи противъ Короля Датскаго.

Venerabilibus Fratribus Rigensi Archiepiscopo, Tarbatensi et Osiliensi Episcopis Bonifacius Episcopus servus servorum Dei.

Paganorum horrenda perfidia statui christiane religionis infesta, fidelium avida turbare quietem contra Magnificum Principem Ericum Regem Illustrum Dacie, ac vasallos ejus in terra

Estonie frequentur, sicut accepimus, ausibus contumeliosis insurgit, ipsos impugnare presumens, ac satagens exterminare vasallos, ut per eorumdem potentiam paganorum super terram, quod absit, nefariis conatibus dilatetur. Quantum autem detestabile, ac perniliosum existeret, quantumve christicolis, et maxime vobis, et aliis illarum partium in dispendium, et obprobrium, si, quod avertat Altissimus, pagani predicti prevalerent ibidem, et innate nequitie venena diffunderent, redundaret, circumspectio vestra neglectui non debet exponere, sed sic considerare prudenter, quod zelus amoris Domini, et cultus fidei christiane in vestris ferventer insidere precordiis dinoscantur. Quare fraternitatem vestram rogamus, et obsecramus in Domino An 1299.
per apostolica vobis scripta districte precipiendo mandantes, quatinus efficacibus studiis, et viis ac modis, de quibus expedire videritis hujusmodi paganorum perfidie obviantes, prefatis vasallis ejusdem Regis Dacie pro defensione dicte terre Estonie, ac dilatatione fidei memorate in eis sic prudenter, sic efficaciter assistatis, quod per studia vestra fides, et religio christiana habeant inibi, divini auxilii potentia suffragante, triumphum, vosque per hoc retributionis eterne premium consequi plenius valeatis, et constituatis Regem ipsum processu temporis in nostris beneplacitis debitorem. Datum Laterani XV. Kalendas Aprilis, anno quinto. (1299).

(An. V. epist. 164).

XCVIII.

Isarni Archiepiscopi Rigensis decisio. (De concordia inter cives Osilienses et fratres Theutonicos Livoniae inita).

Изарна Архіепископа Рижскаго рѣшеніе о примиреніи An 1301
Эзельскихъ гражданъ съ Братіями Тевтонскаго ордена въ Ливоніи.

In nomine domini. Amen.

Nos Isarnus permissione divina Sanctae Rigensis Ecclesiae Archiepiscopus in Arbitrem Arbitratorem, seu admirabilem compositorem per venerabilem patrem Dominum Conradum Episcopum, Decanum, Capitulum, populum Osiliae, et Maritimae, ac Nicolaum dicti Domini Episcopi Capellanum, eidem Episcopo adhaerentes, ex parte una, ac religiosos viros Magistrum Godefridum, et fratres Sanctae Marie Theutonicorum in Livonia, ac populum, Johannem Scolasticum Osiliensem, ac Johannem de Ikeskull militem praedicto Magistro et fratribus adhaerentes, ex altera, super damnis, expensis, injuriis, et interesse hinc inde datis tempore guerrae, et ex tunc communiter electi, attendentes quos licet per confessiones ex parte dicti Magistri, ac fratrum, ac populi supradicti, nec non per testes supradicti Episcopi, et sibi adhaerentium praedictorum, de damnis, injuriis, ac aliis supradictis sibi il-

An. 1301. latis per Magistrum, fratres, ac populum saepedictos, ac etiam per confessiones ex parte dicti Episcopi, ac testes dictorum fratrum de damnis, injuriis, ac aliis supradictis sibi illatis, et si non per dictum Dominum Episcopum, per suam tamen familiam, gentem, ac populum Osiliae, ac Maritimae supradictos plenarie nobis constat. Nihilominus tamen, quia canonica dicit auctoritas interdum severitati aliquid detrahendum, prout statu terrarum, et multitudine et qualitate excedentium provida deliberatione pensatis, visum fuit expedire. Idcirco nos pensantes, et manifestissime cognoscentes pericula imminentia in partibus istis praesertim, ab infidelibus inimicis notoriis fidei Christianae pro discordia Domini, ac Magistri, et fratrum, et populorum praedictorum eidem Episcopo adhaerentium, in hac parte praedicta damna, injurias, et alia supradicta, pro bono pacis, et concordiae, ac tranquillo statu terrae, et fidei christianae hinc inde inter ipsum Episcopum, et populos supradicte, ex parte una, et praedictum Magistrum, et fratres, ex altera, mutua compensatione tollentes praefatum Episcopum, familiam, et gentem, et populos Osiliae, et Maritimae supradictos a praedictis damnis, injuriis, expensis, et aliis supradictis per praedictum Magistrum, et fratres petitis, potestate nobis concessa a partibus supradictis absolvimus, ac ipsos similiter Magistrum et fratres a praedictis damnis, injuriis, expensis et aliis supradictis per Episcopum, et populum praedictum absolvi in his scriptis mandantes, statuendo, et ordinando partibus supradictis, quod omni rancore et ira prorsus explosis, praedictis litibus, et earum prosecutioni renunciantes sibi fideliter assistant, praesertim pro bono statu terrae contra quoslibet infideles, quodque praedictus Dominus Episcopus dictum Magistrum, et fratres dilectione paterna diligat, et pertractet, ipsique Magister, et fratres ipsum Dominum Episcopum, ob reverentiam Dei, et pontificalis honorem ordinis, devotione humili prosequantur, et ipsius coadjutores existant in executione sui officii contra inobedientes quoslibet, et rebelles. Nos autem nunc, et ex tunc praedictas partes, et earum quamlibet, si contra praedicta aliquid egerint per se, vel per alios publice, vel occulte, seu quovis exquisito colore, in poenam, et ad poenam periurii juramenti praestiti per dictas partes in instrumento compromissi, contenti potestate praemissa, nihilominus condemnamus, et in praefatum Episcopum, et Magistrum suspensionis ab ingressu Ecclesiae, in populum autem interdicti, in singulorum personas tam ecclesiasticas, quam saeculares auctoritate ordinaria excommunicationis sententias proferimus in his scriptis. Ceterum super aliis quaestionibus similiter pendentibus coram nobis inter praedictum Dominum Episcopum, Decanum, et Capitulum, ac Nicolaum presbyterum supradictum ex parte una, et praedictos Magistrum, ac fratres et populum, Scolasticum, et Johannem militem, ex altera, supersedemus ad praesens, intendentes eas post reversionem nostram de Romana Curia, dante Domino, salubriter terminare. Nolumus tamen, quod praedictus Dominus Episcopus nihil innovet circa personam, dignitatem, vel beneficia, vel alia bona populi supradicti. Excepto quod si idem Dominus Episcopus velit eum removere de castro, in quo noscitur habitare, hoc possit libere, dum tamen de alio decenti eidem populo provideri procuret. Hoc autem volumus, et rogamus Dominum Episcopum supradictum, ut ob reverentiam Magistri, et fratrum, ac etiam nostram praedicta sustineat aequanimiter, et observet. Item castra de Scalis, et Hapisal plene et libere restituimus cum omnibus juribus, et pertinentiis suis Episcopo supradicto, et plenam ac liberam administrationem concedimus eidem, et praedictis. Item volumus et mandamus Magistro, et fratribus supradictis, quod in insula Osi-

liae nullum fortalitium de novo faciant, seu antiquum, praeter quod in formam antiquam reficiant, sine nostra licentia, nisi aliter inter partes praedictas fuerit concordatum. Acta et data sunt haec apud Fossatum Molendini adiacens monasterio Dunemum de Sabatho Dominicae Trinitatis, anno Domini 1132(*). Praesentibus praedicto Domino Episcopo, et Hartungo Canonico ipsius, procuratore populorum praedictorum, Magistro Marscalco ordinis Sanctae Marie Theutonicorum, Widekino Praeposito nostro Seigensi, Woldemaro de Tost milite, Serlaco dicto Res, Lamberto de Seyni civibus nostris Rigensibus, et aliis clericis, et laicis quam plurimis fidedignis. (1301). An. 1301.

Ex libro ms., Nunziatura di Polonia. tom. 12. pag. 325.

(*) Въ семъ показаніи года (1132) должна быть ошибка. Изарнъ былъ Архіепископомъ Рижскимъ съ 1300 до 1304 года. Annus 1132 falso positus videtur, quum Isarnus Archiepiscopus Rigae fuerit ab anno 1300 ad 1304.

XCIX.

Johannis P. XXII. ad Magistrum, commendatores et milites, etc. ordinis Theutonicorum in Livonia. (Ut referant de perpetratis violenter in terra Livoniae Rigensis diocesis contra Christianos, qui propterea a fide defecerant; item damna sarciant, restituendo castra et alia, quae injuste occupaverant).

Папы Іоанна XXII. къ Магистру, Командорамъ и другимъ чиновникамъ Тевтонскаго ордена въ Ливоніи, чтобъ отступили отъ содѣянныхъ ими насильствъ противъ Христіанъ Рижской Епархіи, которые по сей причинѣ отложились отъ вѣры; также чтобъ поправили вредъ причиненный ими, возвращеніемъ замковъ и другихъ имуществъ, какими неправильно завладѣли. An. 1318.

Dilectis filiis Magistro ordinis domus Sanctæ Mariæ Theutonicorum Jerusalemitane, nec non Preceptori in Livonia, Commendatoribus de Dunemunda et de Vellin et de Venda dicti ordinis in Rigensi ejusque Livonie et Pruscie provinciis constitutis, nec non Florentio Decano Tarbatensi, atque Johanno de Palo, Valderamo de Rasis, Johanni de Tisenhusen, Johanni et Rodulpho de Ungaria Militibus, Johanni Ostroghusen et Johanni Ikkekule Laicis Trinitatis diocesis et provincie Rigensis Johannes Episcopus servus servorum Dei.

Romana mater Ecclesia que pietatis opera diligens, et salutem expetens singulorum, pervigil et sollicita redditur ad fidei christiane limites propagandos, ab olim fidedignis relatibus intellecto quod terra Livonie a tramite veritatis exorbitans, paganitatis sequebatur errores, labores plurimos subiit, et favorabilem opem impendit, ut dicta terra salubribus ducta consiliis, gentilitatis abdicatis erroribus ad cultum reduceretur fidei orthodoxe. Nonnullis sancte Romane Ecclesie Cardinalibus, et aliis solempnibus ad partes illas Sedis Apostolice Legatis, et Nunciis destinatis, et tandem f. r. Gregorius Papa VIII. predecessor noster hujusmodi negotium

An. 1318. pietatis studio prosequens, ut in dicta terra conversorum fidelium universitas ad Dei laudem, et gloriam, ac ejus exaltationem fidei copiosis proficeret incrementis, et paganorum perfidiam, que adversus illos conatus exercebat nefarios, favente Domino, dextera contereret triumphanti, fideique vigor robur solide susciperet firmitatis, inter cetera statuit, et decrevit ut ea, que illis partibus pro ecclesiarum, et neophitorum libertate, aut pro terre statu existerent per Sedem Apostolicam ordinata, vel per ipsam ordinare contingeret in futurum, a Fratribus Hospitalis Ordinis Theotonicorum in Livonia constitutis inviolabiliter servarentur, et prefata terra, que juris, et proprietatis fore dinoscitur beati Petri, per eos ante alios nullius unquam potestatis dominio subderetur, prout in apostolicis litteris super hoc confectis, quas archivius ejusdem servat Ecclesie, plenius et seriosius continetur. Set non sine multe turbationis materia iamdudum ex clamore valido, et insinuatione famosa ad predecessorum nostrorum Romanorum Pontificum, et continuatis successive temporibus subsequenter ad nostrum pervenit auditum, quod licet a principio novelle plantationis fidei in terra predicta status ecclesiarum in dicta terra consistentium in primarum ecclesiarum novo cultu divino affluentia facultatum, libertatis quoque et immunitatis prerogativa floruerit, et cooperante Domino, in dicta terra succreverit christiane fidei latitudo, quia posteriora non fuerunt confirmata prioribus, sed priora potius posterioribus deformata, dum in primas ecclesias, et alias de novo ad fidem conversas, que precipuis fuerant prosequende favoribus, ut ad susceptionem fidei mentes allicerentur aliorum, sic fuisse crudeliter, inhumaniter desevitum, quod plerique, volentes ad fidem converti, se a conversione hujusmodi retraxerunt, Ecclesia quoque Rigensis illius terre metropolis, et quamplures alie ecclesie in Livonia, et Pruscia constitute Rigensis provincie propter contumelias plurimas earum illatas pastoribus, quod dolentes referimus, in castris, possessionibus, et ceteris bonis ipsarum fere denudate totaliter dicuntur, ac pro magna parte incole, et habitatores dictarum provinciarum, dum velut parvuli panes peterent verbi Dei, et non esset qui frangeret eis, celestis vite ipsis pabula ministrando, si ab observantia fidei, et moribus Romane Ecclesie sunt redditi alieni, quod plus ostendunt in eorum ritibus de paganorum erroribus, quam de observantia fidei orthodoxe; et licet predecessores predicti, et precipue f. r. Bonifacius VIII. et Clemens P. P. V. provide attendentes quod ex premissis impedimenta suscipiebat fidei propagatio, memorata incepissent studia sua convertere, et super hiis possent ad laudem divini nominis, incrementum fidei, et quietem fidelium in partibus illis degentium de salubri remedio providere, eorum tamen de hoc mundo vocatio, vel aliarum occupationum prepeditio predecessores eosdem super premissis oportunum adhibere remedium non permisit. Nos igitur frequentibus clamoribus, validis, et inculcatis relationibus fidedignis sepius excitati, ut super reformatione dictarum terrarum Livonie, et Pruscie in dicta Rigensi provincia consistentium, ecclesiarum quoque ipsarum, adversus quas plus dinoscitur desevisse christianorum impietas, quam hostilitas paganorum, debeamus impendere necessariam opem, et perutilem operam diligentie salutaris, providimus de fratrum nostrorum consilio per vos, qui terrarum predictarum conditionem, et deformationem plenius cognovistis de predictis omnibus eidem sedi relatis plenarie informari, ut vestra reformatione recepta, auxiliante Deo, per sollicitudinis nostre studium, remedii salvatoris provisio super premissis illis partibus impendatur. Quocirca vobis, et vestrum cuilibet, sub magisterii tui fili Magister, nec non sub preceptorie,

et commendarum, seu quarumlibet administrationum, vel officiorum, que Vos, filii preceptores, et Commendatores in dicto ordine, tibique Decane sub privatione beneficiorum, vobisque Milites, et Laici sub feudorum, et juris patronatus, que a quibuscumque, seu in quibuscumque ecclesiis obtinetis, ac excommunicationis penis districte precipiendo, mandamus quatinus infra sex menses a data presentium, quos vobis, et vestrum cuilibet de peremptorio termino adsignamus apostolico vos conspectui personaliter presentetis, venturi super omnibus que predicti contingunt, et possunt contingere totaliter informati, muniti plenius, et instructi quod nos, et Sedem prefatam possitis plenius informare, et specialiter per quas vias et modos procedere regiones, et terre ad fidem converti catholicam, et in ea servari melius valeant, et efficatius, partesque posite in vicino, que adhuc per errorum devia gradiuntur ad ipsius conversionem fidei propensius invitentur, et circumspecta providentia dicte Sedis ad alia etiam procedere valeat, que circa hoc utilia fore cognoverit, et viderit oportuna, ac etiam audituri, et facturi super premissis, et ea tangentibus, que vobis duxerimus injungenda. Et nihilominus tu, fili Magister, privilegia Sedis Apostolice, si qua tibi, vel Ordini tuo concessa, per que tu, Commendatores, et Fratres dicti Ordinis, dictusque ordo ab ordinariorum jurisdictione, et potestate sitis exempti forsitan obtinetis, cum nonnulli vos asserant non exemptos, illa tecum deferre procures, facturus per ea nobis, et sedi predicte de exceptione hujusmodi plenam fidem. Ceterum, quia ad nostram, et eorundem fratrum nostrorum audientiam multorum relatione pervenerit quod vos vestris juribus non contenti, set ad bona et jura Rigensis Ecclesie, que potius in conservandis, et ampliandis eisdem vestrum, tanquam pugilum fidei sentire deberet sibi profuturum auxilium, quam in despoliatione ipsorum denudationis sue deplorare miserabile detrimentum, manus avidas extendentes, portum Rigensem, in quo Venerabilis frater noster... . Archiepiscopus Rigensis jus obtinet patronatus cum Castro, et Monasterio Dunamunde ad mensam Archiepiscopalem Rigensem spectantibus, nec non Torreida, Nabel, Levisel, Dolen, Kercholme, Lenwerde, Conkenhusen, Crusebarch, Seelwene, Simdesel, Sotckele, Pebolche, Micoman, nec non Cremun, Ramalam, Donagungis castra, ac etiam villas, nemora, prata, pascua, piscationes, stagna, sylvas, agros, jura, et jurisdictiones, et territoria quelibet dictorum castrorum Rigensis diocesis una cum rebus immobilibus existentibus in eisdem ad dictam mensam, et dilectos filios Capitulum Rigensis Ecclesie pertinentia occupastis, seu occupari fecistis, vel occupationem factam ab aliis nomine vestro ratam, ut dicitur, habuistis. Volumus, vobis quae sub penis predictis precipiendo mandavimus, quatinus, si premissa omnia, quae proponuntur de occupatione hujusmodi per vos, seu de mandato vestro, vel aliter nomine vestro facta, vobis tamen eam ratam habentibus, veritate nitantur, predicta omnia, videlicet portum, monasterium, castra, villas, nemora, prata, pascua, piscationes, stagna, sylvas, agros, jura, jurisdictiones, territoria, ceteraque bona mobilia, et immobilia prelibata, alioquin illa ex eis quomodo premisso per vos, seu de mandato vestro, vel aliter vestro nomine, vobis tamen id ratum habentibus exteterint occupata, faciatis eisdem Archiepiscopo, et Capitulo restitui, et dimitti, eisdem de dampnis, et interesse plenam satisfactionem impendi, nullam in hac parte velamen excusationis frivole pretendentes, quia cum hujusmodi facta, que ipsorum conditio nature fieri minus notorie non permittit, cum in occupatione castrorum, et detentione ipsorum facti qualitas nequeat occultari, per multorum fide dignorum relationem veram, per quos utpote An. 1318.

An. 1318. tanquam per vicarios oculos, mundi facta conspecimus, ad nostram notitiam deferantur, si premissis veritas suffragetur, circa restitutionem ipsorum preveniatis nostre correctionis officium et Sedis Apostolice disciplinam, que profecto non valens tantam ejusdem Rigensis Ecclesie sustinere jacturam, validioribus, si expediret, utendo remediis, sibi prout oportunum fuerit, salubriter providebit, precipimus etiam vobis sub predictis penis ut a quibuslibet injuriis, et molestiis Archiepiscopi, et Capituli, et Ecclesie, et civitatis Rigensis, et ecclesiarum omnium, et ipsarum Ecclesiarum in Livonia, et Pruscia consistentium ejusdem Rigensis provincie per vos, et fratres Ordinis vestri penitus abstinere curetis. Litterarum presentatione presentium, quas in Regestro nostro fecimus regestrari, dilecto filio Conrato Procuratori vestro in Romana curia filii.... Magister, Preceptor et Commendatores latori presentium, quem ad hoc specialiter destinamus, dabimus plenam fidem. Datum Avinione VII. Kalendas Martii, anno secundo. (1318).

(An. II. par. 1. epist. 505).

C.

An. 1322. **Joannis P. XXII. ad Fratres de ordine Fratrum minorum, in terras infidelium proficiscentes. (Privilegia et indulgentiae iisdem Fratribus conceduntur).**

Папы Іоанна XXII. Братіямъ ордена Миноритовъ, отправляющимся въ земли невѣрныхъ, привилегіи и индульгенціи.

Dilectis filiis Fratribus de ordine Fratrum minorum in terras Sarracenorum, Paganorum, Grecorum, Bulgarorum, Cumanorum, Iberorum, Alanorum, Gazarorum, Gothorum, Sithorum, Ruthenorum, Jacobitarum, Nubianorum, Nestorianorum, Georgianorum, Armenorum, Indorum, Moclitorum, aliarumque non credentium Nationum orientis et aquilonis, seu quarumcumque aliarum partium proficiscentibus, Joannes Episcopus servus servorum Dei.

Cum hora undecima sit diei hominibus ut exeant ad opus usque ad mundi vesperam deputati, et illud Apocalipsis elogium cito credatur, cum Matris Ecclesie consolatione complendum, videlicet oportere viros spirituales vite mundicia, et intelligencie graciam cum Johanne fortitos, populis et gentibus, linguis, regibusque multis denuo prophanare, quia non sequitur aliquiarum Israhel per Isaiam prophetica salvatio, ne juxta Paulum Apostolum prius introeat gentium multitudo, nos licet immeriti super Aplice Sedis specula constituta fideliter, ac prudenter dispensandis Dei ministeriis, et operibus coadjuvandis intendimus, etsi urgente plenitudine temporis, post pia priorum studia in vineam Domini Sabaoth novos, et pene novissimos, qui sapienciam longum didicere per ocium, operarios mittere procuramus. Vos igitur, qui juxta professe religionis officium zelus comedit animarum, et cum quadriga quarta, quam variis

carismatum donis, et fidei fortitudine trahitis, ubique discurrere, ac vexillum Regis glorie procul levare gestitis, ad gentes, que Jesum Christum Dominum non agnoscunt, et subtractionis filios, qui sacrosancte Romane Ecclesie non obediunt, destinamus, vobis in remissionem peccatorum omnium injungentes quatinus seminatim super aquas multas in illo tantum, dixit qui se mundum vicisse confisi, ad illuminacionem Ecclesie multitudinis, et exterminium heretice falsitatis, ad confirmandos nutancium animos, et fidelium confortandos in luce sermonis, et rectitudine operis, propositum vobis iter sine quorumlibet offensione curaretis. Ut autem ministerium vestrum honoretur plenius, et honorabilius impleatur, presencium vobis auctoritate concedimus, ut in terris, que adhuc Sedis Aplice magisterio non intendunt, proponere verbum Dei, et constitutis ibidem, non obstante si aliqui sint excommunicacione ligati in verbis, officio, et cibo, ac in aliis secure communicare, et ipsos, seu alios converti ad unitatem Christiane fidei cupientes baptizare, et aggregare filiis Ecclesie sancte possitis, ipsisque totaliter, aggregatis hii ex vobis qui fuerint in sacerdotis constituti, ubi Episcoporum catholicorum copia non extiterit, sacramentum confirmationis conferre, ac nihilominus uti oleo et crismate antiquis, cum in eisdem partibus novum oleum sine magna difficultate haberi non possit, libere valeant, constitutionibus super hiis in contrarium editis non obstantibus, nec non aggregatos eosdem insignire caracteri clericali, et ipsos ad acolitatus ordinem promovere, liceat etiam vobis ibidem redeuntibus ad obedientiam Sedis Aplice, qui sunt excommunicacione ligati, absolucionis beneficium juxta formam Ecclesie impertiri, et super eo dispensare cum ipsis, qui sacros receperunt ordines, et divina celebrarunt officia sic ligati, hoc ipsum vobis sit licitum circa illos de terris eisdem, qui temporibus indebitis, vel infra etatem legitimam, aut qui omnes eademdie, An. 1322.
vel qui superiores, pretermissis inferioribus, conferre, seu recipere ordines presumpserunt, si tamen in hoc servata forma talis extiterit, per quam ordines recepissent. Vobis preterea dispensare liceat ut illi ex nationibus vestre predicacioni commissis, qui post susceptionem sacrorum ordinum, vel in gradibus et casibus a divina minime lege prohibitis matrimonia contraxerunt, remaneant in eisdem, et hii, qui ad catholice Ecclesie redierint unitatem, et inter suos habitent, eisque communicent, nec non quod clerici nacionum ipsorum prompte ad obedienciam Sedis Aplice redeuntes gaudeant privilegio Clericali. Sit vobis etiam licitum omnium fidelium in terris predictis confessiones audire, ac ipsis injungere penitencias salutares, et excommunicatos a Canone, vel alio modo juxta Ecclesie formam absolvere, dummodo injuriam et passis dampna satisfaciant competenter. Cum irregularibus autem parcium earumdem in illis casibus, in quibus solent legati Sedis Aplice dispensare, ac etiam cum clericis earum parcium pacientibus defectum natalium, dummodo non sint de adulterio vel incestu, aut regularibus procreati, sit vobis dispensandi facultas, quam circa illos similiter habeatis, qui ab unitate Ecclesie Catholice, seu religione, vel clericali ordine discesserunt, si humiliter redire voluerint, ac digne satisfacere de commissis. Itaque ipsi religiosi ad sua loca, salva disciplina Ordinis, resumantur, et illos ex jam dictis, qui excommunicacionis vinculo sunt astricti, juxta premissam formam, et predicte satisfactionis modum absolvere valeatis, et cum irregularibus, et ex eisdem, sicut est expressum superius, dispensare. Ad hec sit vobis absolvendi facultas occisores clericorum, et religiosarum personarum in predictis partibus constitutas, fundandi de novo Ecclesias, et reconciliandi illas, que sunt casu aliquo prophanate, ac de novo fundatis de

An. 1322. Rectoribus idoneis providendi, et qui de gentibus vel scismaticis noviter sunt conversi dandi licenciam ut uxores suas, cum quibus in gradibus a lege divina non prohibitis non contraxerunt, valeant retinere, de causis matrimonialibus, quas in partibus illis ad audienciam vestram deferri contigerit legitime cognoscendi, ad discordantes inter se ad invicem, quod ad pacem redeant, nec non quod inordinate viventes de suis excessibus sicut justum fuerit, satisfactionem exhibeant compellendi per censuram ecclesiasticam vobis libera sit facultas. Insuper in locis, in quibus vos hospitari contigerit, vel in locis parcium earumdem, in quibus residenciam facietis, missam, et cetera divina officia celebrare. In eisdem partibus cemiteria benedicere, ac dare indulgencias, et commutare vota facultatem, et licienciam habeatis. Ceterum vobis concedimus, quod a catholicis Patriarchis, Archiepiscopis, et Episcopis possitis ordines, et alia ecclesiastica sacramenta suscipere, ac vestes sacras, sacerdotes, altaris pallas, et corporalia per eos, qui ex vobis sunt presbiteri, cum necesse fuerit benedicere ubi catholicorum Episcoporum copia non habetur, nec non alia facere que ad augmentum Divini nominis, et ampliacionem catholice fidei, ac reprobacionem et irritationem illorum, qui sacris traditionibus contradicunt, sicut pro loco et tempore videritis expedire. Et ut fructum de vestris laboribus reportetis, et senciatis ex eis eterne salutis commoda uberius proventura, de omnipotentis Dei misericordia, et beatorum Petri et Pauli Apostolorum ejus auctoritate confisi, illam indulcienciam presenciam auctoritate concedimus, quam proficiscentibus in terre sancte subsidium Sedes Aplica concedere consuevit, ac nihilominus ut Christi fideles quasi qui per premia salubriter invitemus ad merita, omnibus vere penitentibus et confessis, qui Ecclesias et loca fratrum dicti vestri ordinis in partibus premissis constructa, et imposterum construenda causa devotionis, seu elemosine faciende ipsis fratribus, singulis diebus visitaverint, centum dies de injunctis eis penitenciis misericorditer relaxamus, vobis insuper auctoritate aplica concedimus ut in civitatibus, castris, vel villis, seu locis quibuscumque ad habitandum, domos, ac loca quecumque de novo recipere, seu hactenus recepta mutare, aut ex vendicionis, permutacionis, donacionis, aut cujusvis alienacionis titulo in alios transferre, prout utilius id fieri cognoveritis, de nostra, et dicte sedis speciali licencia valeatis, non obstante prohibitione fe. re. Bonifacie Pape VIII. predecessoris nostri, qua cavetur ne aliquis, vel aliqui de Predicatoribus, et Minoribus, ac religiosis aliis mendicantibus quibuscumque super hoc privilegiis muniti existant, predicta presumant absque Sedis Aplice liciencia speciali plenam et expressam faciente de prohibicione hujusmodi mencionem. Quod si secus actum fuerit irritum decernimus et inane. Volumus autem, et aplica auctoritate decernimus, ut illa, que de jure, vel de observata consuetudinem ad episcopalem dignitatem pertinent, seu jurisdictionem dumtaxat, vobis, seu quibuscumque aliis fratribus vestri, seu cujuscumque alterius ordinis ad terras non credentium transeuntibus, seu jam ibidem existentibus auctoritate aplica jam concessa, vel imposterum concedenda, nec in illis tantum partibus, in quibus Catholici Episcopi non fuerint, nec Vos, nec alii ulterius ordinis fratres exercere curetis, decernentes ex nunc irritum, et inane, si secus super hiis a quoquam scienter, vel ignoranter fuerit attemptatum. Nulli etc. nostre concessionis, liciencie, facultatis, potestatis, vel exactionis, voluntatis, et constitucionis infringere etc. Datum Avinione X. Kalendas Novembris, anno sexto. (1322).

(An. VI. pag. VII).

CI.

Joannis P. XXII. ad omnes Episcopos, Archiepiscopos, Abbates et alios ecclesiasticos. (Nunciis apostolicis Regem Ruthenorum adeuntibus necessaria ad vitam suppedientur).

Папы Іоанна XXII. Окружное посланіе всему духовенству, дабы снабдѣвали жизненными потребностями папскихъ Нунціевъ, отправляющихся къ королю Русскому (собственно къ Литовскому В. Князю). An. 1324.

Venerabilibus Fratribus Episcopis et Archiepiscopis, et dilectis filiis Electis, Abbatibus, Prioribus, Decanis, Prepositis, Archidiaconis, Archipresbiteris, Plebanis, Officialibus, Rectoribus et aliis ecclesiarum Prelatis et eorum vices gerentibus, ac personis ecclesiasticis, Religiosis et secularibus ecclesiarum et monasteriorum, capitulis et conventibus, exemptis et non exemptis, Cisterciensis, Cluniacensis, Cartusiensis, Premonstratensis, Sanctorum Benedicti et Augustini, ac aliorum ordinum, nec non Magistris et Preceptoribus Hospitalis Sancti Joannis Jerusalemitani et Sancte Marie Theotonicorum et Calatransis, ad quos literе iste pervenerint salutem, Joannes Episcopus servus servorum Dei.

Cum Venerabilem Fratrem nostrum Bartholomeum Episcopum Electensem, et dilectum filium Bernardum Abbatem Monasterii sancti Theofredi, Ordinis Sancti Benedicti, Aniciensis diocesis, Apostolice Sedis Nuncios pro magnis et arduis Ecclesie Romane, et fidei orthodoxe negociis ad Regnum Letvinorum, et Ruthenorum specialiter destinemus, Universitatem vestram rogamus et hortamur attente, per apostolica vobis scripta mandantes quatinus eosdem Nuncios, cum per partes vestras transitum fecerint, ob reverenciam dicte Sedis et nostram benigne recipientes, ac honeste tractantes, eisdem diebus singulis, Episcopo videlicet in octo, et Abbatis predicti in quinque florenis auri pro eorum necessariis, et de securo conductu, nec non in evectionibus oportunis, si sue in via forsan decesserint, vel defecerint, vel aliter fuerint impedite, cum super hiis ex parte nostra per ipsos, vel eorum alterum, seu nuncium, vel nuncios ipsorum fueritis requisiti, in eundo, morando, et redeundo liberaliter providere curetis, ita quod devotionem vestram exinde commendare merito valeamus, alioquin sententiam, quam ipsi, vel eorum alter per se, vel alium, seu alios propter hoc vite tulerint in rebelles, super quo eis, et eorum cuilibet plenam concedimus tenore presencium facultatem, ratam habebimus, et faciemus, auctore Domino, usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observari, non obstante, si aliquibus comitanter, vel divisim ab eadem Sede indultum existat quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per litteras apostolicas, que de indulto hujusmodi plenam, et expressam non fecerint mentionem, sive aliquibus privilegiis, vel indulgenciis quibuscumque personis, locis vel ordinibus sub quavis forma verborum ab eadem Sede concessis, de quibus, quorumque totis tenoribus in nostris literis specialis mencio sit habenda, et per que presens mandatum nostrum valeat quomodolibet impediri etc. Datum Avinione.

(An. VIII. pag. 19).

CII.

An. 1324. **Joannis P. XXII. ad Magistrum et fratres Hospitalis Sanctæ Mariæ Theutonicorum. (Regi Ruthenorum, ejusque Regno catholicam fidem suscepturis damna et injurias inferre abstineant).**

Папы Іоанна XXII. Магистру и братіямъ Тевтонскаго ордена, дабы не причиняли вреда и обидъ Королю Русскому (В. Кн. Гедимину) и его подданнымъ, готовымъ принять Католическую вѣру.

Dilectis filiis Magistro et Fratribus Hospitalis Sancte Marie Theutonicorum Jerusalemitane salutem Joannes Episcopus servus servorum Dei.

Pater luminum, a quo omne datum optimum, et omne donum perfectum descendere noscitur, mentem magnifici viri Gedenimne Regis Letwinorum, et multorum Ruthenorum preparasse videtur, sicut per devotissimas literas ejus nobis, et fratribus nostris Sancte Romane Ecclesie Cardinalibus nuper directas percepimus, ad cognoscendam, et percipiendam lucem catholice veritatis propter quod ad ejusdem Regis devote requisitionis instanciam Venerabilem fratrum nostrum Bartholomeum Episcopum Electensem, et dilectum filium Bernardum Abbatem Monasterii sancti Theofredi Aniciensis diocesis, viros utique literarum scientia preditos, in magnis, et arduis gerendis negociis hactenus laudabiliter probatos, ac fervidos catholice fidei zelatores, tamquam speciales Apostolice Sedis Nuncios ad partes illas providimus destinandos, sperantes quod per manus eorum idem Rex, et alii Principes, et nobiles cum populis dictarum parcium regenerati sacri unda baptismatis veram, sanctamque doctrinam catholice fidei, et evangelicam percipient veritatem. Cum autem idem Rex super certis articulis, causis, et questionibus, quos et quas contra vos se habere proponit, nostrum et ejusdem Ecclesie subire judicium non recuset, quin immo super hiis implorat auxilium confidenter, nos cupientes eundem, et quoslibet infideles ad catholicam fidem converti, volentesque, quantum cum Deo possumus, fovere favore, et beneficiis provocare, Universitatem vestram rogamus, monemus et hortamur attente, vobis in virtute sancte obediencie districtius injungentes, quatinus, postquam idem Rex fidem catholicam, Deo auctore, susceperit, a molestiis, dampnis et injuriis inferendis eidem, et hominibus Regni sui resipiscatis omnino, quin immo teneri vos volumus cum eodem Rege, et aliis personis illarum parcium, que ad fidem catholicam convertentur, fraterne et in pace vivere, sine qua non congrue colitur pacis auctor. Nos enim cum simus omnibus, secundum Apostolum, in justicia debitores, super predictis articulis, causis et questionibus post conversionem ipsius Regis ad fidem catholicam, intendimus per optime ac celeris exhibitionem justicie partes apostolice sollicitudinis adhibere. Datum Avinione.

(An. VIII. pag. 18).

CIII.

Joannis P. XXII. ad Episcopum Electensem et Abbatem Monasterii S. Theofredi, Nuncios apostolicos. (De dogmate quo Regem Ruthenorum subditosque Nuncii Apostolici imbuere debent).

Папы Іоанна XXII. Епископу Электенскому и Аббату монастыря Св. Теоѳреда, папскимъ Нунціямъ, о догматахъ, которые они преподавать должны Королю Русскому и его подданнымъ. An. 1324.

Venerabili Fratri Epo Electensi Bartholomeo et dilecto filio Bernardo Abbati Monasterii Sancti Theofredi Aniciensis diocesis Apostolicæ Sedis Nunciis Joannes Episcopus servus servorum Dei.

Inter precipuos et precordiales affectus, qui totum nos possident, illa est nobis cura suprema ut fides catholica jugiter augeatur, et tunc nobis juxta cor nostrum consolacionis materia prestatur; et gaudii cum audimus orbis Principes et Magnates, dudum ambulantes in tenebris et mortis umbra degentes novi luminis fulgoribus radiatos renasci cepisse fonte baptismatis, et perennem amplexari salutem, qui Christus est, et semitam agnoscere veritatis. Sane a Magnifico viro Principe Gedenimne Rege Letwinorum, et multorum Ruthenorum jam repetitas recepimus literas inter cetera continentes se, majoresque suos, nisi obstitissent aliqua, que longum esset per cuncta repetere, ad christianam fidem fuisse conversos, ipso denique cum instancia postulante ut Venerabilem Fratrem nostrum Archiepiscopum Rigensem ad dandum sibi tam generosi benedictionis munus ad partes illas mittere dignaremur, nos ex hiis precordialiter delectati, et devotas laudes, et supplices referentes Domino Jesu Christo, qui cordi dicti Regis tanti luminis jubar infundit, de vestra quoque fidei diligentia, et circumspectione plenam in Domino fiduciam obtinentes, et sperantes in eo, qui spiritus suos angelos facit, et ministros ejus ignem urentem, vos qui tante mercedis participio expertes non eritis, ad partes illas ad evvangelizandum dicto Regi, et genti sue verbum vite, ac viam salutis eterne duximus destinandos, et ut articulos christiane fidei dictis Regi et genti lucidius explanare, et insinuare possitis, ipsos vobis presentibus annotatos transmittimus, qui tales sunt. Credimus Sanctam Trinitatem Patrem, et Filium, et Spiritum Sanctum unum Deum omnipotentem, totamque in trinitate deitatem, coessencialem et consubstancialem, coeternam, coomnipotentem, unius voluntatis, potestatis, et majestatis, creatorem omnium creaturarum, a quo omnia, per quem omnia, que sunt in celo et in terra, visibilia et invisibilia, corporalia et spiritualia. Credimus singulam quamque in sancta Trinitate personam, unum, verum Dominum plenum, et perfectum. Credimus ipsum Filium Dei Verbum Dei eternaliter natum de Patre, consubstancialem, omnipotentem et equalem per omnia Patri in divinitate, conceptum de Spiritu Sancto, natum ex Maria semper Virgine, cum anima rationali, duas habentes nativitates, unam ex patre eternam, alteram ex matre temporalem, Deum verum, et hominem verum, proprium in utraque natura, atque perfectum, non adoptivum, neque fantasmaticum, set unum et unicum filium Dei,

An. 1324. in duabus et ex duabus, divina scilicet et humana, naturis, set in unius persone singularitate impassibilem et immortalem divinitate, set in humanitate pro nobis et pro salute nostra passum vera carnis passione, mortuum et sepultum, et descendisse ad inferos, ac tertia die resurrexisse a mortuis vera carnis resurrexione, die quadragesimo post resurrexionem cum carne, qua resurrexit, et anima ascendisse in celum, et sedere ad dexteram Patris, et inde venturum judicare vivos, et mortuos, et redditurum unicuique secundum opera sua sive bona fuerint, sive mala. Credimus etiam spiritum sanctum plenum et perfectum, verumque Deum ex Patre et Filio procedentem, coequalem, et coessencialem, et coomnipotentem, et coeternum per omnia Patri, et Filio. Credimus hanc sanctam Trinitatem non tres deos, set unum Deum omnipotentem, eternum, invisibilem, et incommutabilem. Credimus sanctam, catholicam et apostolicam unam esse veram Ecclesiam, in qua unum datur baptisma, et vera omnium remissio peccatorum. Credimus eciam veram resurrectionem ejusdem carnis, quam nunc gestamus, et vitam eternam. Credimus novi et veteris Testamenti, legis, ac Prophetarum, et Apostolorum unum esse auctorem Deum, et Dominum omnipotentem. Hec est vera fides catholica, et hanc superdictis articulis tenet, et predicat sacrosancta Romana Ecclesia. Set et propter diversos errores a quibusdam ex ignorancia, et ab aliis ex malicia introductos dicit et praedicat eos, qui post baptismum in peccata labuntur non rebaptizandos, set per veram penitenciam suorum posse consequi veniam peccatorum. Quod si vere penitentes in caritate decesserint, antequam dignis penitencie fructibus de commissis satisfecerint et omissis, eorum animas penis purgatoriis post mortem purgari, et ad penas hujusmodi relaxandas prodesse eis fidelium vivorum suffragia, missarum scilicet sacrificia, oraciones, et helemosinas et alia pietatis officia, que a fidelibus pro aliis fidelibus fieri consueverunt secundum Ecclesie instituta. Illorum igitur animas, qui post sacrum baptisma susceptum nullam omnino peccati maculam, illas eciam, que post contractam peccati maculam vel in suis manentes corporibus, vel eisdem exute, prout superius dictum est sunt purgate, in celum mox recipi. illorum autem animas, qui in mortali peccato, vel cum solo originali decedunt, mox in infernum descendere, penis tamen disparibus puniendas, eadem Romana Ecclesia credit, et firmiter asseverat, et quod nihilominus in die judicii omnes homines ante tribunal Christi cum corporibus propriis comparebunt reddituri de factis propriis racionem. Tenet eciam et docet, eadem Romana Ecclesia septem esse ecclesiastica sacramenta, unum scilicet baptisma, de quo dictum est supra, aliud est sacramentum confirmacionis, quod per manus imposicionem Episcopi conferunt crismando renatos, aliud est penitencia, aliud est eucharistia, aliud est sacramentum ordinis, aliud est matrimonium, aliud est extrema uncio, que secundum doctrinam beati Jacobi infirmantibus exhibetur. Sacramentum eucharistie ex azimo conficit ipsa Romana Ecclesia tenens, et docens quod in ipso sacramento panis transsubstanciatur vere in corpus, et vinum in sanguinem Domini nostri Jesu Christi. De matrimonio vero tenet quod nec unus vir simul plures uxores, nec una mulier simul habere permittitur plures viros, soluta vero lege matrimonii per mortem alterius conjugam secundas, et tercias deinceps nupcias successive licitas esse dicit, si impedimentum canonicum ex causa alia non obsistat. Ipsa quoque sacrosancta Romana Ecclesia summum, et plenum primatum, et principatum super universam catholicam Ecclesiam obtinet, quem se ab ipse Domino in beato Petro Apostolorum Principe, seu Vertice, cujus Romanus

An. 1324.

Pontifex est successor cum potestatis plenitudine recepisse veraciter, et humiliter recognoscit, qui sicut pre ceteris tenetur fide veritatem defendere, sic et, si que de fide suborte fuerint questiones, suo debet judicio diffinire, ad quem potest gravatus quilibet in negotiis pertinentibus ad forum ecclesiasticum appellare, set in omnibus causis ad examen ecclesiasticum spectantibus ad ipsius potest recurri judicium, et eidem omnes Ecclesie sunt subjecte, ipsarum quoque Prelati, et obedienciam, et reverenciam sibi debent, apud quam sic potestatis plenitudo consistit, quod Ecclesias ceteras ad solicitudinis partem admittit, quarum multas et Patriarchales precipue diversis privilegiis eadem Romana Ecclesia honoravit, sua tamen prerogativa tam in generalibus consiliis, quam in quibusdam aliis semper salva. Datum Avinione.

(An. VIII. pag. 19).

CIV.

An. 1324.

Joannis P. XXII. ad Episcopum Electensem et Abbatem Monasterii S. Theofredi, Nuncios apostolicos, (De pecunia eis suppeditanda, ut commodius negotia Religionis in Regno Ruthenorum prosequantur).

Папы Іоанна XXII. Епископу Электенскому и аббату монастыря Св. Теофреда, папскимъ Нунціямъ, о деньгахъ, какія имъ доставлены будутъ для успѣшнѣйшаго произходства дѣлъ вѣропропонѣданія въ областяхъ Русскихъ.

Venerabili Fratri Bartholomeo Episcopo Electensi et dilecto filio Bernardo Ab. Monasterii Sancti Theofredi Aniciensis diocesis Apostolice Sedis Nunciis Joannes Episcopus servus servorum Dei.

Cum vos tamquam viros litterarum scientia preditos, ac in multorum arduorum execucione probatos, scientes utique sollicite tractare grandia, prudenter illa dirigere, et laudabiliter, cooperante vobiscum Domino, consummare, ad Regnum Letwinorum, et Ruthenorum pro magnis, et arduis Ecclesie Romane, et fidei orthodoxe negotiis specialiter destinemus, tibi Frater Episcope octo, tibi vero fili Abbas quinque florenis auri singulis diebus, quibus in dictorum negotiorum prosecucione fueritis, pro necessariis vestris expensis de fratrum nostrorum consilio deliberavimus providendum. Ut igitur in commissis vobis negociis, eo possitis prosperari facilius, quo majori per nos fueritis auctoritate muniti, vobis, et cuilibet vestrum compellendi quoslibet Prelatos cujuscumque preminencie, vel dignitatis extiterint, eciamsi archiepiscopali, vel episcopali prefulgeant dignitate, nec non Regulares Cistercienses, Cluniacenses, Cartusienses, Premonstratenses, sanctorumque Benedicti, et Augustini, et aliorum Ordinum, magistros quoque, priores, preceptores, ac Fratres sancti Johannis Jerusalemitani, beate Marie Theutonicorum, Calatranensis, aliorum quorumcumque hospitalium, sive domorum, et alias quas-

An. 1324. cumque personas ecclesiasticas, Cathedralium, et aliarum Ecclesiarum, sive Monasteriorum exemptorum, et non exemptorum, per censuram ecclesiasticam ad contribuendum indictis procuracionibus vobis debitis, non obstantibus quibuscumque privilegiis, et indulgenciis apostolicis, perque possent in hac parte quomodolibet se tueri, et de quibus, quorumque totis tenoribus de verbo ad verbum debet fieri in nostris literis mencio specialis, plenam auctoritate presentis concedimus potestatem. Datum Avinione.

(An. VIII. epist. 18).

CV.


An. 1324. **Joannis P. XXII. ad Episcopum Electensem et Abbatem Monasterii S. Theofredi Nuncios Apostolicos. (Ne impediantur quominus Ecclesiæ Romanæ negotia in Regno curent Ruthenorum).**

Папы Іоанна XXII Епископу Электенскому и аббату монастыря Св. Теофреда, папскимъ Нунціямъ, чтобъ не было имъ дѣлаемо препятствія въ исполненіи ихъ должности, пещись о дѣлахъ Римской церкви въ Россіи.

Venerabili Fratri Bartholomeo Episcopo Electensi ac dilecto filio Bernardo Abbati Monasterii S. Theofredi Aniciensis diocesis Apostolicæ Sedis Nunciis Joannes Episcopus servus servorum Dei.

Cum vos ad Regnum Letwinorum, et Ruthenorum pro magnis arduisque negotiis respicientibus exaltacionem, et augmentum catholice fidei destinemus, quia in desideriis nostris geritur ut, submotis impedimentis quibuslibet, eorum negociorum prosecucioni libere, ac efficaciter, auctore Domino, intendere valeatis, omnes et singulos cujuscumque dignitatis, ordinis, condicionis, vel status extiterint, ecclesiastici, vel mundani, qui vobis, seu familiaribus, et nunciis vestris, quandiu fueritis in prosecucione predicta, impedimenta, vel obstacula per se, vel per alios presumpserint ministrare, quominus predicta negocia libere et efficaciter prosequi, Deo favente possitis, apostolica auctoritate compescendo, decernimus excommunicacionis sententie subjacere, eorumque terras suppositas ecclesiastico interdicto, cujus excomicacionis absolucionem, et interdicti relaxacionem absque auctoritate Sedis Apostolice speciali, preterquam in mortis articulo, ab alio quocumque a vobis, vel vestrum altero, et tunc eciam nisi congrua satisfacione premissa, nequeant obtinere. Non obstantibus quibuscumque privilegiis, sub quacumque forma, et expressione verborum, eisdem, vel eorum aliquibus ab Apostolica Sede concessis, vel imposterum concedendis, que quo ad hoc eis in nullo volumus suffragari. Datum Avinione Kalendis Juni anno octavo. (1324).

(An. VIII. pag. 16).



CVI.

Joannis P. XXII. ad Episcopum Electensem et Abbatem Monasterii S. Theofredi, Nuncios Apostolicos. (Citentur molestatores Nuntiorum Apostolicorum ad conspectum Dni Papæ, eos perturbantes in Regno Ruthenorum).

Папы Іоанна XXII. Епископу Электенскому и аббату монастыря Св. Теофреда, Папскимъ Нунціямъ, чтобъ оскорбители и противники Папскихъ Нунціевъ въ Россіи позываемы были предъ лице Папы. An. 1324.

Venerabili Fratri Bartholomeo Epo Electensi ac dilecto filio Bernardo Abbati Monasterii S. Theofredi ordinis S. Benedicti Anicień. Diocesis, Apostolice Sedis Nunciis Joannes Episcopus servus servorum Dei.

Cum vos ad Regnum Letwinorum etc. ut in proxima superiori, usque intendere valeatis, citandi ex parte nostra per Vos, vel alium, seu alios omnes et singulos cujuscumque dignitatis, ordinis, vel status extiterint ecclesiastici, vel mundani etc. usque Deo favente possitis, quod infra certum terminum competentem, quem eis ad hoc duxeritis prefigendum, apostolico se conspectui personaliter representent, facturi super hiis, et recepturi quod juxta ipsorum demerita viderimus expedire, liberam vobis et cuilibet vestrum auctoritate presencium concedimus facultatem. Diem vero citationis, et prefixionis hujusmodi, et quidquid super praemissis duxeritis faciendum, nobis per vestras literas harum seriem continentes studeatis fideliter intimare. Datum Avinione Kalendis Junii anno octavo. (1324).

(An. VIII. pag. 16).

CVII.

Joanniis P. XXII. ad Episcopum Electensem et Abbatem Monasterii S. Theofredi Nuncios Apostolicos. (Facultas interpretes eligendi ex Regularibus, ut ardua Religionis negotia apud Regem Ruthenorum facilius pertractent).

Папа Іоаннъ XXII. даетъ вышеупомянутымъ Папскимъ Нунціямъ власть выбирать толмачей изъ монашескихъ орденовъ для удобнѣйшаго производства дѣлъ вѣропропoвѣданія при Королѣ Русскомъ. An. 1324.

Venerabili Fratri Bartholomeo Episcopo Electensi et dilecto filio Bernardo Abbati Monasterii S. Theofredi Aniciensis Diocesis Nunciis Apostolicis Joannes Episcopus servus servorum Dei.

Cum vos ad Magnificum Virum Gedenimne, Regem Letwinorum, et multorum Ruthenorum, et terras sue dicioni subjectas pro magnis et arduis negociis respicientibus ad exaltacionem et

An. 1324. augmentum catholice fidei destinemus, ad quorum prosecucionem non est dubium vos fidelibus in utraque lingua peritis interpretibus indigere, requirendi dilectos filios Priores Predicatorum, et Custodes, seu Guardianos Minorum Fratrum, et aliorum quorumcumque Mendicancium Ordinum approbatorum Prelatos illarum parcibus, quod de Fratribus suorum Ordinum quotcumque, et quoscumque volueritis, si eis petieritis nominatim ad obsequia vestra, alioquin, quos ipsi ad hec exquenda magis idoneos esse cognoverint, super quibus eorum conscientias oneretis, ad requisicionem vestram debeant destinare quemcumque, et quociescumque eos duxeritis requirendos super hoc, ac nihilominus si forte in parendo vobis circa premissa se negligentes reddiderint, vel forsitan contumaces, assumendi per vos ipsos de Fratribus dictorum Ordinum, quos idoneos esse noveritis quodcumque vobis super prosecucione premissa putaveritis oportunos, et committendi eis quecumque super hiis videritis committenda, et contradictores per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compescendi, non obstante si eisdem Prioribus, Custodibus, Guardianis, Prelatis, Fratribus, ac Ordinibus supradictis a Sede Apostolica sit indultum, quod Professores dictorum Ordinum ad aliquod officium, vel ministerium sumendum, vel eciam exequendum cogi, seu quod excommunicari, suspendi, vel interdici non possint per literas apostolicas non facientes plenam, et expressam, ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mencionem, et qualibet alia prefate Sedis indulgencia generali, vel speciali cujuscumque tenoris existat, per quam presentibus non expressam, vel totaliter non insertam effectus presencium impediri valeat quomodolibet, vel differri, et de qua cujusque toto tenore habenda sit in nostris litteris mencio specialis, discretioni vestre plenam et liberam auctoritate presentium concedimus facultatem. Itaque si aliquem vestrum in prosecucione premissorum contigerit impediri, alter vestrum ea nihilominus exequatur. Datum Avinione.

(Ann. VII. pag. 18).

CVIII.

An. 1324. **Joannis P. XXII. ad Gediminum Regem Lituanorum. (De regis ac subditorum fidei catholicæ amplectendæ proposito, de Nunciis apostolicis ad illos missis; ac de fratrum Theutonicorum in ipsum Regem molestiis).**

Папы Іоанна XXII. Гедимину В. Кн. Литовскому, о намѣреніи его и подданныхъ его принять Католическую вѣру, о Папскихъ Нунціяхъ, къ нимъ посланныхъ и о обидахъ, причиненныхъ Гедемину Братіями Тевтонскаго ордена.

Excellenti et Magnifico viro Gedenimne, Letwinorum et multorum Ruthenorum Regi illustri Deum colere et timere Joannes Episcopus servus servorum Dei.

Missa nobis tue Magnitudinis litera devocione referta, verbisque succincta, grata nimirum nostris, ac fratrum nostrorum Sancte Romane Ecclesie Cardinalium venit affectibus, in qua dum

tuam devocionem attendimus, dum admittimus salvacionis tue salubre propositum, dum illum, quem ad Deum et nos ac Romanam Ecclesiam te gerere asseris devocionis affectum, intente meditacionis intuitu contemplamur, auditui nostro gaudii, et leticie materiam praebuisti. Post primum quidem tue grate salvacionis alloquium, in ipsius primordio litere subjunxisti, quod omnes fidei christiane cultores auctoritati nostre debent esse subjecti, quodque tota fides catholica juxta provisionem Romane Ecclesie gubernatur, declarans nobis, quod quondam predecessor tuus Mindowe cum toto Regno suo fuit ad fidem Christi conversus, set propter atroces, et inimicabiles injurias dilectorum filiorum Magistri, et Fratrum Ordinis Theutonicorum Sancte Marie Jerusalemitane a fide hujusmodi recesserunt, et in errorem pristinum sunt relapsi, sicut et te oportet propterea usque in hodiernum diem, licet invitum in errore hujusmodi permanere, ac subsequenter quamplures articulos contra eosdem Magistrum et Fratres in eisdem literis annotasti multorum gravaminum, injuriarum, excessuum expressivos, subnectens quod tu Christianos nequaquam inpugnas tamquam fidem velis destruere christianam, sed defendis te, ab inimicis tuis ut faciunt Reges et principes alii Christiani, et quod Praedicatorum Minorum Ordinum Fratres tecum habes, quibus commisisti et licenciam dedisti liberam ut baptizent, predicent, et informent christianum populum, et eciam infideles, ut ad omnipotentem Deum et Dominum convertantur. Supplicasti denique nobis ut ad statum tuum flebilem attendere dignaremur, qui paratus es nobis in omnibus sicut ceteri Reges catholici obedire, ac fidem recipere orthodoxam dummodo predictis Magistro et Fratribus in nullo penitus tenearis, eligens nos dictosque fratres nostros predicte Romane Ecclesie Cardinales cum filiis tuis presentibus, et futuris in patres, ac iterato supplicans ut venerabilem fratrem nostrum Frederi- An. 1324.
cum Archiepiscopum Rigensem una cum Legato nostro et ; p̃lice s dis ad te ad partes illas pro facienda pace, ac terminis disponendis mittere dignaremur. Consequenter post aliqualis decursum temporis perfuse devocionis odore secunde litere, quas nobis tua excellencia destinavit exultacionem et gaudium super eo nobis et eisdem fratribus nostris uberrima cumularunt, quod tu, et alii omnes principes et Barones Regni tui perseverantes laudabiliter in premissis circa nos et eandem Ecclesiam te et ipsos plena sinceritate conspicuos indicarunt, illum in persona tua innuentes obediencie reverentis haberi spiritum tibi, ut credimus, non sine divine clementie dono concessum, prout in earundem literarum principio adnotatur, quod ex illustracione divina te asseris unum esse Deum Patrem, et Filium, et Spiritum sanctum, et hoc firmiter credis et tenes, noscens ab eodem Deo vero et vivo nos pastorem, et gubernatorum salvandorum omnium constitutum, ut quidquid ligaverimus et solverimus in celo, et in terra ab altissimo judice ratum maneat. Multa insuper grata, nostris que accepta propositis earundem tenor continet literarum, que inserere presentibus causa omittimus brevitatis. Nos igitur, tam primis quam secundis debita cum iisdem fratribus nostris attencione discussis literis, Deo Patri omnipotenti, a quo bona cuncta procedunt, in cujus manu Regum corda consistunt. cui eciam quecumque vult illa sine obice difficultatis inclinat, multimodas gratiarum actiones retulimus, pro eo quod Spiritus sancti gracia videtur mentales tuos oculos sui fulgoris radiis illustrasse, ac ostendisse tibi viam catholice veritatis, ut regalis prudentia reformet salubriter fidem ipsam catholicam, quam predecessor tuus predictus cum suo Regno susceperat, licet ab ea deficientes postmodum, dampnabiliter in errorem pristinum laberentur, ut tue litere continebant, presertim cum et nos-

An. 1324. trum ex hoc et ipsius Ecclesie conspectemus magnum et salutare desiderium adimplendum, si viderimus eandem Ecclesiam multiplicate prolis fetu concrescere, variasque gencium naciones sub ejusdem fidei observancia in unum acceptabilem Christo populum congregatas in domo Domini habitare. Hanc utique domum, unam videlicet Ecclesiam, sibi et gentibus congregatam non habentem maculam, neque rugam Dominus noster elegit, juxta quod legitur in canticis canticorum, una est sponsa mea, electa mea, immaculata mea. Ipse quoque Dominus unum esse ovile ovium, et unum pastorem in Evangelio protestatur, et in Apostolorum symbolo unam esse catholicam, et aplicam Ecclesiam fides catholica profitetur, hanc autem idem Dominus Jesus Christus in semetipso lapide angulari fundavit, hanc et sui preciosi sanguinis effusione redemit, cujus magisterium Apostolorum Principi beato Petro Vicario suo, et per ipsum suis successoribus singularis privilegii prerogativa commisit, Tu es, inquiens, Petrus, et super hanc petram hedificabo Ecclesiam meam, et cum illi post suam resurrexionem verbo tertio repetito dixisset, pasce oves meas, pro cujus etiam fide se orasse fatetur, loquens ad eum in Evangelio, Ego pro te rogavi Petre ut non deficiat fides tua, et tu aliquando conversus confirma fratres tuos, ac ut ejusdem Apostolorum Principis, suorumque successorum universalis esset auctoritas, et introducendi in Regnum celorum indubitata, potestas, ad eundem dixit, Tibi dabo claves Regni celorum, et quodcumque ligaveris super terram erit ligatum et in celis, et quodcumque solveris super terram erit solutum et in celis. Qui ergo se ad hujusmodi ovile, et sub ejusdem pastoris cura reduxerint, ac sub ejus doctrina et magisterio cursum vite peregerint, salvationis gratiam merebuntur. Qui vero ab eis deviarunt dampnationis sententia ferientur. Et ideo paterno desideramus affectu, ut, salutis tue vitato dispendio, electorum aggregari consorcio merearis, et que credit, tenet, et servat eadem Romana mater Ecclesia, derelictis omnino schismaticorum erroribus, in quorum observacione deviatur a via lucis, et panditur iter ad tenebras, vere conversionis, et conversacionis gratiam amplectaris. Hinc est quod nos ad Venerabilem Fratrem nostrum Bartholomeum Electensem Episcopum, et dilectum filium Bernardum Abbatem Monasterii Sancti Theofredi Aniciensis diocesis, viros utique literarum scientia preditos, vita et conversacione laudabiles, et gratiam evangelice predicacionis habentes, nobisque propterea, ac dictis fratribus acceptos, dirigentes oculos mentis nostre, ipsos ad te, et partes tue dicioni subjectas de ipsorum fratrum consilio ut nostros, et dicte Sedis Nuncios duximus specialiter destinandos, ut tibi, a Regno tuo evvangelizent, et predicent Deum et Dominum nostrum Jesum Christum, vosque in orthodoxe, ac Sancte, catholice, et apostolice Romane Ecclesie fidei veritate salubriter instruant et informent, quatinus ipsum Jesum Christum Dei filium tu, et gens tua salutaribus eorum erudicionibus agnoscentes, baptismi, qui nondum illo forsan renati estis fortificari mereamini sacramento, ac suum gloriosum nomen christiane fidei observantia colatis. Ceterum quod super memoratis articulis in predictis primis, ac secundis eciam literis contra dictos Magistrum et Fratres expositis ad nos, dictosque Cardinales Fratres nostros habuisti recursum, nos attendentes quod ex nostra confidencia et pura devocione procedit quod nostrum et ipsius Ecclesie subire in iliis judicium non recusas, et imploras auxilium confidenter, ejus obediencie te submittens, eisdem Magistro et Fratribus, te post suscepcionem ejusdem fidei ad gremium ejusdem Ecclesie redeunte, nostris dabimus literis in mandatis, et faciemus auctore Domino, per circumspectam Aplice Sedis providenciam,

quod ab hujusmodi molestiis, dampnis et injuriis tibi de ceteris inferendis penitus resipiscant, tecumque fraterne teneantur convivere et in pace, sine qua non congrue colitur pacis actor, et nihilominus cum simus omnibus secundum Apostolum debitores in justicia, super hujusmodi articulis causis, et questionibus, quos et quas cum dictis Magistro et Fratribus, vel adversus eos te habere proponis, post tue felicis conversionis auspicium adeo favorabilis justicie plenitudinem, ac defencionis presidium tibi, tuisque natis, et Regno exhibere proponimus, quod tu, qui nos, dictosque Cardinales fratres nostros in patres cum eisdem filiis tuis, ut premittitur, elegisti, merito gaudere poteris tales elegisse patres, teque in nobis, et predicta Romana Ecclesia id, quod in patris, et matris auxilio reperire speraveras, invenisse. Set et memoratis Episcopo et Abbati dedimus in mandatis ut omnia inter te, dictosque Magistrum et Fratres, ac in dictis partibus agere studeant, et An. 1324.
tractare, que ad cultum et laudem Dei, exaltacionem catholice fidei, honorem aplice Sedis relevacionem ecclesiarum, et pauperum, animarum salutem et corporum pertinebunt. Ideoque Magnificenciam tuam rogamus, monemus, et hortamur attente quatinus, eosdem Episcopum et Abbatem, pro Divina, dicteque aPlice Sedis ac nostra reverencia, immo pocius nos in ipsis benigne recipiens, et honeste pertractans, eorum salubrius monitis acquiescas, sisque christianis catholicis, qui aput te degunt pius et misericors benivolus et benignus, et permittas quod iidem Episcopus et Abbas, alieque persone idonee, graciam evvangelice predicacionis habentes, quas ad hujusmodi predicacionis officium duxerint assumendas, christianis eisdem, aliisque infidelibus tibi subditis evvangelizare libere valeant Jesum Christum. Datum Avinione.

(An. VIII. pag. 16).

CIX.

Joannis P. XXII. ad Episcopum Electensem et Abbatem Monasterii S. Theofredi, Nuncios apostolicos. (Nuncii ad Ruthenos missi gratiis et privilegiis cumulantur).

Папы Іоанна XXII. Епископу Электенскому и Аббату монастыря Св. Теофреда, Папскимъ Нунціямъ, преимущества данныя Нунціямъ, посланнымъ въ Россію. An. 1324.

Venerabili fratri Bartholomeo Episcopo Electensi et dilecto filio Bernardo Abbati Monasterii Sancti Theofredi Aniciensis diocesis Aplice Sedis Nunciis Joannes Episcopus servus servorum Dei.

Exultamus in Domino, et gracias agimus graciarum omnium largitori, quod nuper in aquilonaribus partibus, in Regno videlicet Lotwinorum, et nonnullis provinciis Ruthenorum divino lumine Magnifici Viri Gedenimne Regis ejusdem Regni, et multorum Ruthenorum mentem

An. 1324. misericorditer illustrante, idem Rex per sacri suscepcionem baptismatis sacrosancte Catholice Ecclesie corpori, dimissis errorum tenebris, in quibus hactenus ambulavit, desiderans aggregari, litteras suas multa devocione refertas nuper nostro apostolatui destinavit, qui nostris et fratrum nostrorum Sancte Romane Ecclesie Cardinalium effectibus ob devocionem, quam ad nos et Romanam Ecclesiam se gerere asserit, jocunditatis et leticie materiam ministravit, per easdem litteras devote professionis elogio recognoscens, quod omnes catholice fidei professores auctoritati nostre debent esse subjecti, et quod tota fides catholica juxta provisionem Romane Ecclesie gubernatur, in eisdem litteris devote subnectens quod ipse invitus in errore consistit, nec Christianos impugnat tamquam fidem velit destruere christianam, sed defendit se ab inimicis suis ut faciunt Reges et principes alii Christiani, et quod Predicatorum et Minorum Ordinum fratres secum habet, quibus licenciam dedit liberam, ut baptizent, predicent, et informent Christianum populum, et etiam infideles, ut ad omnipotentem Deum et Dominum convertantur, supplicans nobis, ut ad statum suum flebilem attendere dignaremur, qui paratus est nobis in omnibus sicut ceteri Reges Catholici obedire, ac fidem recipere orthodoxam, eligens Nos et fratres nostros predictos cum suis presentibus et futuris in patres, et supplici prece deposcens, ut venerabilem fratrem nostrum Fredericum Archiepiscopum Rigensem una cum Legato nostro et Apl̃ice Sedis ad eum ad partes illas pro facienda pace, ac terminis disponendis mittere dignaremur, ac subsequenter post aliqualem temporis decursum secunde littere, quas idem Rex nobis transmisit, nobis et eisdem fratribus exultacionem et gaudium cumularunt, ex eo quod inter cetera continebant quod ipse et alii omnes principes, et Barones Regni sui, perseverantes laudabiliter in premissis circa nos et eandem Ecclesiam se, et ipsos plene sinceritatis conspicuos indicarunt ex illustracione divina, scire se asserens unum esse Deum Patrem, et Filium, et Spiritum Sanctum, et hoc firmiter credit et tenet, noscens ab eodem vivo et vero nos pastorem et gubernatorem salvandorum omnium constitutum, ut quitquid ligaverimus et solverimus ratum in celo, et in terra ab altissimo judice habeatur. Multa insuper grata, nostrisque accepta propositis eorundem tenor continet litterarum, que causa brevitatis presentibus non duximus apponenda. Quibus litteris tam primis, quam secundis debita cum eisdem fratribus nostris attencione discussis, omnipotenti Deo multimodas graciarum agimus actiones, pro eo quod Spiritus sancti gratia ejusdem Regis mentales oculos videtur sui fulguris radiis illustrasse, et ostendisse sibi viam catholice veritatis, presertim cum nostrum ex hoc, et ipsius Ecclesie expectemus magnum et salutarem desiderium adimplendum, si viderimus eandem Ecclesiam multiplicate prolis fetu concrescere, variasque gencium naciones sub ejusdem observancia fidei in unum acceptabilem Christo populum congregatas in domo Domini habitare. Desiderantes igitur ut idem Rex salutis sue vitato dispendio electorum aggregari consorcio mereatur, et quod credit, tenet, et servat eadem Romana Ecclesia mater per vere conversionis et conversacionis graciam amplectatur. Ad vos unos utique litterarum scientia preditos, catholice fidei providos zelatores, ignitum ut speramus habentes eloquium, ex quo audiencium corda in amore vere fidei concalescant, nostre mentis oculos dirigentes, vos ad prefatum Regem et partes illas de ipsorum fratrum consilio ut nostros et dicte Sedis speciales Nuncios providimus destinandos, ideoque discreciones vestram hortandam instanter duximus, et etiam excitandam, vobis in remissionem peccaminum injungentes, ut tamquam fideles ministri satoris

eterni seratis in agrum hactenus sterilem cordium eorundem iam divino vomere, ut speramus, excultum, semen gracie ubere fidelium segete augmentandum, et nutancium animos confirmetis in fide, mentesque fidelium confortetis, et tam in luce sermonis, quam in rectitudine operis propositum vobis iter sine quorumlibet offensione curratis. Ut autem ministerium vestrum eo plenius prosperetur quo majori fueritis auctoritate suffulti, vobis auctoritate presencium concedimus ut in terris illarum parcium convertendarum ad fidei catholice veritatem proponere verbum Dei, et constitutis ibidem, non obstante si aliqui fuerint majori excommunicacione ligati, in verbo, officio, cibo, ac in aliis honestis et licitis communicare secure, ipsosque, seu alios, quos converti ad unitatem fidei christiane affectamus, recipere, baptizare, aggregare ovili fidelium valeatis, in hiis omnibus per vos vel alium, seu alios exequendis pari in omnibus potestate functuri, nisi in hiis, que ordinis episcopalis existunt, et auctoritatem pontificalis exigunt dignitatis, que per te, frater Episcope, volumus exerceri, liceat quoque personis dudum sacro baptismate delibutis, redeuntes ad fidei vere lumen, et obedienciam dicte sedis majori excommunicacione ligati absolucionis beneficium juxta formam Ecclesie impertiri, ac etiam dispensare ut redeuntes de scismaticis ad Ecclesie Catholice unitatem inter suos, si voluerint, valeant habitare, eisque communicare sine contumelia Creatoris, et quod Clerici nacionum ipsarum, publice ad dicte Sedis obedienciam redeuntes, gaudeant privilegio clericali. Possitis quoque clericorum occisores et religiosarum personarum, et quoscumque alios clericos, et laicos presentes, et futuros in illis partibus constitutos, qui pro violenta injectione manuum in clericos seculares, vel viros Religiosos, vel incendio, sive sacrilegio vel aliter inciderunt in Canones sentencie promulgate, juxta Ecclesie formam absolvere, dummodo i juriam, An. 1324.
et passis dampna satisfaciant competentur, nec se ad partes illas pro absolucione hujusmodi obtinenda fraudulenter duxerint conferendos, illis exceptis, qui in Alexandriam Sarracenis merces portaverunt, et arma seu alia prohibita et portabunt, vel eisdem impenderunt vel impendent auxilium, consilium, et favorem in Christianorum dispendium, et specialiter, terre sancte, vel in Episcopos, eorumque superiores, dummodo Catholici fuerint, et comunionem Sedis Aplice habuerint, ausu sacrilego manus violentas injecerint, quorum absolucionem specialiter Sedi Aplice reservamus. Dispensandi etiam cum clericis illarum parcium convertendarum ad fidem catholicam defectum natalium pacientibus, dummodo non sint de adulterio vel incestu, aut regularibus, vel presbiteris procreati, liberam tenore presencium vobis concedimus facultatem, quam etiam habeatis circa illos, qui ab unitate Ecclesie catholice, vel Religione, seu clericali Ordine recesserunt, si humiliter redire voluerint, ac digne juxta vestrum arbitrium satisfacere de commissis. Itaque ipsi religiosi ad loca sua, salva disciplina sui ordinis, resumantur, illosque ex jam dictis ad Ecclesie unitatem redeuntibus possitis juxta formam Ecclesie a vinculo excommunicacionis absolvere, et cum eis, si qui forsitan in apostasia, vel scismate constituti divina officia celebrarunt, vel se injecerunt eisdem super irregularitate, quam propter apostasiam, scisma, celebracionem, et ingestionem hujusmodi contraxerunt, sicut est expressum superius, dispensare. Sit etiam vobis facultas eis qui de scismaticis ad unitatem ejusdem fidei noviter sunt reversi, aut inposterum revertentur, dandi dispensacionem, licenciam quod uxores suas, cum quibus in tercio, vel quarto gradu consanguinitatis, vel affinitatis contraxisse noscuntur, dum in scismatice permanerent, in uxores licite valeant retinere. In eisdem etiam

An. 1324. partibus commutandi vota, exceptis religionis, continencie, ac peregrinacionis ultramarine votis, liberam vos habere volumus facultatem. Liceat etiam vobis cum clericis parcium earumdem, et aliis ex scismaticis ad catholicam redeuntibus unitatem presentibus, et futuris super labe simoniace pravitatis, quam ante ipsorum reditum ad unitatem predictam contraxerunt hactenus, vel contrahent priusquam ad ejusdem Ecclesie redierint unitatem, misericorditer dispensare, eisque remittere siqua labe hujusmodi recepissent, si videritis expedire, injuncta eis loco remissionis hujusmodi satisfactione alia competenti. Concedimus insuper vobis quod, illis dumtaxat exceptis, que mere officii pontificalis existunt, possitis per specialem commissionem in partibus illis, quociens expedire videritis, per presbiteros regulares, et seculares, dum tamen sicut providi et catholici, explicare, et illis etiam committere ut vestes sacerdotales, pallas altaris et corporalia benedicere, ac ecclesias, et cimiteria reconciliare valeant, si ea forte contingat effusione sanguinis vel seminis violari. Possitis etiam in eisdem partibus in ecclesiarum dedicacionibus, et sanctorum festivitatibus, vel aliis congregacionibus, seu cum proponitur verbum Dei vere penitentibus, et confessis unum annum de injunctis sibi penitentiis misericorditer relaxare. Vobis etiam resumendi sedes in eisdem partibus, de quibus haberi potest memoria et etiam certitudo, quod hactenus Metropoles fuerint, vel Ecclesie Cathedrales, et eas in statum pristinum reponendi, eis antiquis provinciis, et diocesibus restitutis, servata tamen limitacione seu terminacione, quam vetustis temporibus habuerunt, libera sit facultas, vel si forte nulle hactenus fuerint ibidem Metropoles, vel Ecclesie Cathedrales, vel loca illa fuerint in aliarum Metropolum provinciis, vel Ecclesiarum Cathedralium diocesibus constituta, erigendi de novo alias Metropoles, si illarum parcium exigat magnitudo, et eis provincias assignandi et suffraganeos Presules, et Ecclesias suffraganeas in eisdem Provinciis ordinandi, dummodo dictis Ecclesiis per dictum Regem, et fideles alios dictarum parcium sufficientes dotes juxta ipsarum exigenciam assignentur. Ac predictis ecclesiis tam metropolitanis quam suffraganeis certas dandi dioceses, et etiam limitandi, sine antiquarum Ecclesiarum prejudicio, quibus jura sua volumus integra remanere. Preficiendi quoque eisdem Ecclesiis personas idoneas in pastores liberam hac vice cum consilio Metropolitanorum, si qui fuerint, quibus loca hujusmodi sint subjecta, nec non constituendi alias collegiatas Ecclesias seculares et regulares, et etiam parochiales Ecclesias in provinciis et diocesibus supradictis, ac in eisdem metropolitanis, cathedralibus et collegiatis Ecclesiis secularibus, et regularibus ordinandi et ponendi collegia, seu capitula Canonicorum, et clericorum, ac dignitates, prioratus, officia, prebendas, et alia beneficia constituendi in eis juxta decenciam, et facultatem, exigenciam earumdum, ac de hujusmodi dignitatibus, prioratibus, officiis, et aliis beneficiis personis idoneis, quas in eisdem metropolitanis, cathedralibus et collegiatis Ecclesiis per vos institui volumus in Canonicos et clericos seu beneficiatos, nec non eisdem parochialibus Ecclesiis de Rectoribus idoneis providendi, vobis concedimus auctoritatem presencium facultatem. Vobis insuper aplica auctoritate concedimus ut fratribus Predicatorum, et Minorum, et aliorum mendicancium Ordinum per Sedem approbatorum eandem in civitatibus, castris vel villis, seu locis quibuscumque illarum parcium recipiendi domos seu loca et inibi commorandi, seu hactenus recepta mutandi, eaque permutacionis, donacionis, ac cujusvis alienacionis titulo in alios transferendi, et de hiis, que ex causa contractus hujusmodi recipient libere disponendi, nec eorum que sic percipientur

per aliosantiquos canones permutacio, vel quevis alia dispositio fuerit interdicta, liberam possitis concedere facultatem. Constitucionibus fe. re. Bonifacii Pape VIII. et aliorum Romanorum Pontificum quorumcumque predecessorum nostrorum in contrarium editis, etiam si de illis plenam et expressam ac de verbo ad verbum in presentibus oporteat fieri mencionem, nequaquam obstantibus, dummodo in locis de hujusmodi domibus ab ordinibus eisdem pro eorum diversitate sumendis certa servetur distancia, quam pro ipsorum voluntate concordi, vel secundum terrarum exigenciam, ubi loca et domus recipientur hujusmodi, pro utilitate fidelium videritis expedire. Insuper vobis presenciam auctoritate concedimus quod in Natalis Domini, Resurrectionis, Ascensionis Dominice, Penthecostes, et quatuor beate Virginis gloriose, ac beati Johannis Baptiste, nec non omnium Sanctorum, et singulis Apostolorum festivitatibus, ac in Ecclesiarum dedicacionibus omnibus vere penitentibus et confessis unum annum et quadraginta dies, ac per ipsarum festivitatum octavas qnadraginta dies. In aliis vero festivitatibus, nec non diebus singulis, quibus coram vobis proponi facietis populum congregari, et per vos ipsos proponetis, vel coram vobis proponi facietis solemniter verbum Dei, vel solemniter vos contigerit missarum officia celebrare quadraginta dies de injunctis eis penitenciis misericorditer relaxare, presentibus usque ad ejusdem Sedis beneplacitum duraturis. Ceterum vobis, et cuilibet vestrum super premissis omnibus et singulis exequendis plenam juxta modum premisssum tenore presencium concedimus potestatem. Datum Avinione. (An. VIII. 1324). An. 1324.

(An. VIII. pag. 14).

CX.

Joannis P. XXII. ad Episcopum Electensem et Abbatem Monasterii S. Theofredi, Nuncios apostolicos. (Ut sacra in locis Ruthenorum etiam interdicto suppositis celebrare queant).

Папы Іоанна XXII. Епископу Электенскому и Аббату Монастыря Св. Теофреда, Папскимъ Нунціямъ, дабы могли отправлять Богослуженіе и въ тѣхъ мѣстахъ Русскихъ, которыя находятся подъ запрещеніемъ (interdictum). An. 1324.

Venerabili fratri Episcopo Electen. Bartholomeo ac dilecto filio Bernardo Abbati Monasterii de S. Theofredo ordinis S. Benedicti Anicien Dioc. Nunciis apostolice sedis salutem Joannes Episcopus servus servorum Dei.

Cum vos ad Magnificum Virum Gedenimne Regem Letwinorum, et multorum Ruthenorum, et terras sue dicioni subjectas pro magnis et arduis negociis exaltacionem et augmentum catholice fidei tangentibus destinemus, nos volentes super hiis que vestrorum et aliorum salutem animarum contingunt, favore vos prosequi gracioso, vestris supplicacionibus inclinati ut, cum

An. 1324. vos, vel alterum vestrum quandiu, eundo, morando, et redeundo in hujusmodi negociorum prosecucione fueritis, ad loca ecclesiastica supposita interdicto declinare, sive in illis moram trahaere continget, libere possitis in locis eisdem januis clausis, non pulsatis campanis, excommunicatis et interdictis exclusis, ac voce submissa missarum, et aliorum, divinorum officiorum, solemnia celebrare, et eciam facere celebrari, dummodo vos, vel alter vestrum, seu illi, qui vobiscum in hujusmodi celebracione presentes extiterint, causam non dederitis interdicto, nec id vobis, vel eis contingat specialiter interdici, vobis et cuilibet vestrum auctoritate presencium indulgemus. Nulli etc. Nostra concessionis infringere etc. Datum Avinione V. Kalendas Junii, anno octavo. (1324).

(An. VIII. pag. 20).

CXI.

An 1324 **Joannis P. XXII. ad Episcopum Electensem et Abbatem Monasterii S. Theofredi, Nuncios apostolicos. (Ut in regno Ruthenorum sacrum etiam antelucanum peragere valeant).**

Папы Іоанна XXII. Епископу Электенскому и Аббату Монастыря Св. Теофреда, Папскимъ Нунціямъ, чтобъ могли и до разсвѣта отправлять службу Божію въ областяхъ Русскихъ.

Venerabili fratri Bartholomeo Episcopo Electensi et dilecto filio Bernardo Abbati Monasterii de S. Theofredo ordinis S. Benedicti Aniciensis diocesis Apostolice sedis Nunciis. Joannes Episcopus servus servorum Dei.

Cum vos ad Magnificum Virum Gedenimne Regem Letwinorum, et multorum Ruthenorum, et terras sue ditioni subjectas pro magnis et arduis negociis exaltacionem, et augmentum catholice fidei tangentibus, destinemus, nos volentes super hiis, que salutis animarum incrementa respiciunt, favore vos prosequi gracioso, vestris supplicacionibus inclinati ut, cum vobis, vel alteri vestrum ex justa causa oportunum possitis, quandiu eundo morando, et redeundo in hujusmodi negociorum prosecucione fueritis, antequam illucescat dies missam licite celebrare, seu eciam in vestra presencia facere celebrari, ita quod id nec vobis, nec aliis presbiteris taliter celebrantibus ad culpam valeat imputari, vobis, et vestrum cuilibet auctoritate presencium indulgemus, previso ut parce utamini concessione predicta, quia, cum in altaris officio immoletur noster Dominus Dei filius Jesus Christus, qui candor est lucis eterne, congruit hoc non noctis fieri, set in luce. Nulli etc. nostrae concessionis etc. Datum Avinione V. Kalendas Junii, anno octavo. (1324).

(An. VI. pag. 20).

CXII.

Joannis P. XXII. ad Wladislaum Regem Poloniæ. (Ut pronepotem suum ad Ecclesiæ unitatem inducere studeat).

Папы Іоанна XXII. Владиславу Локетку Королю Польскому, чтобъ правнука своего (Ростислава, Князя Русскаго?) старался привести въ соединеніе съ католическою церковью. An. 1327.

Carissimo in Christo filio Waldislao Regi Polonie illustri Joannes Episcopus servus servorum Dei.

Fame gloria crescis et merito, Fili carissime, multipliciter profuturus tibi et aliis apud Deum, si ad incrementum fidei catholice niteris, ad quod tanquam princeps catholicus piis considerationibus innitaris. Cum itaque sicut exultatione pregrandi nuper audivimus, Nobilis Vir Rosclaus, Dux Russie, pronepos tuus, qui ex ritus imitatione Grecorum ab universalis sancte Romane matris Ecclesie unione dividitur, spiritum Domino aspirante conceperit ad unitatem ipsius Ecclesie redeundi, nec bene conveniat ut ex tue, quod absit, degeneratione prosapie arbor, discrepet a radice, rogamus Excellenciam Regiam quantum affectuose possumus, et hortamur te nihilominus in remissionem peccaminum obsecrantes, quatinus prefatum Ducem, cui super hoc per alias nostras litteras scribimus, quod relicto hujusmodi ritu erroneo, redeat, seu veniat in sue salutis premium ad ipsius Ecclesie unitatem paternis et salubribus inducere monitis non omittas. Datum Avinione XVI. Kalendas Julii anno XI. (1327).

(*An. Xo epist. 918*).

CXIII.

Joannis P. XXII. ad Ducem Russiæ pronepotem Wladislai Regi. (Ut non extinguat spiritum Domini ad fidei unitatem cumvocantis).

Папы Іоанна XXII. Князю Русскому, правнуку короля Владислава, дабы не погашалъ въ себѣ духа Господня, призывающаго къ единенію вѣры. An. 1327.

Duci Russie spiritum consilii et amoris Joannes Episcopus servus servorum Dei.

Ineffabili exultatione cordis audito quod sic spiritum tuum Spiritus sanctus lumine sue revelationis accendit, quod a Grecorum ritu scismatico, qui ab universali Sancta Romana matre

An. 1327. Ecclesie dampnabiliter prodolor te divisit abhactenus, ad ipsius Ecclesie venire desideras unitatem, rogamus Nobilitatem tuam, hortamur, et in virtute Altissimi obsecramus attente quatinus ut erroris pristini tenebras effusi noviter luminis illustratione cognoscas, et in veritatis lucem salubriter dirigas, duce Domino, pedes tuos, accensum, taliter spiritum penitudine animi, vel sinistra occasione aliqua, non extinguas. Datum Avinione XVI. Kalendas Julii anno undecimo. (1327).

(Ann. XI. epist. 919).

CXIV.

An. 1328. **Reimari Magistri ordinis fratrum Teutonicorum in Livonia compositio cum Episcopo Osiliensi. (Fratres Teutonici cedunt quartæ parti bonorum feudalium ab Osiliensi Ecclesia ipsis solvendæ).**

Магистра Тевтонскаго ордена Реймара соглашеніе съ Епископомъ Эзельскимъ, объ уступкѣ Братіями Тевтонскаго ордена Епископу четвертой части феодальныхъ имѣній, за извѣстную плату.

Omnibus praesens scriptum cernentibus frater Reimarus Magister fratrum ordinis Domus Theutonicae per Livoniam salutem in Domino sempiternam. Notum esse volumus, quod mediante venerabili in Christo Patre D. Engelberto Tarbatensi Episcopo, inter Reverendum Patrem Nicolaum Episcopum Osiliensem, et Capitulum suum Osiliensis Ecclesiae nomine ex una, Nosque, et fratres nostros ex parte altera, super quarta parte bonorum feudalium Vasallorum ejusdem Osiliensis Ecclesiae in Maritima, sive haeredibus decedentium, et quibusdam aliis causis, et controversiis, talis compositio amicabilis, sive ordinatio pacifice intervenit. Quod nos, et fratres nostri pro nobis, et successoribus nostris renunciavimus, et cessavimus simpicibus omni iuri, actioni, et impetitioni, quae nobis virtute privilegiorum nostrorum, seu praescriptione, vel alio quocumque titulo in quarta portione bonorum feudalium praedicta competit vel competere potuit in futurum. Ita tamen, quod bona, quae nos, et fratres nostri ante tempus dicti Domini Jacobi Osiliensis Episcopi, ratione dicta quartae apprehendimus aut in feudum concessimus, debeamus pacifice possidere. In cujus quartae recompensam, et restaurationem praefatus Dominus Osiliensis de consensu sui Capituli nobis, et fratribus nostris 36 uncos cum omnibus juribus, et pertinentiis suis, quos Dominus Alexius miles in Parochia Hanel ab ipsa Osiliensi Ecclesia tenuit in feudum, designavit et deliberavit perpetuo possidendos. Remiserunt etiam dicti Domini Episcopus, et Capitulum 3 marcas argenti, quas nos, et fratres nostri ratione villae Raidelae sibi solvere tenebamur. Insuper propter bonum pacis et concordiae, ac instantias Dñi Episcopi Tarbatensis supradicti relaxatis hinc inde omnibus injuriis, damnis, et offensis, pro-

mittimus nos Magister, nostrique fratres pro nobis, et successorum nostrorum nomine, ex nunc pacem firmam, concordiam veram, et stabilem amicitiam cum sepedictis Dominis Episcopo, et Capitulo Osiliensis Ecclesiae, et ipsorum successoribus firmiter observare. Nec debemus nos, aut fratres nostri ipsorum mala, damna, et incommoda in partibus, vel extra partes facere, vel procurare, publice, vel occulte. In cujus rei testimonium sigillum nostrum una cum sigillis fratrum nostrorum... Unguade Lautmarscalci, Henrici Holsace in Detrismunde, Egberti Bul in Wenda, Nicolai Persinoc in Perona, et Reineri Mummen in Lealis Commendatorum presentibus est appensum. Actum et Datum in Raemessolun Anno Dñi 1328 in die B. Viti, praesentibus nobilibus viris Dominis Theoderico Swarten, Enersardo Suveden Tarbatensis Ecclesiae Canonicis, Valdemaro de Roscu, Voldemaro de Dolen, Ralando de Ungaria militibus, et aliis plurimis fidedignis. An. 1328.

Ex libro ms., Nunziatura di Polonia. tom. 12. pag. 328.

CXV.

Clementis P. VI. ad Magistrum et fratres Teutonicos. (Confirmatur a Pontifice venditio Ducatus Estoniæ a Daniæ Rege Fratribus Teutonicis facta).

Папы Климента VI. Магистру и Братіямъ Тевтонскаго ордена. Папа утверждаетъ продажу Герцогства Эстонскаго, сдѣланную Датскимъ Королемъ ордену. An. 1348.

Dilectis filiis Magistro generali, et fratribus Hospitalis Sancte Marie Theotonicorum Jerusalemitane Clemens Episcopus servus servorum Dei.

Hiis, que pietatem sapiunt, et continent equitatem, cultusque divini respiciunt incrementum libenter adicimus apostolici muniminis firmitatem. Sane petitio pro parte vestra nobis exhibita continebat, quod vos a carissimo in Christo filio nostro Waldemaro Danorum Rege Illustri Ducatum Estonie ad eundem Regem, alias ad dilectum filium Othonem germanum dicti Regis, hospitalis vestri hereditario jure, si in seculo remansisset, spectantem, pro certa emistis pecunie quantitate, et licet dictus Ducatus plus valeat, quam sit quantitas supradicta, idem tamen Rex id, quod dictus Ducatus plus valeat, seu valere posset, vobis in hospitali predicto in sue, ac progenitorum, et successorum ejusdem Regis animarum, remedium, ac intuitu divino donavit, prout in patentibus his testimonialibus ejusdem Regis sigillo munitis, quarum tenorem de verbo ad verbum presentibus inseri fecimus, plenius continetur. Quare pro parte vestra fuit nobis humiliter supplicatum ut premissis robur confirmationis aplice adicere dignaremur. Nos

An. 1348. itaque vestris in hac parte supplicationibus inclinati emptionem, et donationem predictas ratas, et gratas habentes, illas auctoritate apostolica, et certa scientia confirmamus, et presentis scripti patrocinio communimus, tenor vero literarum ipsarum talis est. Sanctissimo in Christo Patri, ac Domino, Domino Clementi divina providentia sacrosancte Romane ac universalis Ecclesie Summo Pontifici, Sacroque Dominum Cardinalium Collegio. Waldemarus Dei gratia Danorum, et Sclavorum Rex. Cum summa reverentia post oscula tam debita pedum quam parata beatorum. Sciat Vestra Sanctitas, et Venerabilitas sacri Collegii Dominorum Cardinalium quod Nos, ex quo sincerissimus frater noster Otho Deo, et beate Marie expresse voveatur, ut ordinem hospitalis beate Marie Fratrum Theotonicorum Jerusalemitane ingredi quantocius possit, de maturo consilio, et assensu fidelium Consiliariorum Regni nostri hoc approbantes, et in salutem anime sue summe laudantes, Ducatum nostrum Estonie ad ipsum jure hereditario pertinentem, cum se et suo ordini predicto dedicaverit, de voluntate ejusdem fratris nostri Magistro, Fratribus, et Ordini predicto in remissionem peccaminum nostrorum progenitorum, successorumque, et insuper cupientes nos participes fieri omnium bonorum operum, que fiunt per Fratres in ordine predicto, donavimus inter vivos, et traduximus in possessionem pacificam, et quietam, et nihilominus ex certis, et rationabilibus causis nos, et Regnum nostrum tangentibus venditionis nomine, et exemptionis titulo pro eodem Ducatu ab eisdem Magistro, Fratribus, et ordine decem et novem millia marcharum puri argenti fatemur nos integraliter recepisse, et superdictos Magistrum, et Fratres pro nobis nostris creditoribus, quos ipsis deputavimus, plenarie persolvisse; et si predictus Ducatus nunc plus pretii valet, vel in futurum valere posset, eis donationis pure titulo totum remisisse. Si qui emuli nostri, et Fratrum predictorum Sanctitati Vestre aliquid suggerent, hoc scribimus, ut veritas non occultetur, et malis via detrahendi precludatur. In cujus rei testimonium presentibus nostrum est appensum magnum sigillum. Datum, et actum in Haphenis, in die beati Joannis Baptiste anno Domini 1347. Nulli ergo etc. nostre confirmationis etc. Datum Avenione VI. Idus Februarii, anno sexto. (1348).

(An. VI. lib 2. epist. 817).

CXVI.

Clementis P. VI. ad Archiepiscopum Upsalensem. (De conversione Karelorum et Ingrorum et de expugnando Ruthenos infideles).

Папы Климента VI. Архіепископу Упсальскому, о обращеніи Кареловъ и Ингровъ, и о покореніи Русскихъ.

An. 1351.

Clemens Papa Archiepiscopo Upsalensi etc. salutem.

Quia sicut Charissimus in Christo filius noster Magnus Rex Succiae illustris, per suos speciales nuntios et literas intimavit, quaedam gentes, quae Kareli et Ingri nuncupantur, regno suo vicini, imò ex una parte contigui, recognito suae infidelitatis errore, dicto rege, quem pro suscipienda fide Christiana in eorum auxilium specialiter invocarunt, ipsos ab insultibus et oppressionibus, quibus Rutheni Catholicae fidei inimici eos frequentius affligebant, manu valida protegenti, eandem fidem susceperunt, et baptismum, iidem Rutheni ex hoc ad eorum exterminium aspirantes, et post ejusdem Regis abinde recessum, ex inopinato in eos, ac alios Christianos partium earundem, pro dictae novellae plantationis defensione, de ipsius Regis mandato inibi consistentes crudeliter saevientes, alios eorem gladiis, alios suspensos ad arbores, alios veró canum morsibus laceratos, et alios eorum incredibilibus tormentorum generibus occiderunt, et reliquos Carelios et Ingros superstites in crudelem et horrendam servitutem redactos redire ad erroris caecitatem pristinam compulerunt. Idemque Rex propter nimiam mortalitatis pestem, quae in illis partibus his temporibus supervenit, adeo est hominibus destitutus, quod ad propulsandum eorundem inimicorum molimina non sufficit per se ipsum. Cum igitur contra hujusmodi fidei inimicos tanto efficacius sit a viris Deum timentibus insurgendum, quanto majoribus Ecclesiam Dei damnis affligere cupiunt, qui fidem eandem confundere tam detestabili crudelitate nitantur. Nos ipsius Regis supplicationibus inclinati, fraternitati vestrae per Apostolica scripta mandamus, quatenus viros Catholicos in Regno praedicto et vicinis insulis positos, ut contra eosdem infideles crucis signaculum assumentes, ipsos viriliter et potenter expugnent, exhortationibus salutaribus inducatis. Nos enim attendentes, quod tanto gratior est defensio fidei, quanto caeteris virtutibus animae fides debet pretiosior reputari, de Omnipotentis Dei misericordia et Beatorum Petri et Pauli Apostolorum ejus authoritate confisi, illam ob id assumentibus concedimus veniam peccatorum, et ipsos volumus ea immunitate gaudere, quam habituri essent, si in terrae Sanctae subsidium personaliter se transferrent. Datum Avinione II. Idus Martii anno Domini Millesimo Trecentesimo quinquagesimo primo. Pontificatus nostri anno nono.

In eandem sententiam scriptae fuerunt litterae Nidrosiensi et Lundensi Archiepiscopis eorumque suffraganeis Episcopis, ut e Norvegia et Dania cruce signati exercitus subsidiarii, ad restituendam rem Christianam educerentur, cum Suetia ob epidemiae saevitiam viris exhausta esset.

(Exempl Albertrandii).

CXVII.

An. 1372. Gregorii P. XI. ad Episcopos Gueznensem, Cracoviensem et Plocensem. (An quædam Ecclesiæ cathedrales vel parochiales existant).

Папы Григорія XI. Епископамъ Гнезненскому, Краковскому и Плоцкому вопросъ, существуютъ ли въ нѣкоторыхъ мѣстахъ церкви соборныя или приходскія?

Venerabilibus fratribus Episcopis..... Gneznensi,.... Cracoviensi, et..... Plocensi salutem et aplicam benedictionem, Gregorius Episcopus servus servorum Dei.

Intelleximus per relationes quorundam quod Galienzensis, Primisliensis, Laudumriensis, et Chelmensis Ecclesie Cathedrales fore noscuntur, nonnullis aliis pretendentibus Ecclesias ipsas non Cathedrales, sed dumtaxat Parochiales existere. Nos de premissis certam noticiam non habentes, fraternitati vestre, de qua in hiis, et aliis specialem in Domino fiduciam obtinemus, committimus et mandamus quatinus de hiis, videlicet an prefate Ecclesie Cathedrales, vel dumtaxat parochiales existant, et an populum Christianum habeant, nos diligenter informare curetis, et quidquid per informationem hujusmodi reppereritis, nobis per vestras litteras patentes manu publica confectas, vestrisque sigilis signatas, harum seriem continentes quantocius rescribere non tardetis. Quod si non omnes hiis exequendis potueritis interesse, duo vestrum ea nihilominus exequantur. Datum apud Villam Novam Avinionensis Diocesis II. Idus Julii, anno II. (1372).

(An. II. pag. 238).

CXVIII.

An. 1372. Gregorii P. XI. ad Episcopum Cracoviensem. (Episcopi schismatici ab eorum Ecclesiis amoveantur).

Папы Григорія XI. Епископу Краковскому, чтобъ схизматическіе (Грековосточные, по разумѣнію Папы) Епископы удалены были отъ церквей своихъ.

Venerabili fratri Episcopo Cracoviensi salutem et apostolicam benedictionem Gregorius Episcopus servus servorum Dei.

Ecclesiarum regimini presidentes ad hoc assidue debent haberi soliciti, ut ipsorum possit provenire subsidiis, quod ubique vigeat gloria catholice puritatis. Sane nuper ad nostrum non

sine mentis turbatione pervenit auditum quod in terra Russie quamplures Episcopi scismatici fore noscuntur. Nos cupientes super hoc, prout tenemur ex debito pastoralis officii, salubriter providere, fraternitati tue, de qua in hiis et aliis specialem in Domino fiduciam obtinemus, per apostolica scripta committimus et mandamus, quatinus omnes et singulos Episcopos predicte terre Russie, quos per summariam informacionem scismaticos esse reppereris, ab eorum Ecclesiis et Episcopatibus auctoritate apostolica prorsus amoveas, atque prives, contradictores auctoritate nostra per censuram ecclesiasticam, appellatione postposita compescendo, non obstantibus si aliquibus communiter vel divisim a Sede Apostolica sit indultum quod interdici, suspendi vel excommunicari non possint per litteras apostolicas non facientes plenam et expressam, ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mencionem. Quidquid autem in premissis peregeris, et nomina illorum, quos per te forsan privari contigerit, per tuas patentes litteras manu publica confectas, tuoque sigillo sigillatis, harum seriem continentes, nobis quamtocius rescribere non postponas. Datum apud Villam novam Avinionensis Diocesis, XIV. Kalendas Augusti, anno secundo. (1372). An. 1372.

(Ann. X. epist. 788).

LXIX.

Martini P. V. ad Wladislaum Regem Poloniæ. (Deputatur vicarius Pontificis Romani in aliquibus dominiis Russiæ).

Папа Мартинъ V. назначаетъ короля Польскаго Владислава (Ягеллона) намѣстникомъ Папскимъ въ нѣкоторыхъ областяхъ Русскихъ, и именно въ Великомъ Новѣгородѣ и во Псковѣ. An. 1418.

Carissimo in Christo filio Wladislao Regi Polonie illustri in magna Nowagrocta et Plisstow civitatibus et earum dominiis Russie pro nobis et Romana Ecclesia in temporalibus generali vicario salutem etc. Martinus Episcopus servus servorum Dei.

Etsi de cunctis negotiis cure, atque regimini nostris humeris superna dispositione jugiter incumbentibus, nos cogitare conveniat ex aplice servitutis officio, circa illa tamen propensioribus vigilantia, atque cura extendere compellimur mentis nostrae vigilias, per que orthodoxe fidei profectus ac infidelium detestanda malignitas ad patrem luminum, et ad unitatem Aplice Sedis conversio, auctore Domino, valeant incrementis salutaribus atque felicibus salubriter provenire. Cum igitur, sicut manifeste didicimus, plurimorum et catholico Rege dignissimorum operum ab effectu tua Serenitas exponens jugiter se, ac sua nullis abstinendo laboribus, aut impensis erga consecutionem pacis et unionis in eadem universali Ecclesia sancta Dei, ac pro tu-

An. 1418. tela, et incremento orthodoxe fidei, et conversione infidelium quorumcumque ad ovile dominicum, unione orientalis Ecclesie ad veritatem et integritatem catholice, et aplice, sacrosancte, et universalis Ecclesie, ut fiat, tuo cooperante Regali ministerio, ovile unum et pastor unus, non desierit nec desinat incessanter exponere totius Regalis vigilantie sue curas. Et propterea intendentes ut eo vigilantioribus studiis, curisque propensioribus circa premissa et eorum effectum eadem tua Serenitas valeat insudare, quo per nos et Sedem Aplicam majori fuerit auctoritate munita, et ut exemplo hujusmodi laudabili, ac honorabili ceteri Reges et Principes Christianitatis excitentur ad similia imposterum peragenda, premissis et nonnullis causis rationabilibus ad hec animum nostrum moventibus inclinati personam tuam in Regno Polonie et ceteris partibus tuo Regali Dominio suppositis, ac in terris, locis, et scismaticis Russie, et pro conversione infidelium quorumcumque ad cultum prefate fidei, et maxime ac presertim in Magna Novogrocta et Plisstow civitatibus, et earum dominiis Russie quoad vitam duxeris in humanis eadem Serenitate tua tam in nostra, ac Successorum nostrorum Romanorum Pontificum canonice intrantium, et ejusdem Ecclesie fidelitate, devotione, et obedientia permanente, cum jurisdictione, potestate, et officio, oneribus et honoribus aliis Vicariis in temporalibus in civitatibus et partibus predictis hactenus per Sedem Aplicam deputatis, in eisdem temporalibus auctoritate aplica, tenore, presentium generalem Vicarium ordinamus, constituimus, et etiam deputamus, eidem Serenitati tue nihilominus in Regno et partibus hujusmodi contra scismaticos et infideles, ac hostes prefatos, et adherentes complices, et sequaces eorum ac pro conversione eorumdem, et aliorum quorumcumque oberrantium ad ovile dominicum, ac unione Orientalis Ecclesie ad eandem Romanam, et Universalem Ecclesiam, et ab hiis dependentibus, et connexis dicto Vicariatu durante omnia et singula faciendi, gerendi, et exercendi, ac etiam exequendi, que eadem tua Serenitas viderit salubriter expedire, et que ad hujusmodi Vicariatus officium de consuetudine, vel de jure spectare noscuntur plenam et liberam facultatem, ac potestatem harum serie concedentes, ac mandantes Venerabilibus Fratribus nostris Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, et dilectis filiis Electis, Administratoribus, Abbatibus, ceterisque Ecclesiarum, et Monasteriorum Prelatis, ac universis et singulis Christifidelibus in virtute sancte obedientie, ac pro incrementis dicte fidei orthodoxe, quatinus per viscera misericordie Domini nostri, ac nostram, et Aplice Sedis reverentiam eidem tue Serenitati, tamquam nostro et ejusdem Ecclesie in temporalibus Vicario in civitatibus, et partibus supradictis, quotiens requiri contigerit, Patriarche, Archiepiscopi, Episcopi, Electi, Administratores, Abbates, cetérique Ecclesiarum et Monasteriorum Prelati per censuras ecclesiasticas, et alia juris remedia contra obstinatos, appellatione cessante, et alio quocumque modo. Reliqui autem quibusvis presidiis faveant in cunctis oportunitatibus fideliter, et assistant, ut fructus uberrimi, Altissimo divinitus inspirante, per tue Celsitudinis studium juxta desideratam, conceptamque spem valeant provenire ad omnipotentis Dei laudem et gloriam, saatum et honorem militantis Ecclesie, ac nostros, tranquillitatem et pacem civitatum, et partium, et dominiorum predictorum, et Christifidelium quorumcumque. Volumus autem quod antequam qujusmodi officium incipias exercere, in manibus Venerabilis Fratris nostri Archiepiscopi Evezirensis fidelitatis debite, ac de hujusmodi officio solerter ac Regaliter, prout speramus et cupimus, exercendo pro nobis, et eadem Romana Ecclesia recipienti prestare debeas in forma solita juramentum. Tua igitur Serenitas,

sicut abunde concipimus, onus officii hujusmodi prompta devotione suscipiens, sic illud studeat in singulis exaltationem status et incrementa fidei, Ecclesie, nostrique pariter, et Christifidelium quorumcumque concernentibus, Regaliter ac saluberrime exercere, ut apud Altissimum, qui solus Regibus, et Principibus dat salutem, ultra nostram et ipsius Sedis benedictionem et gratiam, palmam sempiterne beatitudinis, et gloriam valeat promereri. Datum Constantie. Tertio idus Maii. Pontificatus nostri anno primo. (1418). An. 1418.

(An. I. pag. 79).

CXX.

Martini P. V. ad Alexandrum, alias Wictoldum Ducem Lithuaniæ. (Deputatur vicarius in nonnullis partibus Russiæ).

Папа Мартинъ V. назначаетъ В. Кн. Витовта Литовскаго Папскимъ намѣстникомъ въ его владѣніяхъ а также въ Великомъ Новѣгородѣ и Псковѣ. An. 1418.

Dilecto filio Nobili viro Alexandro, alias Wictoldo Duci Lithuaniæ in Lithuania et ceteris partibus temporali dominio tuo subjectis, ac in omnibus locis Saginoitarum ac Russie, nec non in Magna Novagroda ac Pliskow civitatibus, ac in dominiis earumdem in temporalibus pro Nobis et Romana Ecclesia generali vicario salutem etc. Martinus servus servorum Dei.

Etsi de cunctis negotiis etc. ut in proxima precedenti, usque: personam tuam in Ducatu Lithwanie, et ceteris partibus temporali dominio tuo subditis, ac in omnibus locis Saginoitarum ac Russie, nec non in Magna Novagroda, et in Pliskow civitatibus, et dominiis earumdem, et pro conversione infidelium quorumcumque ad cultum prefate fidei, et maxime, ac presertim in Magna Novagroda, et Pliskow civitatibus, et earum dominiis Russie etc. ut in proxima precedenti, usque: beatitudinis gloriam valeat promereri. Datum Constantie Tertio Idus Maii Pontificatus nostri anno primo. (1418).

(An. I. pag. 80).

CXXI.

An. 1439 **Eugenii P. IV. ad Isidorum Metropolitam totius Russiæ, Lithuaniæ, Livoniæ, etc. (Fit Legatus apostolicus in dictis partibus).**

Папа Евгеній IV. назначаетъ Всероссійскаго Митрополита Исидора Папскимъ Легатомъ по всѣхъ земляхъ подвѣдомыхъ его Митрополіи.

Eugenius Episcopus servus servorum Dei venerabili fratri Isidoro Kyenu, ac totius Russie Metropolite in Lithuanie, Lyvonie et Russie provinciis, ac in civitatibus, diocesibus, terris et locis Lechie, que tibi jure metropolitico subesse noscuntur, Apostolice sedis Legato salutem etc.

Salvator noster Dominus Jesus Christus filius Dei vivi ex alto celorum throno descendens exemplum nobis reliquit, ut quemadmodum discipulos quos elegerat in universas mundi partes destinavit, ut omnibus creaturis evangelium predicarent, et sacre christiane fidei institutis humanum genus edocerent, ita nos, qui licet immeriti, ejus vices in terris gerentes christiano generi presidemus, quantum ab ipso nobis conceditur per suas semitas incedentes, ad absentes fideles nostre considerationis intuitum dirigimus, mittendo ad ipsos personas idoneas, que executionem voluntatis et solicitudinis nostre per suas bonas operationes, Deo propitio, exequi valeant, et etiam adimplere. Cum itaque juxta desiderium cordis nostri, et diutinam operam per nos impensam per inneffabilem Dei misericordiam, et Spiritus Sancti gratiam, qui ubi vult spirat, Grecorum Ecclesia nobiscum unita sit, ita ut deinceps unum ovile, et unicum eis pastorem oves Christifidelium recognoscere habeant. Nos cupientes ut longinque, et extere nationes hujus unitatis suavitatem sentiant et odorem, et ut in ea, Deo auctore, edificentur, utque in vera fide Christi in melius reformentur, et illa in eis fiant, per que exaltatio fidei orthodoxe, animarum salus, pax et concordia populorum, ac disciplina morum uberius subsequentur, et unioni ipsi proveniat incrementum, Te, cujus virtus, et diligentia in hac sancta unione admodum cognovimus profuisse, et quem Dei benignitas preclaris virtutum dotibus illustravit, ac vite integritate ac morum, nec non magnitudine consilii, rerum agendarum experientia, prudentia quoque, et sacrarum litterarum doctrina plurimum exornant, in Lithvanie, Livonie, ac totius Russie provinciis, nec non in civitatibus, diocesibus, terris, et locis Lechie, que tibi jure metropolito subesse noscuntur, de venerabilium fratrum nostrorum Sancte Romane Ecclesie Cardinalium consilii pro statu universalis Ecclesie, atque nostro nostrum, et Apostolice Sedis Legatum de Latere cum plena potestate auctoritate apostolica facimus, constituimus, et etiam ordinamus. Tibi nihilominus in eisdem Provinciis, et locis edificandi, plantandi, reformandi, corrigendi, et statuendi omnia et singula que ad extirpationem heresum, exaltationem, atque augmentum catholice fidei, pacem atque unitatem Christifidelium, status universalis Ecclesie conservationem, auctoritatis nostre et Apostolice Sedis ecclesiasticam libertatem, morum reformationem profutura cognoveris, prout celestis gratie infusio, tuaque tibi sapientia

ministrabunt facultatem et potestatem plenariam concedentes, firma spe, fiduciaque conceptis, quod actos tuos, dirigente eo, qui novit prava in directa, et aspera convertere in vias planas, in dictis Provinciis subsequetur fructus Deo laudabilis, quem speramus, ita ut a nobis et Sede Apostolica meritam gratiam, et a Deo eterna premia consequaris. Contradictores quoslibet, et rebelles auctoritate nostra, appellatione postposita, compescendo. Datum Florentie anno incarnationis dominice millesimo quadringentesimo tricesimo nono. Sextodecimo Kal. Septembris Pontificatus nostri anno nono. (1439). An. 1439.

An. IX. tom. VI. pag. 227.

CXXII.

Pauli P. II. ad Abbatem Monasterii Mogilensis Cracoviensis Diocesis. (Permissio fundandi plures domos ordinis Fratrum Minorum in Russia).

Папа Павелъ II. даетъ Аббату Монастыря Могиленскаго Краковской Епархіи позволеніе основать въ Руси нѣсколько обителей ордена Миноритовъ. An. 1468.

Dilecto filio Abbati Monasterii Mogilensis Cracovien. Diocesis salutem et apostolicam benedictionem. Paulus Episcopus servus servorum Dei.

Piis fidelium votis gratum nos decet prestare consensum, et ut ea, que religionis propagationem, divini quoque cultus augmentum rescipiunt, optatum sortiantur effectum interponimus solicitudinis nostre partes. Sane pro parte carissimi in Christo filii nostri Kasimirii Regis Polonie Illustris nobis nuper exhibita petitio continebat, quod in Magno Ducatu Litwanie, et partibus Russie suo generali dominio subjectis, infidelibus finitimis ingens hereticorum, et scismaticorum, ac aliorum infidelium habitat multitudo, illorumque numerus in dies crescit, et de majori numero extat verisimiliter formidandum, nisi de remedio provideatur oportuno. Et sicut eadem petitio subjungebat, si Fratres Ordinis Minorum observantie regulares, ad quos Christifideles illarum partium propter uberrimo fructus, quos eorum exemplari vita, predicationibus verbi Dei, monitionibus et continuis exhortationibus afferunt populo circa salutem animarum, specialem gerunt devotionis affectum, in partibus illis, ac etiam intra Regnum Polonie alias domos ultra illas, quas habitant, pro eorum usu, et habitatione haberent, profecto, ut creditur, cura, opera et diligentia Fratrum, qui illas pro tempore inhabitarent, heretici, et scismatici, ac alii infideles predicti, qui partes illas incolunt, ab eorum erroribus revocarentur, ac illis a se abdicatis, ad Ecclesie unitatem, et Domini nostri Jesu Christi veri Dei cognitionem converterentur, ipsique fideles in fide ipsa perseverarent firmius, et suarum animarum salutem sectantes, in via salutis plenius instruerentur, et exinde in partibus ipsis non modicum cum animarum salute, et orthodoxe fidei propagatione divini cultus succederet incrementum. Quare pro parte dicti Regis nobis fuit humiliter supplicatum, ut sibi in Regno duas, ac Ducatu

An. 1468. totidem, et partibus Russie predictis reliquas duas domos pro usu, et habitatione Fratrum eorumdem fundandi, et construendi, nec non Fratribus eisdem, postquam fundate, et constructe fuerint, illas acceptandi, et perpetuo inhabitandi licentiam concedere, aliisque in premissis oportune providere de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur, qui religionem, et cultum eosdem nostris potissime temporibus vigere, et augeri intensis desideriis affectamus, hujusmodi supplicationibus inclinati discretioni tue per apostolica scripta mandamus quatinus, si est ita, eidem Regi de consensu Vicarii generalis cismontani eorumdem Fratrum, absque minimo prejudicio alterius in Regno duas, et in Magno Ducatu similiter duas, ac in partibus Russiae hujusmodi et reliquas duas domos in locis ad id accommodis, et honestis cum singulis ecclesiis, campanilibus, campanis, refectoriis, dormitoriis claustris, hortis hortaliriis, et aliis necessariis officinis cum suis, et aliorum illarum partium Christifidelium suffragiis, et piis elemosinis pro usu, et habitatione perpetuis Fratrum eorumdem in illis domibus per Vicarium Provincie Polonie collocandorum, et introducendorum, dummodo ordinariorum locorum ad id et expressus accedat assensus, de novo erigendi, construendi, et fundandi, seu erigi, construi, et fundari faciendi, ipsisque Fratribus domos ipsas postquam constructe fuerint inhabitandi auctoritate nostra licentiam largiaris. Nos enim, si concessionem hujusmodi per te vigore presentium fieri, et domos easdem erigi, construi, et edfiicari contigerit, ut omnibus et singulis privilegiis, indultis, immunitatibus, exemptionibus, gratiis, et favoribus prefato Ordini, et ipsius domibus, nec non personis eorumdem in genere concessis uti et gaudere libere, et licite valeant auctoritate apostolica, tenore presentium indulgemus. Non obstantibus fe. re. Bonifacii P. VIII. predecessoris nostri prohibente, ne Fratres Ordinum Mendicantium in aliqua civitate, vel villa, vel claustro, aut alio loco ad inhabitandum quascumque domos, seu loca de novo recipere, vel recepta mutare presumant absque Sedis Apostolice licentia speciali, faciente plenam, et expressam de prohibitione hujusmodi mentionem, et aliis constitutionibus apostolicis, ac statutis, et consuetudinibus dicti Ordinis indulto, confirmatione apostolica, vel quacumque firmitate roboratis contrariis quibuscumque, jure tamen parochialium Ecclesiarium, infra quarum limites ipse domus edificabuntur, et alterius cujuslibet, in omnibus semper salvo. Datum Romae apud Sanctam Mariam, anno salutis MCCCCLXVIII. Decimo Kalendas Augusti, Pontificatus, nostri anno quarto.

(Ann. VI. tom. VI. pag. 121).

CXXIII.

De Ruthenorum nationibus earumque erroribus scriptum Johannis de Lasco Archiepiscopi Gnesnensis in concilio Lateranensi anno MDXIV productum

О Русскомъ народѣ и заблужденіяхъ онаго, описаніе Гнезненскаго Архіепископа Іоанна Ласскаго, представленное на Латеранскомъ Соборѣ 1514 года. An. 1514.

Ruthenorum nationes cum erroribus eorundem in concilio Lateranensi per Reverendum in Christo Patrem Dominum Johannem de Lasco Archiepiscopum Gnesnensem et Serenissimi Principis Domini Sigismundi Dei gratia Regis Poloniæ oratorem descriptæ atque productæ. Anno Domini MDXIIII. ad sessionem pro V. Aprilis publicatam.

Rutheni albi quondam Colchitae dicti, modo vero Moscovitae, habent proprium Dominum seu Principem, qui titulatur Magnus Dux, vicinus in terra Regi Poloniae in Magno Ducatu Lithuaniae, item aliis dominiis Livoniae et Gothiae. Item a Septentrione ejus terram Moscoviam alluit mare glaciale. Et sicut Indiam aromata, sic Moscoviam pelles Sabellinae, Mardurinae, Lisininae seu variolinae et Megalinae, quibus abundat ea regio et eas toti orbi porrigit, celebrant, redduntque auri ditem, et ducem ipsum potentem. Nam supra bis centum millia equitum habere consuevit. Ex eadem etiam Moscovia aquae Paludis Moeotidis replent flumen immensum Tanaim, replent etiam multo majorem Hra qui influit mare Caspium. Qui fluvius Tanais Scythiam et Sarmatiam dividit, absorbetque eundem mare Ponticum post Tauricam insulam, et in Hra fluvium versus orientem. Ibi vero scilicet in eo ostio maris ejusdem Tanaitani, arx est Turcarum Ozon, in qua Turci a Tartaris emunt populum, per Tartaros Tauritanos aliquando de Polonia, aliquando de Lithvania, aliquando de Moscovia raptum et deportatum utriusque sexus.

Habere etiam ibidem consueverunt Turcae et Tartari commercium cum Moschis, sericum, pannos sericeos, lanichatos, tophetes et gemmas orientales pro pellibus cum Moskiis permutantes. Est enim et loci insigne emporium seu portus Turcarum et Tartarorum, plus tamen communis quam insignis.

Rutheni Walachii sunt feroces armigeri. Quadraginta millium communis populi constituunt exercitum vel circa. Incolunt propriam terram Moldaviam sive Mysiam, idioma habent commune cum Rutheno et Italico vulgari. Nam dicunt se esse Romanorum quondam milites, ad praesidia Pannoniae contra Scythas missos. Unde est, quod pro magna parte idioma habent Italicum, sed ritum Ruthenicum.

Habere consueverunt proprium Dominum tanquam praefectum, sed haeriditarius est eorum Dominus, et titulatur Palatinus seu Wojewoda Moldaviae, qui aliquando Regi Hungariae, aliquando Regi Poloniae, aliquando Turco fit homagiatus. In qua terra Turcus castra recepit, et habet duo omnium prima, scilicet Moncastrum et Zistocovium. Situatur autem inter Hungariae et Poloniae regna, ac inter Thraciam, in qua Byzantium seu Constantinopolis est; sed dividit eam terram ab Hungaria et Thracia Danubius,

An 1514. a Polonia Tyras fluvius, a Tartaria Tauricana mare Ponticum.

Rutheni rubei habebant quondam proprios Reges, et proprios etiam Magnos Duces. Omnes istos Reges Poloniae debellarunt. Sunt subditi fideles Regis, in corporeque Regni Poloniae et Magni Ducatus Lithuaniae. Inter quos rubeos Ruthenos Reges Poloniae unam fundârunt Metropolim, et septem Ecclesias Cathedrales, et parochiales multas fidei Romanae. Sed tamen multo plures sunt Ecclesiae Ruthenorum, quorum terra Sarmatica procedit a Polonia minori ex parte Occidentis versus Orientem per fluvium Borysthenem magnum ac per totam Sarmatiam Europaeam inclusive usque ad Tanaim et ad insulam Tauricam. In quibus scilicet Tanais fluvius, et intra illum et intra Rha et orientem. Et in ipsa Tauria sunt Tartariae diversae Scythicae, quibus diversi, scilicet tredecim Caesares Scythae imperant, Mahumetanae sectae. Item procedunt Rubeorum terrae ex parte tanquam meridionali a fluvio Tyras, versus Septemtrionem, usque ad Moscoviae fines Lithuaniae contiguos, per longitudinem verisimilem ducentorum milliarium magnorum seu Germanicorum. Sunt autem Caesares praedicti Tartari potentissimi. Nam Tauricanus eorundem rubrorum et regni Poloniae et Lithuaniae vicinus, habet circiter bis centum millia equitum. Alius istum sequens tercentum millia, tertius, quartus et sic de aliis, in campis illis Scythicis quantó ulterior, tanto majorem habet populum; qui licet sint inermes, tamen multitudine et celeritate vincunt. Insuper Tauricanus praeter Turcos optimos equites, qui cum eo contro Polonos et Lithvanos venire consueverunt, in illa suae Tartariae colluvie habere consuevit ad minus septuaginta millia suo modo armatos, scilicet, vel cum lorica, vel cum squammatis anterioribus et posterioribus armis, capite et manibus ferro tectis; reliqui omnes arcus et sagittas habent pro armis.

Istae omnes nationes Ruthenae seu Ruthenorum praesumunt se esse de fide Graecorum, attamen fidei ipsorum errores colliguntur infra scripti;

Imprimis negant S. Petrum verum Papam, et verum Romanae sedis antistitem et Ecclesiae militantis caput unicum esse, nec accepisse plenitudinem auctoritatis a Christo, quod et de quolibet Romano Pontifice successore ejus tenent, et communem cum cum aliis Pontificibus esse dicunt.

Item negant Ecclesiam Romanam caput esse Ecclesiarum omnium, principem rectricem et magistram, secundúm quod scribitur Dist. XXII. c. Sacrosancta.

Item dicunt, omnes obedientes Romanae Ecclesiae veros Christianos non esse, neque salvandos, eó quod ab Ecclesia primitiva discrepent, se veró solos esse veros Christianos asserunt, sectatores Christi et Apostolorum, et sic esse de numero salvandorum. Imo Dominum Papam cum Ecclesia Romana dicunt haereticum esse de haeresi Ariana, et catholicos omnes Arianistas vocant, et anathematizant ipsum tempore coenae Domini cum suo clero, dicuntque non habere plenam potestatem ligandi et solvendi, quod sumpserunt ex sectione seu divisione Graecorum decima ab Ecclesia Romana.

Item dicunt omnes Latinos esse doctores nullius veritatis et efficaciae esse fuisseque, hinc nec alicujus illorum dicta suscipiunt, quantumcunque forent ab Ecclesia suscepta et approbata, nec credunt afflatione Spiritus Sancti locutos fuisse aut scripsisse. Hinc nec libris aut scriptis Beatorum Hieronymi, Augustini, Gregorii, Ambrosii, et ex consequenti aliorum doctorum fidem dant, et eorum autoritatem nullomodo suscipiunt, sed dicta et scripta doctorum Graecorum suscipiunt, dummodo nihil adversius eorum errorem in illis invenerint. Si vero quid ex eis, quod adversus sectionem eorum et ritum erro-

neum fuerit, acceperint, corrupta dicunt et vitiata esse, et fidem eis adhibere non debere asseverant.

Item Sanctos ex Ecclesia Dei et fide Catholica Romana professionisque Romanae et obedientiae blasphemant et damnant.

Item imagines operis et artificii Catholicorum horrent, et quantum est ex eis inhonorant, etiamsi Crucifixi aut ejus sanctorum forent. Sin vero artificii sui sint venerantur; dummodo in Synagogis eorum locatae aut pictae fuerint, alias non.

Item Ecclesias Catholicorum spernunt, confutant, inhonorant, et blasphemant contra canonem Innocentii III. de Baptismo c. licet Graecos. Nec ullam in eis exhibent reverentiam sacerrimo Sacramento, nisi coacti metu majoris offensae, aut simulata assentatione. Et sicut de earundem Ecclesiarum consecratione nihil tenent, sic et de consecratione Corporis Christi, dicentes, in azymis ipsum consecrari non posse. Eorum vero Synagogas per simplices eorum sacerdotes consecrari posse dicunt, prout de facto consecrant.

Item statuta Ecclesiae dictaque aut scripta seu canones et conciliorum determinationes ac decreta nulla esse dicunt, quod a septima Synodo omnia Concilia nullius efficaciae fuere, neque de jure Catholico, quia sine eorum consensu agebantur approbationes. Item omnia Ecclesiae Sacramenta prophanant ac blasphemant, ridentque et inhonorant, praecipue Sacramenta Sacrae Eucharistiae eò quod non secundum formam ritus eorum fiant.

Item nullum Pontificem Catholicum habere potestatem Chrisma consecrandi, solùm Patriarcham quem se habere jactant Constantinopoli, per quem si semel consecratum fuit, dicunt ad annos plurimos illud efficaciam habere ad unctionem.

Item ordines, benedictiones Pontificiae, sacerdotia, orationes, jejunia, et omnia Ecclesiastica officia, et ea quae authoritate clavium dispensat Ecclesia, damnant, nec ullius efficaciae dicunt esse. Similiter obedientiam Ecclesiasticam, auctoritatemque rident, et sicut de indulgentiis, sic et de excommunicationibus Ecclesiae nihil tenent. An. 1514.

Item dicunt, confirmationis sacramentum nullum esse, ideo nec illud accipiunt, sine quo promovent Sacerdotes suos, nec habent tempora limitata ad ordines, sed passim et uno die promovent, et plures ordines conferunt.

Item dicunt, Sacramentum extremae Unctionis nullam adversus peccati reatum medelam conferre posse, et Beatum Jacobum unctionem intellexisse tantum ad medicinam languoris corporalis.

Item sicut quandoque baptizant in acetabulo, id est in aqua expressa de succo pomorum, aut fructuum confecta cum aqua naturali et fermento, dum aqua protempore caruerint, discretionem in aqua non ponentes, sic in defectu vini in eodem acetabulo sacrificant imò execrant.

Item in preparatione calicis duas, aut tres guttas vini aquae immiscent calidae, nec vinum sentitur in aqua absumptum, et damnant Ecclesiae ritum, quod aquam frigidam ad calicis praeparationem accipiat, et panem fermentatum pro sacrificio recipientes dividunt bifariam, superiorem partem in panis medio triangulariter in profundum exscindentes, in Corpus Christi consecrant, reliquum panis Beatae Virginis corpus designare dicunt et in veneratione conservant. In cujus panis praeparatione farinam recipiunt in nomine Patris, fermentum mittunt in nomine filii, calidam mittunt aquam in nomine Spiritus Sancti. Item ad panis sacrificium plures associant, et apponunt vinum in nomine Mariae, alium panem in nomine Praecursoris, alium in nomine Basilii, tandem Leonis, Heliae, et sic consequenter singulis panibus singulos invocan-

An. 1514. tes attribuunt. Unde et in calicibus ligneis in locis plurimis sacrificant, ubi pane ex pluribus ut factus est polentis exempto, offam quandam faciunt et consecrant. Tandem in consumptione cochlearibus ligneis et sordidis vorant, et micas seu reliquias panniculis detergunt ejiciuntque. Sic quoque communicant populum cochlearibus ex calice expromendo, et in esum offerendo.

Item sumunt experientiam de calicis consecratione, tanquam dubitantes de consecrationis effectu et virtute. Nam antequam communicant in sacrificio, faciunt eis dare aquam calidam, quam infundunt in calicem consecratum. Unde si vapor exhalaverit, credunt illic esse Sacramentum, tunc primo communicant, et si pars in calice relicta fuerit, servatur, et peractis prandiis, a Sacerdote redeunte voratur.

Item consecrant pro bellantibus panem similagineum in Corpus Christi, et Laicis in bella procedentibus tradunt in manus, qui cum sunt cum hoste conflicturi et jam manus conserturi, replent vas escarium aut potorium, quod in promptu fuerit, aliquo liquore, qui tum occurrerit, et illic pane illo posito, se ipsos ordine communicant.

Item Sacramentum Eucharistiae quod die Coenae Sacrae consecrant, illud solum dicunt pro infirmis procurandis valere et non aliud, quod diebus aliis consecratur, et tale ad anni decursum consecrant in calice praeparato, quod verminulosum et tabidum infirmium ori inprimunt cochleari.

Item ante praeparationem calicis, incensis cereis panem consecrandum, cum vino et aqua calida in calicem fusa, velut dictum est, cum reverentia summa spectandum populo offerunt, et circumferunt, ubi populus pronus cadit, veneratur et idololatrat, et post in altare positum nemo veneratur neque elevatur.

Item non solum in forma Baptismi ab Ecclesia discrepant, sed etiam in materia, quandoquidem, ut supra dictum est, et sacro Epiphaniarum die, loco fontis Ecclesiastici, flumina rapide manantia, dummodo haberi possint, pro baptismate infantium consecrant instar Jordanis, et quem puerum immersione ibidem mori frigore, aut e manibus elabi et mergi contingat, ab Angelo raptum dicunt in coelum, neque mundum ejus praesentia fuisse dignum ajunt.

Item Sacerdotes eorum communiter non orant, nisi quando missae officium suo modo sunt habituri, et quae aut quales eorum horae sint Deus videt; et dicunt presbytero sufficere ad conscientiae purificationem cum uxore cubanti et celebrare volenti, quod se fermentata aliqua aqua calida abluat a vertice capitis, ad pedum vestigia. Hanc loturam tantae dicunt efficacia, quanto foret confessio.

Item si casu quis Catholicorum presbyterorum in altaribus eorum celebret, mox velut execraturi violant, et effringunt et dicunt, quod in uno altari tantum missa una debet in die celebrari.

Item dicunt, populum promereri, et magnas indulgentias adipisci, quoties quis hominem Catholicum obedientiae Romanae interemerit.

Item dicunt suos presbyteros irregularitatem incurrere, cum passerem aut aliquod volatile occiderint, qui non prius regularitatem acquirunt, donec idem volatile sub ascellis gestum ab eis totaliter computrescat. Haec eorum est poenitentia, que non esset adeo dura, si Christianum hominem occidissent.

Item false jurare adversus inimicum et praecipuè contra virum Romanae Ecclesiae non esse peccatum dicunt. Similiter et decipere, damnificare aut fraudare eundem.

Item dicunt, Sabbatum in quadragesima nullo modo fore jejunandum, et peccare eos mortaliter, qui jejunaverint, neque missam celebrandam in tota quadragesima, nisi Sabbatinis diebus et Dominicis. Unde damnant Ecclesiam Ro-

manam celebrantem aliis diebus quadragesimalibus, praeter Sabbatum et Dominicum et simili errore ante jejunia sua octo diebus solemnizant, similiter et post jejunium carnes vorantes quotidies feriisque sextis, imò et in vigiliis, si quae tum occurrerint. Nec piscibus licere uti dicunt, nisi eorum intestinis, cum jejunia quadragesimalia peragunt, et communiter die Sabbati vescuntur carnibus.

Item Christi fideles peccare mortaliter dicunt, quod barbas radant et manducent suffocata. Et similiter damnant Christianos, carnes edentes ultima Dominica ante carnis privium et consequenter.

Item dicunt, licite vendi posse praelaturas ac beneficia, aut emi, similiter et sacros Ordines. Et quae beneficia Patres tenuere, dicunt filii, ad ea jus haereditarium se habere, et succedunt, praesertim in parochialibus Ecclesiis.

Item dicunt, viventem hominem mortaliter peccare non posse.

Item dicunt fornicationem simplicem non esse peccatum mortale, similiter et usuram.

Item dicunt, furi sufficere, rationem furti sui septem sacerdotibus repraesentare et fateri crimen, et petere olei unctionem ab eis, nullaque post hoc poenitentia aut restitutione debere onerari.

Item asserunt non esse purgatorium, solum esse duo receptacula animarum, coelum et infernum.

Item dicunt, animam ante diem judicii beatitudinis gloriam non habere, quod et credunt corpore in terra manente. An. 1514.

Omnia haec in Concilio Florentino cassata sunt, et per bullam Eugenii correcta.

Item dicunt quod vivorum suffragia prosint in inferno damnatis et non aliis.

Item dicunt, Spiritum Sanctum non procedere a persona filii, nisi solius Patris, alias duo esse principia, et duas spirationes, quod tamen sufficienter explanatum est in Concilio Florentino.

Item divortia faciunt in matrimoniis pro pecuniis, nulla rationabili causa interveniente, pro sola avaritia et libitu, quae laici simplices inter conjuges dicunt et faciunt, quemlibet qui petit separari licere.

Item dicunt secundas et tertias nuptias, ac deinceps, esse illegitimas, nec facere verum matrimonium, nec inde sequi prolem legitimam.

Item mortuorum tumulos peracta sepultura, jubentur singuli per sacerdotem suos osculari, et post ipsam sepulturam convivant, vorantes quasdam polentas, ab ipsis presbyteris benedictas.

Item dicunt, saecularibus Dominis eorum praesidibus licere sine nota excommunicationis majoris verberare, et deponere eorum Patriarchas, Episcopos, Sacerdotes. Cujus rei origo coepit, ut habetur in decima divisione Graecorum ab Ecclesia.

(Albertr. ex codic. ms. Biblioth. Vallicellianae Romæ c. 20. pag. 53).

CXXIV.

An. 1519 **Leonis P. X. ad Basilium Magnum Ducem Moscoviæ (De ejus proposito amplectendi Catholicam fidem, deque Nuncio Apostolico ad hoc misso).**

Папы Льва X. Великому Князю Василію Іоанновичу, о намѣреніи его якобы принять католическую вѣру, и о посылаемомъ къ нему для сего Папскомъ Нунціи.

Nobili viro Basilio Duci Moschovie et Russie Principi Leo P. P. decimus.

Nobilis Vir gratiam in presenti, per quam veritate agnita gloriam obtineas in futuro. Postquam nobis per fide dignos relatum fuit Nobilitatem tuam divini instinctu motam animo agitare ut ad unionem, et obedientiam Sancte Romane Ecclesie, a cujus gremio, et sinu ipsa cum Terris, Dominiis, et omnibus subditis suis per multos annos separata mansit, nunc tandem redeat, et discussis tenebris, orthodoxe fidei, vereque doctrine lumini adhereat, commota sunt pre gaudio cordis nostri viscera, magnasque omnipotentis Dei gratias egimus, et assiduis precibus nostri annuendo fidem suam in dies augere, humanasque mentes illuminare, et ad salutis viam reducere dignantur. Cum summo itaque desiderio cupiamus bonos ac sanctos inceptus tuos, quantum in nobis est juvare, ac potentes vires tuas nostris adjungere, ut obstinatis Christiani nominis hostibus bello superatis, christianaque fide per omnes mundi partes dilatata, falsisque idolorum superstitionibus directis, atque sublatis, unus pastor et unum ovile fiat, id quod divina prophetarum oracula nobis jamdiu predixerunt, ac nostris temporibus fore pluribus, ac certis speramus inditiis. Venerabilem fratrem Zachariam Episcopum Gardieñ Prelatum domesticum, et Referendarium segretum Nuntium nostrum singularis prudentie integerrimeque fidei virum ad partes istas destinandum duximus. Eique in mandatis dedimus, ut nonnulla (maxime ad utilitatem, et salutem tuam, ac honoris augmentum, et status tui firmitatem pertinentia) tecum nostra nomine communicet, ac tuam voluntatem clarius ac plenius exploret, Nosque de ea certiores quamprimum reddat. Cui non aliter quam Nobis ipsis integram fidem prestabis, eique omnia cordis tui archana tuto ac secure manifestabis. Nos interim Christum verum Deum, qui te, ac universum genus humanum pretiosissimo sanguine suo redemit devote rogabimus, ac rogare faciemus ut mentem tuam illuminare, ac gressus tuos dirigere dignetur, ut omnibus posthabitis, ejus fidem una cum toto Ducatu ac subditis tuis omnibus amplecti festines, ac properes. Quod, si ut in Domino speramus, et optamus, feceris, talibus gratiis honoribus, ac prerogativis te prosequemur, ut reipsa intelligas, Nos te non ut insertum et adoptivum, sed tamquam verum, et peculiarem filium nostrum diligere, continueque in visceribus charitatis gerere. Datum Rome Die decimasexta Septembris 1519. Anno septimo.

(An. VII. pag. 123).

CXXV.

Sigismundi I. Regis Poloniæ ad Clementem P. VII. (Pro Paulo Centurione Januensi ad Moscoviæ Ducem misso).

Сигизмундъ I. Король Польскій въ письмѣ къ Папѣ Клименту VII. одобряетъ Павла Чентуріона Генуезца, посыланнаго къ Вел. Кн. Московскому. An. 1525.

Sanctissimo in Christo Patri et Domino, Domino Clementi VII. div. prov. S. Romanæ ac Universalis Ecclesiæ Summo Pontifici Domino Clementissimo.

Sanctissime in Christo Pater et Domine Domine clementissime. Post mei, Regnique, et dominiorum meorum humilem commendationem, ac oscula pedum beatorum. Cum superioribus mensibus Nunctius Sanctitatis Vestrae Paulus Centurio Januensis ad me huc venisset, et se a Sanctitate Vestra ad Moscorum Ducem missum declarasset, eum benigne excepi, et quo celerius negotia absolveret comeatum per Regnum meum simul et equos veredarios usque ad Moscorum fines illi liberaliter concessi. Is ipse jam tandem rediit, proficisciturque una cum Moscorum Ducis legato ad Sanctitatem vestram. Quia vero et vir bonus videtur, et tam longi itineris laborem perferre eum necesse fuit, rogo plurimum Sanctitatem Vestram, velit eum commendatum habere, et gratia, ac munificentia sua, qua magnopere, in hac sua ingraviscenti etate indigere videtur, complecti, et valeat quamdiutissime Sanctitatis Vestra, Cui me iterum, Regnumque ac dominia mea humiliter commendo. Datum Cracovie Octava Die Junii anno Jesu Christi MDXXV. Regno meo anno decimo nono.

Ejusdem Sanctitatis Vestrae
obsequentissimus filius
Sigismundus Rex Poloniae
et Magnus Dux Lithuaniae etc.

(Arm. XI. caps. 1. № 64).

CXXVI.

Sigismundi I. ad Clementem P. VII. (De induciis ab ipso factis cum Turcarum Imperatore).

Короля Сигизмунда I. къ Папѣ Клименту VII. о перемиріи заключенномъ имъ съ Султаномъ Турецкимъ An. 1525.

Sanctissimo in Christo Patri et Domino, Domino Clementi VII. div. prov. S. Romanae ac Universalis Ecclesie Summo Pontifici Domino Clementissimo.

Sanctissime in Christo Pater, et Domine, Domine clementissime. Post humilem mei, Regnique, et dominiorum meorum commendationem, ac oscule pedum beatorum. Non ignorat Vestra

An. 1525. Sanctitas quantis difficultatibus et discriminibus expositum sit continue Regnum et dominia mea, quibus tot moles non solum Tartarorum, Moschorum, et Walachorum, sed etiam Turcarum assidue incumbunt. Memenisse etiam potest Vestra Sanctitas quam mihi, et Serenissimo Domino Ludovico Hungarie, et Bohemie Regi nepoti meo cum praedecessores Vestrae Sanctitatis, tum ipsa quoque spem prebebat de reducendis ad concordiam christianis Principibus, et generali expeditione paranda, qua hactenus inherentes, pacemque, et inducias cum Turco recusantes ambo, tam ego, quam Serenissimus nepos meus ingentem jacturam his proximis annis subjicimus, unde et universa res christiana non parum multum inclinata videatur. Quare subditi, et regnicole mei considerantis non sopiri modo bella intestina Christianorum verum etiam in dies magis illa augeri et exasperari ac vestram quidem Sanctitatem pro officio optimi et pientissimi pastoris nichil cure et laboris praetermittere in sedandis his intestinis, et nimium intempestivis turbis et seditionibus, sed nichil proficere nequaquam pati voluerunt me ea spe generalis expeditionis diucius pendere, et tantas tempestates, quibus hic eundequaque obruimur citra ullius auxilium sustinere, et praesertim cum factus essem certior, ducem Moschoviae societatem cum Turco adversus me tractare, qua intelligentes ipsi subditi mei praesentissimum Regno, et dominiis meis discrimen imminere, dum Turcus, Tartarus, et Dux Moschoviae simul illa impetent, adegerunt me ad inducias cum ipso Turco ineundas, intra quas aliquandiu respirare, et tot aliis hostibus, quorum, vel unus, maximo cuique Regno satis est, commodius resistere possent. Quam rem Vestrae Sanctitati significandum duxi, cui pro summa ejus in me, et regnum meum benignitate nichil rerum mearum non communicandum putaem, supplicoque illi, ut si quid in hac re fiat praeter ejus animi sententiam boni consulere dignetur quando quidem me et necessitas ipsa et subditorum meorum continue expostulationes quinimo, et tanta eorum principum de nobis, et re christiana incuria, qui inter se ipsos sine fine digladiantur eo impulerunt, tamen cum ad agendum aliquid in commune, cum eo communi hoste, ventum fuerit, persuasissimum habeat Vestra Sanctitas, me cum omnibus gentibus, et viribus meis futurum non postremum. Me Vestrae Sanctitati etiam atque etiam commendo, quam pro mea summa voluptate et salute reipublicae Christianae opto esse diutissime sospitem, et felicem. Datum Cracoviae XII. Die Junii MDXXV. Regni mei anno decimo nono.

Ejusdem Sanctitatis Vestrae

Sigismundus Rex Poloniae
manu propria.

(Arm. XI. caps. 1. № 59).

CXXVII.

Frammento concernente la legazione di Demetrio Erasmio mandato a Papa Clemente VII. da Basilio Gran Duca di Moscovia.

Отрывокъ повѣствованія о посольствѣ Димитрія Герасимова къ Папѣ Клименту VII. отъ Вел. Кн. Василія Іоанновича Московскаго. An. 1526.

Frammento.

Messer Paolo Centurione, insieme con Demetrio Ambasciatore di Moscovia, se ne ritorno à Roma, prima che si pensasse, che fosse arrivato in Moscovia. Il Pontefice commandò, che Demetrio fusse ricevuto et alloggiato nella più magnifica parte del palazzo di S. Pietro, dove sone camare dorate letti di seta e panni d'arazzo d'eccellentissimi lavori, et ordino, che fosse vestito di seta, e gli assegnò per compagno a trattenerlo e mostrargli le reliquie et antichita di Roma Francesco Cherato Vescovo Aprutino, huomo, che spesse volte in lontane e dignissime Ambascierie era stato adoperato, e dal detto Demetrio pur in Moscovia per parole di messer Paolo era conosciuto. Poiche Demetrio si fu alquanti giorni riposato, e lavato il soccidume che per il lungo e faticoso viaggio haveva addosso et essendosi vestito d' un magnifico habito, che s'usa nella patria sua, fu condotto dinanzi al Papa, et humilmente inginocchiato, conforme l'usanza, gli baciò gli pièdi, et a nome suo e del suo rege li fece un presente di pelli de zebellini, dandogli poi le lettere di Basilio, le quali egli prima, e poi l'interprete Schiavone Nicolo dà Sebenico le tradussero in lingua Latina, et il soggetto era tale;

«A Clemente Papa Pastore e Dottore della «Chiesa Romana, il Gran Basilio per la Dio gratia Imperadore e Dominatore di tutta la Russia, «e Gran Duca di Volodomiria, di Moscovia, No«vogardia, Plescovia, Smolenia, Ifferia, Ingoria, «Permia, Vetcha, Bulgaria etc. Dominatore e «Gran Prencipe della Novogardia bassa, di Cer«nigovia, Razania, Volotchia, Rezenia, Belckia, «Rostovia, Jaroslavia, Beloseria, Vdoria, Obdo«ria, Condinia, etc. Voi ci havete mandato Pa«olo Centurione cittadino Genovese con lettere, «per le quali ci havete confortato, che vogliamo «esser congionti con Voi, e con gli altri Pren«cipi Christiani, e di consiglio e di forze, contra «gli inimici del nome Christiano, et a i nostri «e Vostri Ambasciatori per poter passare dall'u«na e dall'altra parte, sia aperto sicuro e libero «viaggio, accioche con iscambievole uffitio d'a«micitia, si possa intender della salute d'ambi«due noi e degli avvenimenti delle cose. Noi «veramente, havendoci Iddio dato buono e feli«ce ajuto, sicome in sin hora vigilantemente e «valorosamente habbiamo fatto resistenza a gli «empii nemici della religion Christiana, cosi «habbiamo anche fatto deliberatione, di resiste«re per l'avvenire, e parimente siamo apparec«chiati d'accordarsi con gli altri Prencipi, e far «che li viaggi siano sicuri. Per le quali cose vi «mandiamo Demetrio Erasmio nostro huomo, «con questa nostra lettera, e vi rimandiamo Pa«olo Centurione. Mà Demetrio ce lo rimandarete «tosto, facendolo guidare à salvamento, insino «à nostri confini, e noi faremo anche il medesi«mo, se con Demetrio nostro mandarete vostro

An. 1526. «Ambasciatore, accioche con ragionamenti e «con lettere sappiamo delle cose, che s'hanno da «trattare, fatti certi di maniera, che conosciuti «gli animi di tutti li Christiani, possiamo, anche «noi appigliarsi al miglior consiglio. Data nel «nostro stato, nella nostra citta di Moscovia, «l'anno del principio del mondo 7030. alli III. «d'Aprile.»

Oltre di questo, perche Demetrio, come huomo che e molto intendente delle azzioni humane, e sopra tutto delle sacre lettere, habbia commissioni più secrete di gran facende, le quali speriamo, che tosto l'habbia da dire nelli private audienze, percioche doppo la febre, nella quale era caduto, per la mutazion dell' aria, egli ha ricuperate le pristine forze, et il suo natural colore della faccia, di maniera, che il vecchio di sessanta anni, anche col suo gran piacere, si è trovato presente alla messa Papale, che fù cantata in honore di San Cosmo e Damiano, con musiche e con solenne apparechio, e venne similmente in Concistoro, quando il Papa con tutta la corte ricevete il Cardinal Campeggio, che all' hora tornava della legazione d'Ungheria. Ottre dio ciò, con grande sua maraviglia, è andato vedendo le sacrosante chiese della città, e le ruine della grandezza Romana, et anche, per dir cosi, gli cadaveri de gli antichi edificii, di modo, che credemo, ch' egli esposto che haverà quanto hà in commissione, ricevuti honorati presenti dal Pontefice, insieme col Vescovo Scarense Legato di Sua Santità, se ne habbia da ritornare in Moscovia.

(Albertr. ex cod. ms. Biblioth. Vallicellianæ Romæ XXXV. №. pag. 551.

CXXVIII.

An. 1526. **Responsum a Sigismundo I. Rege Poloniæ datum oratoribus Archiducis Ferdinandi ad Ducem Moscoviæ euntibus MDXXVI.**

Отвѣтъ данный Польскимъ Королемъ Сигизмундомъ I. посламъ Эрцгерцога Фердинанда, отправлявшимся къ Вел. Кн. Московскому.

Responsum datum a Rege Poloniæ oratoribus Archiducis Ferdinandi in Moscoviam euntibus.

Sacra Majestas Regia quamvis non ignorat, quam constans sit apud Ducem Moscoviae foedus et amicitia, quantique ipse faciat Principes Christianos sive ad bellum sive ad pacem conficiendam, quae omnia ipse ex arbitrio et commodo suo metitur; gratissima est tamen Majestati suae haec opera et studium tam Caesareae Majestatis, quam etiam Serenissimi Domini Regis Ferdinandi, quod adhibent ad res Majestatis suae cum ipso Duce pacandas, quod fraternum officium vicissim illis Majestas sua vult omni studio et gratificatione sua semper referre. Quod autem Dominationes Vestrae postularunt, ut Legatos ipsius Ducis Moscoviae permitteret Sua Majestas securè per sua dominia in Moscoviam redire, id Majestas Sua causa Caesareae Maje-

statis et Serenissimi Domini Regis Ferdinandi, factura est non gravatim.

Nota ejus qui superius responsum posteritati consignavit.

Isti Oratores Caroli et Ferdinandi, quibus praecedens hoc datum fuit responsum, praetextu quidem et specie tractandae inter Regem Poloniae et Moscum Concordiae, quod palam praeferebant, ad Ducem Moschorum fuerunt missi, verùm longé aliud fuit illis per Principes eorum demandatum, nempe ut Moscorum Ducem contra Regem Poloniae incitarent et instigarent, ut An. 1526.
Rex Poloniae bello Moschovitico distentus non posset Ludovicum Hungariae et Bohemiae Regem nepotem suum copiis auxiliaribus contra Turcum, qui cum ingenti exercitu contra ipsum Ludovicum Regem in Hungariam adventabat, adjuvare; quo et facilius Rex Ludovicus sic destitutus periret, et Ferdinandus Hungariam et Bohemiam, quod semper votis omnibus cupiebat, hac dato occasione invadere et occupare posset.

Exempl. Albertrandii.

CXXIX.

Instructio a Sigismundo I. Rege Poloniæ data Legato Apostolico Episcopo Scarensi ad Ducem Moscoviæ misso. Anno circiter MDXXVI.

Наказъ, данный Сигизмундомъ I. Королемъ Польскимъ Папскому Легату Епископу Скаренскому, посланному къ Вел. Кн. Московскому, около 1526 года. An. 1526.

Instructio Episcopo Scarensi a Rege Pòloniæ Sigismundo I. data.

Reverende in Christo Pater etc. Postquam Sanctissimo Domino nostro mittere in Moschoviam Vestram Paternitatem placuit, et nos ad jucundam pacem cum illo Duce Sanctitas sua exhortatur, tametsi multae sunt causae et rationes nostrae quae diversum suadent, cum experti simus fidem et jusjurandum parvi esse apud illum momenti, nollemus tamen in hac re, uti in omnibus aliis consuevimus, et votis illius Sanctitatis et necessitati rei Christianae deesse. Verum ante omnia vitandum est, ne quam Dux ipse occasionem capiat suspicandi, hoc instinctu nostro fieri, maxime cum ad nos Paternitas vestra uná cum Nuntio illius descenderit, unde et dignitati nostrae nonnihil detraheretur, et Sanctissimus Dominus noster, suspectum se apud illum reddere posset.

Et proinde ingenue illi referendum censemus, id quod res est, fuisse apud nos Paternitatem vestram, ac de libero transitu per Regnum et dominia nostra et de pace inter nos et illum, nomine Sanctissimi Domini nostri egisse. Nos verò tametsi gravissimis injuriis ab ipso duce effecti fuerimus, ád postulata tamen illius Sanctitatis et causa rei Christianae pacem ipsam, quae nobis digna esset et ferenda non detrectare. De conditionibus vero pacis, licet mox post provectionem nostram ad Magnum Ducatum Lituaniae

An. 1526. inverimus perpetuam pacem cum ipso Duce, et literis et juramento firmaverimus, quibus ille violatis bellum nobis intulit, et arcem nostram Smolensko per proditionem occupavit. Unde verisimile est, nullam cum eo pacem firmam et solidam fieri posse. Tamen cum ita res fert, et ex usu videatur Reipublicae Christianae, contenti sumus, ut id agat Paternitas vestra, ut ipsa pax perpetua, quam initio cum illo fecimus, redintegretur, et ad suas conditiones et modos priores reducatur: ut quodcunque post illius violationem utrinque est interceptum restituatur. Et in ea sententia Paternitas vestra perpetuò quò ad pacem perpetuam ineundam persistat. Si verò Dux ille arcem Smolensko exceperit, et restituere illam noluerit, ab eoque instituto nullis rationibus Vestrae Paternitatis deduci poterit, et praesertim quod intercepta esset post pacem perpetuam, quam ipse violavit, non intelligimus, quibus aliis modis pax solida confici posset, maxime in modernis rei Christianae motibus, in quibus difficillimum est, de modis et conditionibus aliis tractare.

Et proinde, quod extremum est, agendum erit de induciis iis, quae inter nos sunt in praesens, longius producendis, etiam ad annos usque decem vel plures, ut interim res quae componi non possent, penderent ad tempus illud. Hoc nobis tolerabilius esset, quam arcem nobis tam indignè occupatam conditionibus aliquibus pacis amittere, ut interim Nuntiis inter nos commeantibus, et commerciis existentibus, melior occasio pacis conficiendae se offerret, et necessitas rei Christianae non impediretur.

Ad eas inducias producendas si ille videbitur accedere velle, poterit Vestra Paternitas pro nobis polliceri, quod eas quoque causa Sanctissimi Domini nostri et rei Christianae simus suscepturi et ad eas firmandas Oratores nostros missuri, nam ille haud dubie non tractaret et firmaret illas, nisi cum Oratoribus nostris, qui ab illo jusjurandum accipere, ut inter nos fieri est consuetum.

Exempl. Albertrandii.

CXXX.

An. 1550. **De salvoconductu Joanni Schlitten concesso et de Nuntiis ad Moscoviæ Ducem missis.**

Объ охранномъ листѣ, данномъ Іоанну Шлиттену и о посольствѣ къ Вел. Кн. Московскому отъ Римскаго Императора и отъ Папы.

Omnibus et singulis, qui hisce literis requiruntur notum, ac manifestum sit; Quod post eaquam Serenissimus Princeps, ac Dominus, Dominus Joannes Magnus Moscoviae Dux etc. ante triennium ferme honestum, ac providum virum Joannem Schlitten ex Germania oriundum pro conquirendis, suscipiendis, sibique adducendis hominibus doctis, et in literis eruditis, et exercitatis, nec non etiam omnis generis ingeniosis artificibus, praesertim Architectonicae peritis in Germania, cum mandato publico et literis patentibus fide dignis miserit, et ablegaverit: quo vero nunc jam dictus Ambasciator praenominatos homines doctos, artifices, et ar-

chitectos, quos ita pro ministerio Serenissimi, ac Clementissimi Principis sui conduxisset, eo melius, ac securius in Moscoviam conducere, adeoque omnem sinistram suspicionem, quod videlicet injuncta sibi negotia honesta, nec Sacro Romano Imperio, ejusque subditis et confoederatis non esse, neque fore adversa, amovere possit. Proinde sese cum mandatis et dictis literis suis recta via ad Caesaream Majestatem Dominum nostrum clementissimum eo tempore in comitiis Augustanis agentem contulit, suaeque Majestati causas suae commissionis, ac legationis ostensis protinus literis sibi ad hoc traditis explicavit submisse rogans quo Caesarea Majestas sibi nomine Serenissimi Principis sui pro se, atque adducendis hominibus salvoconductum graciosissime concedere velit, atque dignetur. Jam vero cum Caesarea Majestas ex praedicti Ambasciatoris relatione, atque item aliis fide dignis testimoniis depraehenderit Serenissimum Moscoviae principem non minori amore Christianam nostram religionem, quam olim a progenitore suo factum esse constat prosequi, nec secus cum sacrosancta Apostolica Ecclesia, quam ut conveniat flagitare. His itaque, et aliis rationibus Caesarea Majestas mota, atque adducta praelibato Joanni Schlitten petitum salvo conductum, et quidem in meliori forma expeditum clementissime concessit, ac cum nonnullis aliis literis memorati Principi offerendis tradidit. Quibus factus dictus Ambasciator cum certo numero doctorum hominum, item artificum, et aliarúm rerum peritorum hominum, quos non exigua molestia, labore, et sumptibus coegerat destinatum iter ingressus Lubecam usque civitatem maritimam pervenit, ea spe, atque fiducia se ratione atque res ectu concessi salviconductus non modo susceptum iter tuto, et absque ullo obstaculo, atque impedimento perfecturum, verum etiam navi commoda, et aliis necessariis quo etiam eo citius in Livoniam, et inde in Moscoviam applicare provideretur apud Lubecenses promotum iri, et in his omnibus jurisgentium, dictique salviconductus frugem cum effectu perceptum putavit. Nihilominus hisque omuibus spretis atque neglectis, Lubecenses persuasione quorumdam praenominati Ambasciatoris malevolorum inducti ipsum sine ulla quantumvis etiam levi ratione sub praetextu cujusdam debiti ante tamen ejusmodi legationem contracti, et de in continenti quoque soluti, vel saltem creditoribus consentientibus in aliud tempus prorogati contra salvum conductum, jus gentium, et alia jura aurae bullae, et promulgatae pacis publicae temerario ausu in carcerem conijecerunt, in quo ipsum ultra suas suorumque fratrum de jure sistendi paratas cautiones totum biennium ferme, ac tamdiu detinuerunt, donec Deus Optimus Maximus inique oppressorum unicum refugium ac solatium, misericordia motus ipsum pro paterna sua bonitate ex tam iniqua incarceratione mirabili plane ratione liberavit, cui etiam merito gratiae ob hoc agendae ita quod inde Rasseborg in locum tutum, et in hoc privilegiatum venerit, quo Lubecenses eum e carcere evasum sequuti, et licet antehac actoris sustentare locum semper recusaverint, attamen tunc demum conceptum animo odium detegentes saepius nominatum Ambasciatorem ratione effracti carceris capitaliter accusarunt, petentes ipsum nonobstantibus salvoconductu loci, ac aliis privilegiis, ac juribus supra enumeratis vicissim in carcerem detrudi, quo vero nunc tale atque imminens gravamen, atque ita comminatam reintrusionem effugeret cautionem judicio sistendi et judicatum subeundi praestare coactus est. Quamvis autem tale promissum veluti metu carceris extortum ipso jure sit nullnm ac invalidum, inde tamen non ita multo post singulari Dei beneficio cujusdam boni amici opera etiam est ereptus. Caeterum cum hac res veluti ostensum est sese revera ita An. 1550.

An 1550. habeant, quod videlicet Serenissimus Moscovitarum Princeps cum Sancta, et Apostolica Ecclesia concordare, et sese ei submittere destinaverit, idcirco et quo illud institutum divina aspirante clementia, quamprimum ad effectum perducatur Illustrissima Celsitudo sua non solum doctis verum etiam omnis generis rerumque expertis hominibus tam ad instituendam Orthodoxam Religionem, quam eamdem adversus incredulos Scythas, Turcas, aliosque christiani nominis hostes defendendam, atque ita retinendam opus habeat. Quam ob rem, et quo in hunc finem istiusmodi homines conquirere, et nancisci posset praefatum Joannem Schlitten, ut supra facta est mentio, ablegavit, qui etiam si a Lubecensibus non fuisset impeditus hoc sane pro voto et animi sententia expedivisset. Ne autem tam sanctum, pium, atque utile propositum cum detrimento, atque incommodo totius Christianae Reipublicae ulterius remoretur, aut suspendatur, sed pro communi bono, atque utilitate ea, qua debet sedulitate provehatur, eaque omnia, quae ad hoc necessaria videbuntur mature impetrentur. Ideo saepedictus Ambasciator Joannes Schlitten cum honesto, ac nobile viro Joanne Stemberg egit, ipsumque virtute sui mandati sibi inter cetera etiam ad hoc specialiter praestiti in Cancellarium Serenissimi Moscoviae Ducis suscepit, et tenore praesentium adhuc suscipit, et pro Cancellario deputat eo modo ac ratione, quod jam dictus Joannes Stemberg sese ad omnes causas atque negotia tamque in, quam extra Moscoviam tractanda, et expedienda erunt, et suae fidei concredita fuerint amplecti, et pro virili expedire debet. Praecipue vero cum veluti admonitum est certum, et a Serenissimo Principe decretum sit, quod cum Sacrosancta, et Apostolica Ecclesia convenire, adeoque Christianam nostram Religionem complecti, et in universis ducatibus, terris, provinciis, atque comitatibus suis erigere, ac instituere velit, et ideo pro commodiore, hujusque negotii celeriori expeditione consultum, imo necesse fore Dux erit ut summus Pontifex, et fortassis etiam Caesarea Majestas conveniatur, proinde etiam Serenissimus Moscovitarum Dux dicti Stembergii opera in tali negotio legationis prae omnibus aliis utetur. Et praeterea etiam quae fortassis ratione, et respectu jam dictae legationis fuerit consequutas, illi quoque a prelibato Principe statim ac quam primum Moscoviam venerit honestum et dignum stipendium, quo optime erit contentus constituetur et assignabitur.

Praeterea vero cum liquide constet multisque amplissimis viris, adeoque ipsi Pontifici, ac nonnullis Cardinalibus, qui adhuc inter vivos agunt cognitum, et animadversum sit, quod Serenissimus ac Potentissimus Princeps ac Dominus Dominus Basilius quondam magnus Moscovitarum Dux, hujus Principis Joannis Pater amantissimus, foelicis, ac laudabilis recordationis, etiam talem unionem cum Sancta Apostolica Ecclesia inire sollicite quesiverit, et pro hujus negotii confectione Romam suos legatos anno 1527, miserit, verum hoc eo tempore ideo quod fortassis privata utilitas publico bono, et commodo praelata sit, justis mediis, aequisque conditionibus obtinere minime potuit. Ne itaque similis repulsa etiam huic Principi et filio metuenda, sed prius, et ante omnia certus et securus efficiatur, quod honestis et aequis conditionibus una cum subditis suis membrum Sacrosanctae Christi Ecclesiae omni spe lucri semota suscipi debeat ad ulteriorem suorum sollicitationem. Ideoque praenominatus Joannes Stembergius praefato Ambasciatore hoc ita exigente, et attento quod praecipue hujus negotii conficiendi gratia in Cancellarium sit receptus, promisit se primo quoque tempore, et quamprimum fieri poterit, suis expensis Romam iturum, et a Sanctitate sua talem assecurationem, sive certi-

ficationem, ut vocant, sub annulo Piscatoris, quoad fieri possit impetraturum, quibus ita consequtis ex templo sese ad Serenissimum Moscovitarum Principem quo tam sanctum, ac pium institutum ad amplificandam omnipotentis Dei laudem, multarumque animarum salutem dempta mora ad effectum perducatur, conferet. Quo vero dictus Stembergius secure, tuto, sineque ullis impedimentis una cum suis Moscoviam venire, et inde etiam redire possit pollicitus est saepius nominatus Ambasciator sese illi salvum conductum pro majori cautela a Serenissimo Principe impetraturum, et Uratislaviam in aedes fratris sui missurum. Jam vero cum praefatus Joannes Stembergius vigore praesentium, ac virtute mandati ad hoc sufficientis nunc in Serenissimi ac potentissimi Moscoviae Principis Cancellarium ita ut praemittitur sit susceptus. Quapropter ipsa jam equitas postulare, et exigere videtur, ut ipse dicti Ambasciatoris negotia sibi, ut praemissum est, efficienda injuncta, non secus quam ipse Schlitten pro virili, et quanta poterit diligentia, etiamsi usus ita exegerit penes Caesaream Majestatem promovere studeat id, quod saepedictus Stembergius se sedulo facturum promisit, et ut semel dicam alter alterum in omnibus, et singulis piis, honestis, et aequis causis atque negotiis, quam officiosissime commendatum habebit, summoque studio et diligentia promovebit. An. 1550.

His conditionibus intervenientibus volunt ab utraque parte hanc convertionem, interveniente stipulatione, initam in omnibus articulis, clausulis, atque effectibus suis bona fide, firmiter, et sine ulla refragatione observare, nec illi ullo modo, aut ratione quovis colore, vel praetextu contravenire, aut hoc ab aliis ullatenus fieri, vel attentari, concedere, aut permittere, dolo, et fraude hinc penitus semotis, et exclusis. Ad quorum omnium fidem, robur et perpetuum testimonium nobiles atque integrae auctoritatis viri Christophorus a Wrisberg, et Herbertus a Langen, utrique Caesarae Majestatis Supremi et generales Capitanei, ut qui huic negotio interfuerunt, talemque conventionem a se erectam, et confectam manibus propriis, subsignatam, suisque una cum propriis praedicti Schlitten et Stembergii sigillis scienter obsignarunt, et communiverunt. Facta et transacta sunt haec in civitate Mindensi, in die Vincula Petri, qui erat prima dies mensis Augusti anno Domini MDL.

(Arm. V. caps. 4. № 12.)

CXXXI.

Memoriale, in quo referuntur conditiones negotii Moscovitici, quarum superius facta est mentio.

Записка, содержащая въ себѣ условія переговоровъ съ Москвою, о коихъ упомянуто въ предъидущей бумагѣ. An. 1550.

Memoriale, in quo referuntur condiciones negotii Moscovitici quarum superius facta est mentio, ac jam antea Summo Pontifici ex mandato Reverendissimorum Cardinalium Augustani ac Maphæi exhibitum, et nunc denuo, Reverendissimis atque Illustrissimis Cardinalibus Sancta Crucis, Paciecco, Puteo atque Pighino oblatum.

Conditiones quibus Summus Pontifex dignabitur regiis insigniis ornare magnum Moscovitarum Ducem, atque illum sub unione Sacrosanctae Apostolicae Ecclesiae recipere. Ipse

An. 1550. summus Pontifex praescribet, praeter quas nihil erit licitum Comiti de Eberstain et Joanni Stembergio nunciis suae Sanctitatis ad praedictum Ducem profecturos agere, nisi si quae erunt res hujusmodi, quae nonnisi in evidentem Sacrosanctae Ecclesiae utilitatem et honorem vergi possint et quidem infrascriptae non videntur esse a negotio alienae.

Primum ut magnus Dux Joannes Rex a Summo Pontifice appellandus, et per universum orbem Christianum publicandus, teneatur mittere ad suam Sanctitatem suos legatos cum mandatis publicis jurandi fidelitatem, et obedientiam eidem Sanctitati Suae, et Sanctae Romanae Ecclesiae, qui Rex coronabitur a Primate Regni Archiepiscopo Moscoviensi nomine Pontificis Romani, jurabitque Rex, et pro tempore coronandus in manus dicti Primatis fidelitatem, et obedientiam Sanctae Romanae Ecclesiae, et mitet primo coronationis anno Romam suos legatos ad jurandum Pontifici obedientiam.

Item quotiescumque contigerit vacare Sedem Romanam, atque alium eidem legitime praefici Pontificem teneatur tunc existens Rex Moscovitarum more aliorum Christiani orbis Principum et Potentatum, mittere primo Pontificatus anno suos legatos ad jurandum obedientiam, et fidelitatem Pontifici electo, et coronato.

Item ut Primas Regni Moscovitici eligatur vel constituatur huc usque obervato more, ita tamen quod ille teneatur confirmari a Summo Pontifice, et ab Eo pallium recipere, eritque is confirmatus Primas Regni et legatus natus Sanctae Romanae Ecclesiae, qui confirmandus vel ipse praesens, vel per suum procuratorem legitimum fidelitatis et obedientiae jurabit juramentum. Caeterum ob longinquitatem provinciae Moscoviticae pallia dabit ditionis illius Archiepiscopis, omnesque alios Episcopos electos vel Catholicae constitutos nomine Sacrosanctae Apostolicae Ecclesiae confirmabit, et ab eisdem in confirmatione hujusmodi, et pallii traditione recipiet juramentum fidelitatis et obedientiae summo Pontifici in perpetuum praestandi, et sibi tamquam legato nato dictae Romanae Ecclesiae.

Item dabunt omnem operam, idque se facturos jurabunt cum Princeps Moscovitarum, tum Primas Regni ut Moscovitana Ecclesia quanto citius et tranquillius fieri possit conveniat et uniatur cum Sacrosancta Apostolica Ecclesia matre omnium totius orbis terrarum Ecclesiarum.

E re autem totius Christianae Reipublicae erit, si summus Pontifex sicuti ab initio ipsi Pontifici Reverendissimo Cardinali Maphaeo et aliis Cardinalibus saepius est significatum, interponat suam auctoritatem, ut firmae perpetuaque pax fiat ac stabiliatur inter Moscovitarum Principem, Regem Poloniae, et milites Livoniae, aliosque Livoniae status, ut ipsi firma pace fruentes facilius, commodius, et expeditius in Tartaros, et Turcas armae vertere possint.

CXXXII.

Instructio Julii III. Pontificis Maximi, qua brevissime ostenditur quod Illustrissimus comes ab Ebarstein et Joannes Stembergius Suæ Sanctitatis nomine cum Magno Moscovitarum Duce agere debeant.

Наказъ Папы Іулія III. Посламъ Графу Герберштейну и Іоанну Стембергу, какимъ образомъ они должны отъ имени Папы вести переговоры съ Вел. Кн. Московскимъ. An. 1550.

De modo quo Comes ab Ebarstein et Joannes Stembergius sese gerere debeant nomine Pontificis cum Duce Moscovitarum, et de conditionibus quibus serenitas sua queat in Ecclesiæ Romanæ communionem recipi, et regiis insignibus ornari.

Primo; summi Pontificis nomine, more solito Serenissimum, ac Potentissimum Dominum Dominum Joannem Magnum Volodomeriae, et Moscoviae Ducem Apostolica benedictione, plurimaque salute impertiri debent, pronamque ipsius voluntatem, ac plane paternum affectum erga Suam Serenitatem illi significare debent, subjungentes quod si Serenitatae Suae in rebus gerendis, et gubernandis, omnia pro voto, atque animi sententia succederent, nihil Suae Sanctitati gratius, vel auditu jucundius esse posse, idque ob hanc maxime caussam quod Sanctitas Sua tam ex Sacrae Cesareae Majestatis, quam Reverendissimi Cardinalis Fanensis, et aliorum literis ad ipsam in hoc negotio scriptis, quam Joannis Stembergii procuratione cognoverit Serenitatem Suam patris Sui Basilii laudandae memoriae vestigiis insistentem Sacrosanctae Apostolicae ac Latinae Ecclesiae subscribere, ac sese, modo sibi aequae conditiones ad hoc proponantur, et quod membrum ejusdem suscipi, regiisque insignibus ornari debeat, certo confirmetur, una cum subditis suis ei conjungere velle, in quo quidem tam sancto proposito ut Deus Optimus Maximus Suam Serenitatem quo hoc ad optatum finem cum suo, omniumque Christianorum summo commodo, utilitate, atque tranquillitate feliciter deducere queat confirmet, Serenitatem Suam sedulo oraturam, ac ovem ultro venientem non modo non neglecturam, sed tamquam desideratissimam obvis manibus amplecturam, adeoque in toto negotio sese ita exhibituram, ut res ipsa testetur Suam Sanctitatem omninos suo functam officio, et in his omnibus nihil aliud quam Dei Omnipotentis gloriam Sacrosanctae Apostolicae Ecclesiae propagationem, ac ipsius Ducis, et subditorum suorum communem nobiscum animarum salutem spectasse, et quaesiisse; dummodo Sua Serenitas etiam sequentibus conditionibus, ut honestis piis, et in communem totius Christianae Reipublicae utilitatem, tranquillitatemque vergentibus annuat, atque subscribat.

Et quidem primo ut Sua Serenitas cum Serenissimo Poloniae Rege, Livoniae statibus, atque aliis Christianis Principibus propter rationes in literis Pontificiis ea de re ad ipsum datis pro parte expressas stabilem atque perpetuam pacem, honestis tamen, justis, atque aequis conditionibus intervenientibus ineat, ita fiet, ut ipsi firma pace fruentes facilius, commodius, et expeditus in nefandos agrorum communium de-

An. 1439. populatores, Tartaros, et perpetuos Christiani nominis hostes Turcas arma vertere, ac se suosque a pestiferis illis, ac quotidianis ferme incursionibus defendere, ac in tuto collocare possint.

(Arm. V. caps. 4. № 12).

CXXXIII.

An. 1550. **Julii P. III. ad Tzarem Joannem Basiliewicz. (De unione cum Ecclesia latina).**

Папы Гулія III. Царю Іоанну Васильевичу, о соединеніи съ Латинскою церковью.

Julius Episcopus servus servorum Dei serenissimo ac potentissimo Domino, Domino Joanni, M. Universorum Rhutenorum Imperatori, Magno Duci ac Principi Volodomeriæ, Moscoviæ, Novogradiæ, Plescoviæ, Smolenciæ, Inferiæ, Ingariæ, Penniæ, Bolgariæ Dominatori et magno Principi inferioris Novogradiæ, Cernigoviæ, Rasaniæ, Volothiæ, Roscoviæ, Jaroslaviæ, Bellosiriæ, Vdoriæ, Obdoriæ et Condimiæ salutem et apostolicam benedictionem.

Haud sane medioeri Nostro, et Reverendissimorum Fratrum Nostrorum Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalium gaudio, et animi loetitia ex literis dilectissimi filii nostri Caroli Quinti Romanorum Imperatoris semper Augusti atque ejusdem nobilis viri Joannis Stembergii Nobis facta relatione intelleximus Serenitatem Tuam, veluti a Serenissimo Basilio quondam Magno Moscovitarum Duce Serenitatis Tuae progenitore, augustae memoriae, tempore, Clementis Papae VII. Praedecessoris nostri, felicis recordationis, quoque factum esse accepimus summopere cupere, se suasque ditiones cum Sacro Sancta Romana et Apostolica Ecclesia conjungere, atque a Nobis membrum ejusdem Ecclesiae declarari, Rex dici, ac per universum orbem publicari, regiaque sibi insignia mitti. Cum itaque nostrum, qui licet indigne Salvatoris nostri Jesu Christi vices hic in terra gerimus, sit officium non solum ovem pastoris sui legitimi vocem audientem conservare ac errantem reducere, verum etiam alienam ab ovili omni studio ac labore in Omnipotentis Dei laudem, Orthodoxae fidei, ac sacrosanctae religionis nostrae augmentum conquirere. Equidem Serenitatem tuam cum populo sibi subjecto libentissime atque obviis manibus suscipiemus, praesertim ubi illam praedictam serio, et ex toto animo desiderare cognoscemus, cujus quidem rei efficacissimum argumentum erit, si cum Serenissimo Poloniae Rege, Livoniae statibus atque aliis Christianis Potentatibus filiis nostris dilectissimis firmam, perpetuamque pacem, id quod fiat non solum votis omnibus exoptamus, sed et Serenitatem Tuam in Domino summopere et rogamus, et obtestamur, iniverit, vel saltem quod per se

minus illa aequis et honestis conditionibus inita sit non steterit omnibus testatum fecerit, ut ita ex Serenitatis Tuae ad nostrum gregem accessione pax quoque religionis, virtutumque omnium atque scentiarum vel unica alumna accessisse cum nostra et bonorum omnium unanimi, summaque loetitia dici possit. Ita enim fiet ut rebus internis in tranquillo collocatis, domesticoque timore sublato, expeditius alacriusque in Tartaros atque Turcas communes Christiani nominis hostes Serenitatem Tuam cum aliis Christiani orbis Principibus arma vertere, atque inde Dei omnipotentis auxilio gloriosam victoriam ac nunquam intermorituram laudem reportare possit. Conditiones autem quae Nobis visae sunt aequiores, et ditionibus Serenitatis Tuae accommodatiores Illustrissimo Comiti ab Eberstain, et praenominato Joanni Stembergio, qui Serenitati Tuae praesentes literas nostras redituri sunt dedimus. Quae si Serenitati Tuae, An. 1550.
atque item quae supra de firmanda, ac in perpetuum stabilienda pace scripsimus placebunt, et ubi Serenitas tua ad Nos suos legatos cum sufficientibus mandatis totius negotii conficiendi gratia mittet, dabimus omnino operam, ut illi intelligant nostrum erga Serenitatem Tuam affectum atque amorem minime vulgarem, sed plane paternum esse. Deus Optimus Maximus Serenitatis Tuae propositum, intentionem, et consilia ad amplificandam divini nominis sui gloriam, sacrosanctae catholicae Ecclesiae incrementum suae ac subditorum suorum, animarumque salutem cum prospera rerum administratione gubernet, et alias ab omni adversitate quam diutissime incolumen conservet. Datum Romae apud Sanctum Petrum sub annuo Piscatoris die prima Augusti anni MDL. Pontificatus Nostri anno Primo.

Arm. V. caps. 4. № 12.

CXXXIV.

Ferdinandi Romanorum Regi ad Legationem Regis Poloniæ de non procurando titulo Regio Magno Duci Moschoviæ responsio.

Фердинанда Короля Римскаго отвѣтъ посольству Польскаго Короля о томъ, чтобъ недавать Королевскаго титула Вел. Князю Московскому. An. 1553.

Ad legationem Regis Sigismundi Augusti nomine Ferdinandi Regis Romanorum responsio.

Sacra Romanorum Hungariae Bohemiaeque et Regia Majestas Dominus noster Clementissimus, benigno ad modum animo intellexit scriptum, quod Illustrissimus Princeps Dominus Nicolaus Radzivill, Dominus in Olyka et Nieswiez, Palatinus Vilnensis, Cancellarius et Supremus Mareschalcus M. D. Litvaniae, Brzstensis, Borisoviensis, Szawlensisque Capitaneus, Serenissimi ac Excellentissimi Principis Domini Sigismundi Augusti Regis Poloniae, Magni Ducis Litvaniae, ac Russiae, Prussiae, etc. praelibatae Sacrae Romanorum etc. Regiae Majestatis filii et consanguinei charissimi Orator dignissimus, Regiae Suae Majestati exhibuit, nomine praefati Sere-

An. 1553. nissimi Domini Regis Poloniae, Regiae ejus Majestati ostendendo, quod Serenitas ejus Regia haud ita pridem certior reddita sit, Sacratissimam Romanorum Imperatoriam Majestatem, praefatae Romanorum Regiae Majestatis fratrem Dominum charissimum diligenter ad Sanctissimum Dominum nostrum Summum Pontificem in favorem Principis Moschorum scripsisse, ut scilicet Sanctitas ejus Principum Moschorum in gremium S. Matris Ecclesiae Romanae assumere dignaretur, qui deinceps diademate et titulis regiis a Majestate sua Caesarea exornari posset; idque Serenitatem Regiam Poloniae nonnihil admirari, propterea, quod ista Majestatis ejus Caesareae commendatio, favor et cura, quam de praedicti Moschorum Principis dignitate exaugenda suscepit, absque Serenitatis ejus praescitu, a Majestate Caesarea suscepta sit, nulla ratione habita multarum ac variarum maximarumque necessitudinum, et arctissimorum amoris atque conjunctionis vinculorum, quae Regiae Suae Serenitati cum inclyta domo Austriaca a multis temporibus hucusque, quasi per manus, ab utriusque Majestatis et Serenitatis eorum majoribus tradita intercedat; praeterea nec attentis sanctissimi mutui foederis pactionibus, quae vinculis amoris et necessitudinis accesserunt, quae omnia Serenitas ejus Regia sua ex parte summa semper religione hactenus tueri ac conservari curaverit. Superinde a praelibata Romanorum etc. Regia Majestate summo studio petendo atque rogando, si jam dictae Regiae Majestati verè constet praefatam Caesaream Majestatem hanc commendationem et favorem supra memorati Moschorum Principis prudentèm atque scientem, nulla, ut dictum est, Serenitatis Regis Poloniae ratione habita suscepisse, quod Regia ejus Majestas perpendere velit. an hac ratione a Majestate Caesarea tot et tantis amicitiae et necessitudinum vinculis, quibus Serenitas ejus cum Serenissima Austriaca familia cólligata sit, satisfiat. Sin autem Caesarea ejus Majestas hoc pro saepedicto Moschorum Principe egisset, non alia intentione, quam ut Sancta Ecclesia Romana Moschicae nationis ad ejus obedientiam ac gremium accessione augeatur, quod tunc Regia ejus Majestas Caesaream Majestatem necessitudinis, quae Majestati Suae Caesareae cum Serenitate Regia Polona non levis neque una intercedat, fraterne admoneat, atque se apud Caesaream Suam Majestatem ita interponat, ne Moschus diademate titulisque regiis propter objectam Religionis speciem exornetur. Nam si Regiae ejus Majestati operae praetium fore videatur, tunc se ejus specialem hac ipsa de causa oratorem ad Sacratissimam ejus Imperatoriam Majestatem ablegare paratam esse, et sperare, quod Regia ejus Majestas pro paterno suo in Serenitatem ejus animo id curatura sit. Et Majestas Caesarea non solum Moschi Principis ambitionem authoritate et commendatione sua non adjuvet, sed summo Pontifici quoque idipsum recommendet, atque se contrarium potius optare ostendat. Ad haec, praelibata Sacra Romanorum Regia Majestas Illmo Domino oratori benigné respondet, se recenti memoria tenere omnia, illa sincerae amicitiae, benevolentiae ac necessitudinum vincula, quae a multis usque temporibus inter istam domum suam Austriacam ac Serenissimos Poloniae Reges hactenus semper intercesserunt, et recordari etiam pactionum foederis nuper utrinque confirmati et renovati, adeoque se Serenitatem ejus omni tempore, ut charissimum filium et cónsanguineum suum paterno plane amore et benevolentia complexam fuisse, eundemque animum, et eandem voluntatem se in posterum quoque erga ejus Serenitatem declaraturam. Atque se in eo loco Serenitatem ejus habituram esse, quo piissimus parens amantissimum filium, meritò habere solet et debet. Affirmat etiam Regia ejus Majestas se summo desiderio teneri, et optare, ut Serenita-

tis ejus, tanquam charissimi filii et consanguinei sui, et Regni sui inclyti et reliquarum provinciarum et dominiorum suorum dignitatem, honorem commodum et incrementum plurimùm juvare, fovere et exaugere queat, nullamque hujus amicissimae candidae et paternae voluntatis suae reipsa declarandae seu patefaciendae occasionem neglecturam esse offert, prout Regia Sua Majestas idem quoque a Serenitate ejus filialis observantiae studium, eundem amorem, eandem voluntatem, eademque amantissimi et sinceri animi officia hactenus sensit, et in futurum etiam se illa accepturum esse non dubitat. Quantum vero ad summam legationis et petitionis supra dicti Illmi Domini Oratoris attinet, nempe quod princeps Moschorum diadema et titulos Regios ambiat, et ut hoc suum desiderium a praelibata Caesarea Majestate tantò facilius obtineat, se ad gremium ac obedientiam Sacrae Romanae Ecclesiae accessurum offerat. Et quod propterea a Caesarea Majestate beatitudini Apostolicae diligentissimè commendatus esse dicatur. De his Regia ejus Majestas antehac ne unum quidem verbúm unquam audivit vel intellexit. Sed judicat et censet Regia ejus Majestas non abs re fore, ut de his ad ipsammet Caesaream Majestatem causa Serenitatis ejus scribat, atque a Caesarea ejus Majestate de istis negotiis copiose informetur. Et casu quo compererit tale quidpiam agitari, aut jam etiam agitatum et tractatum fuisse; Regia ejus Majestas praelibatam Caesaream Majestatem fraterne admonebit, atque omnibus modis et rationibus a proposito revocare studebit. Imò si quid jam in tali negotio actum fuisset, Regia ejus Majestas non praetermittet authoritatem suam tanto studio penes Caesaream ejus Majestatem interponere, et eandem fraternè et inixè hortari, et permovere, ut attentis causis et rationibus per Illmum Dominum oratorem Serenitatis ejus nomine deductis, in praememoratam ejusdem petitionem benigniter et fraternè annuere, et ita An. 1553. etiam se Sanctissimo Domino nostro declarare, ac eandem petitionem Serenitatis ejus apud Suam quoque Sanctitatem sedulò, benigniter ac fraterne fovere et promovere dignetur. Et quidquid praelibata Imperatoria Majestas Regiae ejus Majestati de super respondebit, hoc Regia ejus Majestas, Serenissimo Domino Regi Poloniae statim quidem prompta parataque foret paterne et amicabiliter indicare; sed quia Sacra Regia ejus Majestas intellexit, praenominatum Illmum Dominum Oratorem a Serenissimo Rege et Domino suo in mandatis habere, si Regiae ejus Majestati videatur, ut specialis orator hac de causa ad Imperatoriam Majestatem a Serenitate ejus mittatur, ut ipsemet quoque idem legationis munus suscipiat. Ideo existimat Regia ejus Majestas satius et consultius fore, eundem Illmum Dominum Oratorem in aula Regia Suae Majestatis interim subsistere, donec Regia Sua Majestas a praefata Caesarea Majestate responsum ad literas suas super hoc negotio acceperit, ut mox eo allatò, a Regia Sua Majestate cognoscere possit, an sibi hoc iter ad aulam Imperatoriae Majestatis subeundum sit, vel non, attento, quod ex aula Regiae Suae Majestatis longé facilius atque commodius iter ad aulam Imperatoriam habiturus sit, atque si prius in Poloniam rediret, atque inde postea, informatione demum a Regia ejus Majestate allata tamen profectionem ad Caesaream ejus Majestatem institueret. Caeterum, quò citius Regia ejus Majestas ab Imperatoria majestate responsum accipere possit, jam parata est Majestas Sua Regia, per proprium tabellarium de negotio hoc Imperatoriae Majestati scribere, idemque ejus oratoribus et agentibus etiam, quos ad praesens in curia Imperatoria habet, diligenter investigandum et tractandum demandare, ac quidquid intellexerit de eo in gratiam Serenitatis ejus, Illmum Dominum Oratorem, pro paterno et

An. 1553. maximo in eandem Serenitatem ejus amore suo, confestim abundè edocebit, simulque ipsi mentem et opinionem suam expresse significabit, num ei hac de causa ad saepe dictam Caesaream majestatem pergendum esse censeat, nec ne. Nam Regia ejus Majestas, ut antedictum est, tum in his tum in aliis omnibus quoquo tempore et loco cupidissima est Serenitatem ejus, tanquam charissimum filium et consanguineum suum, omnibus amicissimi et paterni animi studiis prosequi. Id quod Regia ejus Majestas praefato Illmo Domino oratori benigné respondere volùit.

(Exempl. Albertrandii).

CXXXV.

An. 1557. Narratio historica de Moschovitico Imperio a Foscarino oratore Veneto facta.

Историческое сказаніе о Московскомъ царствѣ, сочиненное Венеціанскимъ посломъ Фоскариномъ.

Discorso della Moscovia di Marco Foscarino, almeno attribute a lui.

Dovendo «scrivere (1) le cose del gran Regno di Moscovia, prima dirò il sito suo, «dopoi (2) le molte Provincie, che rege, et governa questo grand'Imperatore, «et(3) Duca Non cosi a pieno intese da Plinio, Strabone et Ptholomeo. Dipoi diro' li costumi, le ricchezze, la religione, il modo dell' arte militare antico et moderno, et cio' faro imitando Tacito, che scrisse l'historie «germane (4), che di questo fece una operetta, «contero (5) le meraviglie (6) et cose mostruose, che vi sono, in fine faro' un «breve (7) discorso sopra il modo di retornar le spetiarie al maneggio d'Italiani, al dispetto de Spagnoli, e Porthogesi, la qual cosa, come é grandissima, cosi con tutti gli spiriti miei mi affatighero in disponerla, accioche venendo di li, la possa facilitarla dar nelle mani alli nostri Signori, ma prima che divenga a dimostrar le cose proposte non pare a me fuori di proposito con breve discorso dimostrar qual sie: no l'opinioni degli vomini circa questo mondo, accioche dichiarito questo possi concludere esser' possibile quanto io dico. Opinione é, e parere fu di grandissimi filosofi che «vi (8) fussero molti mondi, Demetrio, Epicuro, «Alixamandro (9) Eleucipo (10), et altri tennero che tutte le cose si generassero et creassero de Thomo et Athomis (11) che sono certi pezzetti di niente, come quelle che dal (12) raggio del Sole «vedemo (13) dissero, che ci (14) erano molti mondi, et cosi come di «sole vinti(15) et tante lettere si compongono libri infiniti, «parimente (16) di quei pochi, et piccioli atho-

Variæ lectiones in Exempl. Albertrandii ex Cod. Biblioth. Vallicellianæ.

(1) Descriver. — (2) dopo. — (3) ò. — (4) de' Germani. — (5) Contaro. — (6) *Decst.* — (7) *Decst.* (8) *Decst.* — (9) Anassandro. — (10) Leucippo. — (11) d'atomi. — (12) al. — (13) vedemo muoversi. — (14) vi. — (15) di solo venti. — (16) che parimente.

mi, et «menuterie (1) molti, et diversi mondi si fanno, questi «affermavano (2), credendo che tutto fosse infinito, et cosi a Metrodoro pareva cosa lontana, et sproporzionata in questo infinito «nominar (3) più di uno solo mondo. «Orfeo (4) ebbe opinione che ogni stella fusse un mondo, sicome scrisse Galeno de historia philosophica, et il medesimo «Heraclices (5), et altri Pithagorici «che (6), dissero, secondo che riferisce Theodoreto, de materia «et mundo (7). Seleuco Philosopho non contento secondo mette Plutarco, di dir che erano infiniti mondi, disse ancora, che il mondo era infinito, et lo stesso credette Plinio che vi fussero infiniti mondi, et «perciò ci disse (8) di voler misurare il mondo a piedi; Da questa opinione di filosofi (9) usci (10) il proverbio, che quando «uno (11) si trova nuovo (12) in alcuna cosa dice che li pare d'essere in un altro mondo. Santo Agostino dice, «se involtorno (13) col pensiero (14) suo (15) vanissimo fra infiniti mondi, «gli heretici; et Calvinisti, «detti gli eretici ophios (16), affermavano, esser diecinove mila mondi, «parlo Baruc (17) di sette mondi. Origenes et Clemente discepolo degli Apostoli nelle loro epistole «disse (18) gli altri mondi governarse «chi (19) per providenza di Dio, questo mondo, che costoro si vanamente intesero un solo mondo composto da diverse parti, insuli et mari, et e tondo et non piano, et ha 'la volta rotonda, per il che il sole con incredibile prestezza gli da in ogni banda «talche (20) di necessita' essendo tondo l'hanno da esser tonde tutte le sue parti specialmente gli elementi che sono terra, acqua, aria, et fuoco, il mare che è più alto della terra guarda nel mezzo la sua tondezza, et è sopra la terra senza An. 1557.
spargersi et senza còprirla per non trasgredire il commandamento e termine, che li fù dato, anzi attornia (21) di tal maniera et «abbrevia, e «fessura (22) la terra per molte bande, senza con essa mescolarsi, che pare miracolo. Ancora furono altri cioé Talete, Pittagora, Aristotole, et dietro lui tutte le scuole greche, et latine affermano la terra tutta in niuna maniera potersi abitar, l'una banda per esser grandimente calida, et l'altra per essere «molto (23) fredda; altri che divisero il paese in due parti chiamandole «emisperi (24), dicono, «non vi esser vomini (25), ne l'un ne gli poter haver, et che nell' altra di pura necessità hanno da vivere, che é dove noi siamo, et ancora d'esse «levano (26) tre parte de cinque, dimodo che secondo loro solamente sono habitate due parti di cinque, «che ha la terra (27) et accioche meglio intendiate le linee chiamate zone nel cielo, per le quali si regge l'orbe della terra, due sono fredde, et due temperate et l'altra calida; per essempio mettete la mano sinistra fra il viso, et il solo quando esce, «per la palma (28), per ché cosi l'imparò Probo Grammatico, et tenete le dita aperte, distese et guardando il sole fra esse, fate conto «che ognuno (29) di essi sia una «terra (30) al dito grosso è «una zona (31) fredda verso tramontana, che per la troppa frigidità si diceva inabitabile (32), dove il tropico di «Canoso (33) il dito di mezzo è la Torrida Zona, che per «arrustir, et abbruciar (34) gli vomini si credeva inhabitabile, il dito del cuore è l'altra zona temperata, dove è il Tropico di Capricorno, et il dito manco è l'altra zona fredda giudicata inabitabile, questo dimostra (35),

(1) minuzerie - (2) affermano. — (3) non nominare. — (4) solo Orfeo. — (5) Eraclito. — (6) *deest.* — (7) *deest.* — (8) procedette. — (9) *deest.* - (10) riusci. - (11) alcuno. — (12) nuovamente. — (13) si involsero. — (14) pensier. — (15) loro. — (16) gli heretici detti olfios. - (17) altri parlo. — (18) dissero. - (19) *deest.* — (20) A talche. — (21) attorna. — (22) abbraccia. — (23) *deest.* — (24) emisferi. — (25) non essere gli huomini. — (26) levono. — (27) *deest.* — (28) con la palma aperta. -- (29) ch'ogni. — (30) zona. — (31) la zona. — (32) L'indice è la zona temperata, dove è il. — (33) Cancro. — (34) arrostire et abbruggiare. — (35) mostra. —

An. 1557. l'abitabile, «et inabitabile ([1]) secondo l'opinione degli antichi, et principalmente ([2]), di Plinio, che dice diminuendo l'abbitabile, che ([3]) di queste 5 parti si ([4]) chiamano zoni, non vi esser vomini se non nel ([5]) Zodiaco, il medesimo confermano Scoto, Pico della Mirandola, et gli altri moderni Theologi, ora si trova il contrario per esperienza, come gie dice Isaia Profeta al cap. 45. non creo il Signore la terra in vano et vota, ma perchè si habiti e populi, Zacheria dice al principio della sua profez'a, che camminava ([6]) la terra, e tutta era popolata e piena di gente. Pero tornando io al primiero mio ragionamento, descriverò la gran Provincia di Moscovia, et le altre cose belle, forse non più intese onde non ne incresca udirla poichè a me non è stata fatiga il scriverle, e la presente tenendo cara, «vi gioverà quando N. S. altro ([7]), di me facesse. Hor seguitando dico.

Questo ([8]) nome di Moscovia et ([9]) Moscoviti è nato nuovamente, benchè Lucano faccia mentione di Moschi vicini alli Sarmati, et Plinio ponga li Moschi sopra lo cospio ([10]) oppresso le fontane di Frasside ([11]) verso levante, et ([12]) hora è molto diverso, perchè la Moscovia è un grandissimo paese, et quasi infinito, perocche ([13]) passa tra levante e bora ([14]) infino ([15]) al mare, di Sithia ([16]), et sono posti fra la Polonia, et la Tartaria, si destende dalle are di Allessandro Magno circa le fonti del Tanai, sino all estremo della terra, confinano con li monti Riphei, et habitano gli ultimi termini dell' Europa, et dell' Asia quasi verso Tramontana, et si dilata «sopra i fonti di la Tana ([17]) fino all' Iperboi ([18]) dove è il mar glaciale. Grandi sono le solitudine e boschi di questi paesi ([19]) nondimeno in gran parte è pianura ([20]), e di pascoli abbondanti et in molti luoghi è abondantissimo di frumento, et orzo, et per tutto è erboso, et ha gran dovitia ([21]) di cera, mele e bestiami; Ma quando si passa ad entro il terreno non produce ne viti, ne frutto, ne biade in quantita, e qualità, perciocchi «tutta quella terra sopradetta ([22]) del vento del greco è molto ([23]) inculta, per gli continui freddi ([24]), et manca grandimente di agricoltori. L'estate si fà in molti luoghi impaludosa ([25]), imperocchè tutto quel paese vien bagnato da grandi e spesse fiumare, le quali, «per quell' ([26]) estate dal caldo del Sole vengon disfatte le nevi, et per ogni luogho «l'agghiaccia disciolta ([27]) si gonfiano; i campi per tutte ([28]) le parti vanno in paludi, et qualunque ([29]) strada si fà lorda di fango, et d'acque, et cosi stanno sino al nuovo inverno, quando di nuovo i fiumi stagnano, et agghiacciano di tal sorte, che vi si può andare sopra «i ghiacci ([30]) con li carri senza piatanarsi ([31]) dentro. La selva hercinia, già orribile ([32]) a risguardare ([33]), occupa gran parte della Moschovia, hora e diventata manco spaventosa et non mostra «percio ([34]) densita di spessissimi boschi, e pascholi impenetrabili, ma hora ([35]) et fatta più rara per li spessi edifici «posti da tutti i lati ([36]), «entro cui ([37]) sono animali ferocissimi. Questa selva per l'infinita sua grandezza inganna tutti coloro, che curiosamente si sono messi ([38]) a cercare il suo fine. Gli confini di questo gran Regno di Moscovia sono questi.

([1]) e l'inhabitabile. — ([2]) spetialmente. — ([3]) *deest.* — ([4]) che. — ([5]) sotto il. — ([6]) caminorono. — ([7]) vi giovara quando altro Nostro Signore. — ([8]) che questo. — ([9]) ò. — ([10]) l'Euxino. — ([11]) Faside. — ([12]) che. — ([13]) perche. — ([14]) Borea. — ([15]) fino. — ([16]) Scitia. — ([17]) Sopra il fiume Tanai. — ([18]) a gli Hiperborei. — ([19]) di questo paese. — ([20]) piena. — ([21]) divitia. — ([22]) tutto quel terreno scoperto. — ([23]) *deest.* — ([24]) *deest.* — ([25]) paludoso. — ([26]) poi che — ([27]) il ghiaccio disciolto. — ([28]) da tutte. — ([29]) ciascuna. — ([30]) *deest.* — ([31]) piantarvisi. — ([32]) terribile. — ([33]) guardare. — ([34]) più quella. — ([35]) *deest.* — ([36]) postivi da ogni lato. — ([37]) Dentro vi. — ([38]) mossi. —

Da levante i Sciti, che hoggi si dimandano (1) Tartari, la natura de quali «è come (2) più a basso intenderete.

Da Ponente «si aggiunge a quelli (3) i luoghi mediterranei di Prussia et di Livonia, dove sboccando il mar di Salmatia (4) per lo stretto della Cimbrica Chersonesa con un seno (5) a guisa di luna torcesi all-aquilone, nell-esterno litto, nel qual mare (6) vi sono Horbagia (7), Novergia (8), Suetia reami grandissimi et abondantissimi non molto cognosciuti dagli antichi autori (9).

Da Ostro confina con Tartari di sopra la Meotide palude nell' Asia, et circa il Boristene, e Tanai con la Russia (10), et con la Lituania. Le Russie (11) sono due, l'une guarda (12) verso la selva Hercinia, «et l'una et l'altra (13) riva del fiume Asiace (14) vicina alla Polonia, et alla Transilvania. Quaesto paese fù gia abitato da Roscolani (15), Getti, Daci, e Bastarni, onde crederei essere disceso il nome della Russia, imperochè chiamano una parte di Lithuania Russia bassa et l'altra la bianca ulteriore suggetta a Moscoviti.

Da Tramontana sono gli ultimi huomini del mondo, et prima sono i Sciabratri (16), gran numero di gente, dapoi li Stogni molto reputati, li Stogai (17), et non troppo (18) fuori del meridie per (19) il mar Hircano sono i Ragatai (20), nobilissimi di tutti li Tartari; ancora vi sono Tartari, che habitano fra terra di non molta reputatione il che, come e gia detto, abbasso, vene darò notitia.

Ma avendo (21), gia detto questo nome di Moscovia, «e Moscoviti (22) esser nato nuovamente, dovendo io dire della loro conditione, citta reale, non pare a me fuori di proposito dir chi erano, et come prima si chiamassero, et perchè sono detti Moscoviti. Questi populi heb- An. 1557.
bero origine da Livoni, e Tartari, che habitavano la Volga, quali sotto (23) nome di Goti, «che prima (24), habitavano l'isola di Islanda (25), overo Scandarica (26), gia mille e piu anni, fecero cose mirabili, guastando con ogni sorte di mine (27) la città et l'impero Romano, guidati da Totila loro Re famoso si appresso i Moscoviti, come in Italia. Appresso di noi chiamavansi «Modochi (28), et cosi sono «nominati (29) da Ptolomeo, ma avendo il fiume che hora (30) passa per la città reale (31) di Moscovia, preso il nome di Mosco, la Città fù detta Moscovia et poi da questo furono detti Moscoviti.

Questa città di Moscovia è di gran lungha nobilissima di «altre (32) città di questo Regno, parte per il sito che opinione è che sia nel mezzo della Provincia, parte per la commodità de fiumi, «numero grandissimo (33) di case, et bellezza di una fortissima rocca. Sono poste le case lungo alle rive del fiume per miglia cinquè e più; gli edifici comunemente sono di legname fatti benissimo, e con proporzionata fabbrica. Hanno abbondanza grandissima di legnami, quale si tagliano dalla selva Hercinia, et si lavorano con mesura, et si fabricano con fermezza, et prestezza mirabile. Le case quasi tutte hanno li suoi giardini, che fa bella prospettiva alla Città. Ogni contrada (34), hà una chiesa di nobil struttura, e grandezza; non era già cosi, mà già anni sessanta da certo architetto Bolognese, come dicono, furono in bella, et maravigliosa forma ridotte. Nel principio della Città vi è un fiumicello chiamato (35), Neglino, dove vi sono molti molini, quale entra nel fiume Mosco, et fà un

(1) domandano. — (2) et di tutti gli altri. — (3) s'aggiongono à questo. — (4) Sarmatia. — (5) circolo. — (6) nel estremo lido di quel mare. — (7) Nerbaro. — (8) Norvegia. — (9) scrittori. — (10) Roscia. — (11) Roscie — (12) grande. — (13) et l'altra vicino alla. — (14) Asiaco. — (15) Rossolani. — (16) Sciabani. — (17) gli Hogni. — (18) molto. — (19) verso. — (20) Zigatei. — (21) havendo. — (22) *deest*. — (23) quali sono — (24) quali. — (25) Irlandia. — (26) Scandana. — (27) d'empietà. — (28) prima Mendochi. — (29) chiamata ancora — (30) *deest*. — (31) regale hora. — (32) di tutte l'altro. — (33) Nondimeno è grandissima. — (34) citta. — (35) nomine. —

An. 1557. isola, dove e fabricata una rocca di muro per ingegno di un architetto italiano, «et con torri (1) di meravigliosa bellezza. Tre parti «quasi (2) della Città sono bagnate da due fiume, et l'altra è cinta da una larghissima fossa, la quale è d'aqua piena, che da quei fiumi deriva. Ancora detta città è forte per un altro fiume nominata Jasuasa (3), che scorrendo per fianco disotto la Città, torcesi in Mosco, qual fiume scorrendo «a mezzo, dispandesi (4) in Volga, seu Occha, et anticamente fù chiamato Rha, et discende dai monti Hiperbei (5), di dove nasce questo, che è grandissimo fiume. «Et vi è Goleno (6), castello «da cui (7) drizzando el corso suo verso Ponente, bagna le campagne vicino alla Tana (8), quindi si torce «e piega (9) addietro (10) in Levante, facendo un gran letto, si scarica in Volga, ove e un castello chiamato, la nave Giodia (11) minore, e poi precipitosamente (12) va nel mare di Bauri (13). Nasce Volga da grandi e smisurate Paludi, che si dicono i Laghi bianchi; sono «quelli sovra (14) Mosca tra l'Aquilone et il Coro, «e poco meno che non versano il fiume, che in diverse parti si sponde, siccome vediamo dall Alpi, da quai monti e fontane si fà il Rheno, il Po, et il Rodano, et altri senza numero minori fiumi (15). Da questi luoghi (16), ovvero paludi, del continuo vengono acque in copia, dalle quali nasce Dividua, Occo (17), Mosco, Volga, Tanai, et Boristine. Volga da Tartari e detto Edilo (18), et il Tanai Haper (19); questo và nelle paludi Meotide, «dove è terra di traffico (20). Mosco con gran circuito, e torcimento passa (21) in Levante, poi in Ponente, et in fine in Ostro con grandissime acque va precipitosamente nel mar Hircano, sopra le bocche del quale vi è Equachan (22), città gia de Tartari dove (23) Medi, Armeni, et Persi fanno trafichi. Ancora sopra le riviere della Volga è un castello detto Horda (24), et anco era de Tartari, et e castello di grandissima importanza. Due altre città hebbero gli antichi Duchi, che sono state reali; una detta (25) Novogrodia, quale (26) non molti anni fà, ottene la dignita reale; gli molti (27), et incredibili edifici (28) «il bel lago (29), da pescare, il bello «antico (30), et devoto tempio fatto ad imitazione di S. Sofia di Costantinopoli «lo dimostra (31), l'altra i Valdimonia (32) qual simillimente mostra (33), esser stata reale. Hora Mosca per tutte le qualita dette è la principale, et è in mezzo l'Imperio distante da Vinetia miglia N° 1400. Moscovia come è detto non produce ne vite, ne olive, ne albori da frutti; hanno meloni, cerase (34), marasche, formento, segala miglio, e panico, e ogni sorte di legumi (35). Non hanno vena alcuna di metallo, d'oro (36), d'argento, pietre preziose, ben hanno rame, ferro e piombo; Ma la natura ristorandogli, gli ha dato pelami preziosi, li quali sono comprati da vomini morbidi, e vani per boria e pompa, egli sono pagati a prezzi eccessivi, cosa insolita (37) avanti che sapessero la nostra vanita, perciocchi li davano a vilissimi prezzi; Hanno animali in copia grande, hanno boschi, et ombrosi (38) pascoli in grandissima quantità, hanno cera, et mele copiosamente, perciocche (39) non solo sono abbondanti «d'ane per le buse tenute (40), ma gli alberi nelli boschi sono pieni, et spessissime volte se ne trovano mali (41) grandissimi negli alberi.

(1) *deest.* — (2) *deest.* — (3) Josuata. — (4) a mezzodi, spandesi. — (5) Iperborei. — (6) et ivi è Gelona. — (7) da ivi. — (8) terra. — (9) *deest.* — (10) et dietro. — (11) Novegradio. — (12) principalmente. — (13) Baccù. — (14) quelle sopra. — (15) *deest.* — (16) laghi. — (17) Dwina, Beco. — (18) Odilo. — (19) Aper. — (20) *deest.* — (21) prima. — (22) Equaesam. — (23) ove. — (24) Flarga. — (25) *deest.* — (26) della quale. — (27) per i molti. — (28) edifici che vi sono. — (29) et per il bel luogo. — (30) *deest.* — (31) *deest.* — (32) Voldimaria. — (33) dimostra. — (34) ciregie. — (35) legnami. — (36) come saria d'oro. — (37) incognita. — (38) herbosi. — (39) perche. — (40) d'api pergli vasi tenuti. — (41) mieli. —

Hanno nelli boschi spaventose fiere, et in quella parte, che e verso la Prussia, trovansi orsi, grandi, e ferocicissimi (1) simiglianti» a tori, quali chiamano besonti, «ve ne sono simiglianti (2), a cervi, ma col grifo, et le «gambe (3) alte senza giuntura quali chiamano Lozzi. Vi sono lupi di pelo nero, e spaventosi, e smisurati, vi sono orsi (4) grandissimi, et altri infiniti animali, che per brevità «ometto (5). Questi Moscoviti sono di mediocre statura, ma «quadra (6) e molto robusta, hanno gli occhi alquanto azzurrigni (7), et le barbe longhe, le gambe corte, et li corpi destesi, cavalcano molto destesi (8). Le donne et moglie loro non sono tenute in quello honore, che sono appresso l'altre genti, anzi le tengono poco meno che in luogo di serve. Gli huomini «Moscoviti (9) sono molto gelosi, non le lasciano andare a conviti (10), ne a chiese lontane ne di leggiero uscir di casa. «Il resto (11) per poco prezzo si corrompono, queste oltre (12) modo appetiscono forastieri, et facilmente a giacere con loro «si conducono (13) purché «le sieno (14) ricercate.

«Questi Moscoviti parlano in lingua Schiavona, et scrivono nella stessa, siccome i Dalmatini, Bohemi, Polacchi e Lithuani. Dicesi questa lingua esser molta diffusa, et hora e familiarissima in Costantinopoli in corte del gran Signore, et gia in Egitto appresso il Soldano di Babilonia soleva essere udita da Mamalucchi. Questi vivono in casa loro piuttosto copiosamente, che splendidamente, perciocché di ogni sorti di vivanda, che si puo dimandare con poco prezzo si forniscono. Vendesi il paro delle galline, et anatre per certa piccola moneta di argento, che può esser soldi quattro di nostra; Vi e poi carne d'ogni sorte in abbondanza, dura la carne morta un mese intiero, e questi hanno cacciagioni notabili. Con cani, et reti di ogni sorte. pigliano le salvaticine con falconi, che n'hanno di buonissima sorte, et con astori non solamente ucellano fasiani, et anatre, ma ancora cigni, et grue. Hanno astori, et una sorte di picciole aquile; pigliasi una certa oscella, che trae al nero, le ciglie rosse, di grandezza di un oca, assai megliore de fagiani, chiamata qui therao (15). An 1557.

An. 1557. bunt secundum leges, et consuetudines Archiepiscopatus, et Livoniae provinciae, relicta unicuique libera ad nos provocandi facultate. In gerendo communibus viribus adversus Moschos bello illum morem, et consuetudinem tenebimus, ut praefecti exercituum nostrorum castra sua, quoties fuerit opus, cum castris, atque copiis Livonicis, et Archiepiscopi conjungant, consilia inter se mutuo communicent, quo ordine videlicet, et consilio rem ex utilitate communi gerere debeant. Quod si, divino adjuvante beneficio partem aliquam hostilis regionis, atque terrae occupare, atque subjugare nos communibus viribus contigerit, tum partitio, atque divisio ipsius ex aequo inter nos, atque Livones fieri debebit, dummodo regiones ipsae bello quaesitae ex eo numero non sint, quae praeteritis annis a Magno Ducatu Lithuaniae per Moschos sunt abstractae et occupatae nam hac regiones, si occupate fuerint, nobis, Magnoque Ducatui cedere, atque adjungi rursus debebunt. Eadem quoque ratione et illa, quae Livonibus per Moschos sunt erepta, si recuperabuntur, in ditione, et potestate Livonum manere debebunt, atque etiam quoties nostros exercitus in Livoniam duci necessitas inevitabilis postulaverit, providebitur, ne subditis Archidioecesis, et ipsius provinciae vis ulla, devastatio, aut damnum aliquod per milites nostros fiat. Perfecto autem cum Moschis bello, aut pace certis aliquibus conditionibus cum iis composita, si ipsi Reverendissimi, et Illustrissimi Domini Archiepiscopus, et Coadjutor, aut eorumdem successores a nobis, vel nostris successoribus praesidatus memoratos nobis tradendos habere, atque consequi voluerint, summam nominesumpticum bellicorum hoc est 100 m. florenorum, grossos viginti quatuor lithuanos pro singulis florenis numerando, nobis, aut nostris successoribus prius numerabunt, qua tandem pecunia numerata, arces, et praesidatus praedicti dimitti illis, in eodem statu, in quo accepimus, per nos, vel successores nostros sine ulla difficultate, et cunctatione debebunt.

Verum si missa legatione ad Moschum Livonia pacem obtinuerit, ita ut bellum inferre necessarium non sit, summam ipsam integram a Reverendissimis, et Illustrissimis Dominis Archiepiscopo, et Coadjutore, Archidioecesique et subditis illius non exigemus, sed pro ratione sumptuum minori pecunia erimus contenti.

Aequum etiam esse censemus ut pactis apud Polvvoliam initis utrinque satisfiat. Conventum etiam inter nos est ut ante omnia mittamus Oratores nostros ad Moschorum Principem ita ut ad id tempus D. Martini constitui illic possint, denuntiantes illi ut a Livonibus veluti jam clientele nostrae populis abstineat, neque in eam provinciam, quae nomine protectionis, et clientelae nostrae nostra jam quodam modo facta esset hostilia arma inferat, utque etiam oblata, et occupata una cum captivis restituat, damnaque illata resarciat, alioqui nos Livonibus defuturos non esse.

Sub idem vero tempus D. Martini Rmi, et Illmi Dni Archiepiscopus, et Coadjutor praesidatus memoratos per commissarios suos hominibus nostris, quos ad occupandam possessionem missuri sumus tradere, et dimittere sine ulla cunctatione debebunt, atque subditis omnibus illorum, locorum, et praesidatuum injungere, et praecipere ut nobis, Praefectisque nostris, et officialibus in omnibus pareant, et obediant, nomineque omnium reddituum, vectigalium, et tributorum ita ut ex antiquo soluti sunt, respondeant, quantum, etiam victus, et commeatus, instrumenti bellici, aut domesticis in ipsis arcibus relinquetur, tantumdem in restitutione praesidatuum, ex inventario reddetur. Quoties etiam expeditionem adversus Moschos, vel alios quoscumque populos facere Livonos contigerit, conventum inter nos est ut Nobilitas, quae prae-

sidatibus ipsis nobis tradendis continetur, queque instrumenta bellica antiquitus est obligata conjungere, si alii Livonibus in ipsa expeditione abstracta sint.....

Hoc etiam adjecto ut, siquid praesecti artium rerum, vel debitorum suorum habent, exportandi, et exigendi illa juxtum, atque liberum tempus habeant, qua in re a nostris praefectis adjuvari, et non impediri debebunt. Atque ea omnia ut tanto majore fide, et authoritate sancirentur inter nos, sigillum nostrum hisce literis appendi jussimus. Actum et datum Vilnae decima sexta die Mensis Septembris Anno Domini millesimo quing° quinquag° nono, Regni vero nostri anno XXX.

Praesentibus Reverendissimis in Xto Pribus Illustribus, Magnificis, et Generosis Valeriano Episcopo Vilnensi, Joanne Samogitiae, Nicolao Kyowiensi Episcopis, Nicolao Radzivil in Oliika, et Nieswics Duce Palatino Vilnensi, Magni Ducatus Lithuaniae Supremo Marschalw, et Cancellario, Buszensi, et Canuensi Capitaneo. Nicolao Radzivil in Dubingi et Bierże Duce, Palatino Trocensi, et Magni Ducatus Lithuaniae exercituum supremo, ac Lydensi, et Mozeriensi Capitaneo. Hieronimo Chodzkowitz Palatino Kyowiensi. et in Magno Ducatu Lithuaniae cubili Praefecto. Stanislao Dowoina Palatino Polocensi, Capitaneo Swislozensi. Paulo Sapia Palatino Novogrodensi, Stephano Duce Zwaraviensi, Palatino Viteblensi, Basilio Cziskowitz Palatino Boddasiensi Capitaneo in Miemsw. Nicolao Kisca in Cziechowictz Magni Ducatus Lithuaniae Pocillatore Capitaneo Trechicensi, Georgio Chodtzkowitz, Incisore Magni Ducatus nostri Lithuaniae in Osza, et Perzelon Capitaneo. Joanne Chodtzkowitz Magni Ducatus Lithuaniae Dapifero. Romano Siendtziwikowitz Duce Zitomiriensi Capitaneo in Meretz, et Bobruisku. Stanislao Dowma Capitaneo in Meretz, et Bobruisku. Eustachio Wolowitz Marschalco et Notario Capitaneo in Motrilow. Nicolao Par. Magni Ducatus Lithuaniae Subdapifero. Datum manus Illustris, et Magnifici Dñi Nicolai Ratzivil in Oliika, et Nieswicz Ducis etc. An. 1559.

Sigismundus Augustus Rex Poloniae
manu propria.
Nicolaus Ratzivil etc. subscripsit.

Ex libro autographo cui titulus : Scritture varie Polonia. t. 12. pag. 353. an. 1575.

CXXXIX.

De utilitalibus ex adeptione Livoniæ Poloniæ Regno proventibus.

О пользѣ присоединенія Ливоніи къ Королевству Польскому. An. 1559.

Nulla pars regni civitatibus, arcibus, et propugnaculis firmior Prussia est : hanc tamen Livonia numero vel superat, vel saltem aequat. Regnum autem hoc magis indiget locis munitis, quo magis undequaque feris, et barbaris gentibus a septemtrione, et oriente circumvallatum est.

Livonia eo quoque nomine nobilior est, quo

An. 1559. portuosior. Notus enim est ejus nobilissimus situs, qui perpetuus fere tractus est ad mare septemtrionale multis ostiis a Prussiae finibus ultra Narvam protensus; Qui si in ditionem Majestatis Regiae perveniant nullius Regum nisi ejus sine controversia imperium maris futurum est, qui tot nobilissimos totius Europae portus in potestate habiturus foret.

Ea utilitas est omnium maxima, et amplissimi Regnis hujus, potentissimique Regis nomine digna. Nullus enim Regum Europae, nedum Daniae, et Sueciae, nec Regnum ullum classem, et potenciam nostram sustinere posset, quae, ubi ejus usus foret, ex tot portubus tot navium divitibus sine negocio contrahi posset. Quae etiam commeatu, ceterisque nobis necessariis, quibus hae regiones abundant, rectius, et melius quam ullae aliae instrui posset.

Quantum utilitatis Emporia quoque illa marittima ditionibus, in quibus sita sunt, etiam vicinioribus quoque adferant, nulla fere familia honesta in Polonia est, quae non abunde testetur.

Auctae enim sunt ab eo tempore, quo Prussiae Emporia marittima in potestatem Regiam venerunt, in immensum privatorum in Regno opes, ut nostra gens a paucis in Europa luxu vestiendi, ornatuque, atque usu auri et argenti vincatur.

Accederet quoque multum thesauro Regio, si pro jure Regio in Emporiis, ut ubivis gentium in more positum est, vectigal marittimum constitueretur. Quod sine praejudicio Livoniae dispendio peregrini mercatoris constitui posset.

Qui omnino mercibus quae ex ditionibus Regni, et Regno vicinis Prussia, et Livonia in transmarinas regiones effundit, carere non possunt. Et illud sane mysterium maximum adjunctum habet commodum. Hactenus enim Prussia sine Livonia, et Livonia sine Prussia, nihil vectigalis imperare peregrinis potuit, qui alioqui frequentius ad illud Emporium commeaturi fuissent, quo minus exactum foret, altero interim relicto.

Quanta quoque potencia, quae vires Regni forent considerandum est, ubi tam amplae regionis accessio fieret. Quis non videt quam facile recuperatis viribus à Livonibus, et Lithuanis Moschica potencia, et insultus perpetui repelli possent, hostisque etiam gravior sustineri, si tot arces in potestate Regia essent.

Si nulla alia magis deliberationi Livoniae suscipiendae patrocinaretur, illa certe gravissima monere nos oporteret; ne tam portuosam tot urbibus, arcibus, et propugnaculis provinciam claram, tum sua foecunditate, tum nobilium fluviorum navigatione, frumento, et multis mercibus affluentem, horreum externarum regionum si foede aspernemur, tantumque bonum nobis eripi patiamur. Nam eo ipso ostendunt quam perniciosi vicini ditionibus Regni hujus esse possent, quod tanto impendio contra fas, et jus illam petant, qui nobis numquam lacessiti, ultro bellum non suo sine discrimine faciunt.

Aut bellum cum Moscho animo nobis constanti, et forti finiendum est, aut pax honestis, et bonis condicionibus constituenda. Sed condiciones neque utiles, neque honestae dici possunt, si illi possessio Livoniae relinquitur. Si igitur ejiciendus nobis est, cur repudiemus praemia victoriae? si ultro Livoniam propter pacem cedere nolunt stultum foret non recipere quod tam exiguo constet.

Postremo nomine Regio neque satis honorificum futurum foret semel susceptam regionem totius Senatus suffragiis non retinere, neque etiam utile..

Praecavendum autem est omni diligentia, ne quid in hoc continente Suecus retineat, cujus potencia merito nobis fermidulosa esse deberet

ob maximas opes, quas illi esse ferunt, nisi penu, unde Reges Europae militem mercenarium comparare consueverunt, Danico bello interclusum esset. Non minore cura inde ejiciendus Moschus erit, ut barbara multitudo potencia tam firmis, et arte munitis locis in suas solitudines redigatur.

De racione Livoniae recuperandae, defendendaeque.

Quo magis periodus Regni, ejusque mutatio imminet, eo magis curandum est ne Regni membra inter potentiores distribuantur. Nota sunt ex historiis Alexandri, et aliorum perniciosa extrema, et videt nostra aetas ob potenciam privatam manantem sanguine Galliam, licet puerum illa haeredem habuerit. Multa erit nobis procedente tempore malorum materia. Mors Majestatis Regiae, Interregnũ, electio, nonnullorum dubia fides, et non obscura ambicio, et pestis concordiae, et publicae pacis in religione dissidium, studiumque pertinax statuum Imperii Prussiam recuperandi etc.

De talibus deliberationes, et consilia privatorum potencia impediri solent, ob quam et factiones augescunt, et Respublica vel discerpitur, vel potenciorum arbitratu legibus patriae convulsis constituitur. Quare nihil salutarius est, quam ut Regni, ejusque ditiorum auxiliis Livonia pacificetur, eaque forma Magistratuum, et legum instituatur, quae minus a ceteris gubernatoribus Regni discrepet. Falli enim illi videntur, qui principum virorum clientelas in Livoniae Regno parandas censent, cum tales non reperiantur, qui suis opibus, et viribus illam recuperare, et defendere contra tantos hostes poterint, hoc itaque esset in Livonia officinam belli aperire, vel nostro sanguine parta praemia in externos contra jus et fas a bene meritis transferre.

Illud quoque expendi oporteret salutare nobis forte futurum, imo divina bonitate Regno Poloniae accidere, quod Livonia se nobis opera Potentissimi Regis nostri conjungit. Nam si quis Sacra Majestate Regia vita functa ostendere cupiat, quod dubia in Regnum velit esse fides, nunquid non habituri sumus, qui illinc hujusmodi in officio contineat, ne seditionibus, et tumultibus intestinis meritissimo, et pientissimo Regi parentemus? si vero eam respuerimus, inveniet fortasse, quos ex fidissimis dominandi causa hostes nobis, et perturbatores Reipublicae faciat. An. 1559.

Accedit quod Livonia ab hostibus, quibus semel recuperata nullo negocio perpetuo in officio retineri possit; siquidem illinc civitatibus marittimis munitis mare muri vicem explet. Deinde Prussia, Samogitia, Lithuania, et Prussia ditionibus Regni hujus circumdata est, ut ea parte quae Moschoviam respicit, viribus scilicet omnibus collatis exiguo negocio defendi possit. At si periculũ respicias si alienae ditionis esse permittatur; id certe longe maximum futurum fovet, cum mari milite externo ditiones Regni Livoniae viciniores facile inundari etiam posse videantur.

Non videtur igitur ratio nova expeditionis Livonicae parandae esse utilis, imo retinendam veterem in cogenda pecunia ex contributionibus solito majoribus existimo adhibita severitate in exigendo, ceteras vires omnes in Moschum convertendas, ut eo superato, vel ad honestas condiciones compulso, mole belli Lithuania, et Livonia levetur. Interea tamen in Livonia, quae in potestate Regia sunt praesidiis firmentur, ut Moschico bello primo quoque tempore finito, omnis ejusdem belli vis in Livonia, si necesse fuerit, contra Suecum convertatur. Nisi societas belli, quae nobis cum Rege Daniae est, obstaret, non essent inutiles induciae cum Sueco donec Moschico bello finis imponeretur. Sed cum id non sit integrum, bellumque utrobique magnis copiis geri propter maximos sumptus

An. 1559. non possit, nulla videtur jam melior ratio, quam ea, quae commemorata est. Si Livonia Regno incorporata fuerit, non deerunt, qui hypothecas ibique magnis summis ultro sibi parare contendent. Et posset inde quoque gerendo bello magna pecunia conquiri, praesertim si Majestas Regia bona ad longum temporis spacium inscriberet, idque sine detrimento Reipublicae fieri posset. Postremo, si cuique etiam illa improbatur, et beneficiis in Livonia externorum praesidia, et clientelas esse Regno parandas adhuc existimat, hujusmodi rationibus potiorem, utiliorem, et honestiorem, et magis tutam opponendam censeo, nimirum ut id, quod uni, vel duobus Principibus externis daturus fuerat, in praecipuas Regni, et ditionum ejus benemeritas familias jure feudi distribuat. Nam praeter quam quod de fide talium dubitari erga Rempublicam hanc non debet, illud quoque commodi accedet, quod ad eandem e um beneficiorum utilitas redibit, mores, leges, et instituta gentis cum gloria nominis ejus propagabuntur, oneraque publica allevari inde necesse sit.

Ex libro autogr. scritture diverse Polonia. tom. 12. pag. 319. an 1575.

CXL.

An. 1561. **Pii P. IV ad Johannem Basilii Magnum Moscoviae Ducem (ut oratores mittat ad concilium Tridenti iterum indicendum).**

Папы Пія IV. къ Царю Іоанну Васильевичу, дабы отправилъ пословъ своихъ на соборъ, вторично назначаемый въ Тридентѣ.

Ad regendam Beatissimi Apostolorum Principis Petri Sedem, licet sine meritis nostris, sola Dei miseratione vocati, statim pro suscepti muneris officio, et dominici gregis amore in eam curam, et cogitationem incumbere coepimus, quemadmodum tot, et tantas haereses alias ex aliis exortas extinguere, et tam perniciosa schismata tollere, atque ita populos ab antiqua et orthodoxa religione et fide miserabiliter abductos ad Ecclesie Catholice unitatem reducere possemus. Cujus rei causa predecessorum nostrorum laudabilem, et salubrem consuetudinem sequentes de Venerabilium Fratrum Nostrorum Sancte Romane Ecclesie Cardinalium consilio, et assensu oecumenicum, et generale concilium in urbe Tridento in Germanie, Italieque confinio posita post maturam deliberationem celebrandum duximus, sicut Celsitudo Tua intelliget ex litterarum exemplo, per quas illud indiximus. Mos autem hic fuit eorumdem Predecessorum nostrorum Romanorum Pontificum, ut quotiescumque hujusmodi concilia congregarent, toto ex orbe terrarum Principes Christianos per litteras et nuncios invitarent, ut communis fidei et religionis causa, si ipse ad ea accedere non possent, saltem oratores mitterent, qui ipsis conciliis eorum nomine interessent, atque assisterent. Quapropter Nos quoque, sicut ceteros Reges, et Principes Christianos ad fungendum officium tam pium, ac necessarium hortati sumus, ita Celsitudinem Tuam, quam licet maximo terrarum intervallo a Nobis remotam, propter fidei cultum, insignemque ipsius virtutem paterna charitate complectimur, cuique negotium hoc ad Dei honorem, et ad animarum salutem perti-

nens, ut Christiano Principe cure perinde ac debet fore confidimus, hortandam in Domino et rogandam duximus, ut ipsa quoque mittere primo quoque tempore oratores suos velit cum mandatis, viros prudentes, et Deum timentes, qui ipsi concilio una cum caeterorum Principum Christianorum oratoribus assistant. Quorum erit adventus, et praesentia sacre ipsi Sinodo gratissima. In vero pro isto studio et officio in Deum et Ecclesiam collato, a Nobis quidem et universis Christianis laudem maximam consequeris; a Deo autem omnium bonorum operum remuneratore, et in hoc et in altero seculo praemium accipies. Minimus autem hujus rei agendae causa ad Celsitudinem Tuam cum his litteris, et ipsius bullae exemplo Venerabilem Fratrem Zachariam Episcopum Pharen., Prelatum genere nobilem, et ob egregias virtutes suas Nobis valde acceptum et probatum, cujus in aliis Nostris et Sedis Aplice negociis fidei sinceritatem, et Catholico Religionis zelum experti sumus: eum ut pro Sedis Aplice reverentia benigne suscipias, atque audias, fidemque ei plenam habeas; et ut quam celerrime ex sententia expeditum ad Nos remittas a Celsitudine tua petimus et rogamus. Datum Romae apud Sanctum Petrum sub annulo Piscatoris die XIII. Aprilis 1561. Pontificatus nostri anno secundo. An. 1561.

Antonius Florebellus Lavellinus.

Ex Regesto autogr. Brevium. tom. 33. pag. 45.

CXLI.

Istruzione per Monsignor Giovanni Giraldo Veneziano mandato da Papa Pio IV al Duca di Moscovia, al quale Sua Santità diede il titolo di Re di Moscovia nel soprascritto del Breve.

Наказъ Венеціанцу Іоанну Джиральдо, посланному Папою Піемъ IV. къ Царю Московскому, которому Папа въ письмѣ своемъ даетъ титулъ Короля Московскаго. An. 1561.

1. Come sarete coll' ajuto di Dio giunto in Moscovia, e che vi sarà data udienza da quel Serenissimo Ré, direte: che Nostro Signore Papa Pio paternamente saluta, e manda la sua santa benedizione a Sua Maestà, e le desidera ogni prosperità, e felicità in questo mondo con aumento della grazia del Signore Iddio; e dette tali parole presenterete colla debita riverenza il Breve di Sua Beatitudine colla copia autentica della bolla del Concilio. Di poi aggiungerete che Nostro Signore si è mosso a visitare Sua Maestà con sue lettere, sapendo lui essere Principe cristiano, e molto zelante della legge, e fede cristiana, et essendogli ben note le onorate, e gloriose, e magnanime imprese, che egli fà contra i nemici della santa religione.

2. Per il che Sua Santità lo ama paternamente e lo commenda, e loda sommamente di cosi alto, e generoso animo; et al Signore Iddio rende infinite grazie, che per sua misericordia abbia eccitato contra gl' infedeli un tanto, e cosi potente principe in quelle parti; nel quale con tanta potenza, e tanto impero è congiunto tanto valore, e tanto zelo della religione; ne dubita punto che, perseverando Sua Maestà in questo santo, e pio proposito di pro-

An. 1561. teggere, ampliare, et esaltare la nostra santa fede, il Signore Iddio non sia per proteggere lui sempre, et ajutarlo col suo superno favore, e prosperare le azioni, et imprese sue; e delle sue laudabili, e gloriose opere rimunerarlo ampiamente non solo nell' altra vita, ma anche in questa presente; perciocche Dio onora quelli, dà quali è onorato, et è larghissimo rimuneratore delle opere buone, ancora minime; quanto più adunque di quelle, che spettano al benefizio universale del' popolo cristiano?

3. Poi direte, che Nostro Signore quanto conosce in Sua Maestà miglior mente, e disposizione circa le cose della religione cattolica, tanto più volentieri ha voluto communicare seco, come ha fatto cogli altri principi cristiani, quello, che Sua Santità ha preso a fare per beneficio, e salute della chiesa di Dio; la quale avendo Sua Santità trovata nella sua assunzione al sommo pontificato grandemente afflitta, et in stato molto miserabile, oltre le persecuzioni degli infedeli, per le tante eresie, e scisme eccitate da certi anni in quà dall' inimico della salute umana nella Germania, e provincie circonvicine, colla perdizione d'infinite anime, per opera d'alcuni seduttori, amatori della vita licenziosa, nemici, e perturbatori della unione, quiete, e tranquillità della chiesa cattolica, e delle sue sante leggi, et istituti, et in somma dé sacri tempj, e del culto divino distruttori; Sua Santità commossa da un intimo dolore, e carità paterna, per debito dell' officio suo, di consiglio dè suoi venerabili fratelli i Cardinali della santa Chiesa Romana ha determinato coll' ajuto di Dio di celebrare un sinodo, ovvero concilio ecumenico, e generale, per mantenere i buoni nell' antica fede cattolica, confermare quelli, che vacillano, ridurre al grembo della santa chiesa, quelli, che per la loro semplicità sono stati sedotti, et ingannati, e per correggere anche tutte quelle cose, che saranno giudicate aver bisogno di correzione; e per condurre al desiderato fine questi pii desiderj non perdonare Sua Santità a spese, ne a fatiche alcune; aver mandati nunzj, et ambasciatori suoi a tutti i Rè, e principi cristiani, con esortarli, invitarli, e pregarli, che vogliano ajutare, e promovere quella opera tanto santa, e necessaria; e non potendo loro intervenire personalmente al concilio, almeno mandi ciascuno d'essi i suoi Ambasciatori.

4. Il qual concilio per grazia di Dio già essere congregato in Trento città posta nè confini d'Italia, e Germania. Perciocché Sua Santità volendo paternamente procurare la salute di quelli popoli di Germania, che hanno deviato dalla diritta fede, ha per commodità loro eletto quel luogo. In esse concilio trovarsi Legati della sede Apostolica; esservi già concorsi molti Prelati da diverse parti, e molti altri essere in cammino, talché ogni di più è numeroso. Dè principi alcuni aver mandati suoi ambasciatori, altri esserli per mandare in breve.

5. Ora nostro Signore esortare, e pregare Sua Maestà, che, essendo, come è detto questo concilio ecumenico, e comune di tutte le nazioni cristiane; voglia ancor esso, come principe cristiano, e che fà professione d'abborrire, et ordiare le eresie, mandare suoi ambasciatori, per aver parte in un opera cosi grata, et accetta alla Maestà di Dio, e tanto necessaria alla salute del popolo cristiano.

6. Doverlo a ció movere, et accendere prima il zelo dell' onore di Dio, e della sua santa fede, la quale per tante cosi varie eresie è corrotta in molte parti, e da tante sette di eretici di continuo impugnata; per difensione, e conservazione della quale è officio di qualunque cristiano prontamente esporre non solo le facoltà, e stati suoi, ma la vita istessa.

7. Doverlo oltre a ciò movere, et indurre l'officio della cristiana carita, vedendosi (che senza dolore grandè non si puo riferire) tante

anime redente col santissimo, e preziosissimo sangue del Signore, e Salvatore nostro Gesù Cristo benedetto andare in perdizione per le fraudi, inganni, e seduzioni degli eretici, i quali ad esempio del loro padre Lucifero quel lume, che è estinto in loro, cercano, e s'ingegnano d'estinguere ancora in altri, et in quella fossa, dove essi sono caduti per la loro cecità, tirar vogliono ancora gli altri; i quali eretici quanto sono solleciti a procurare la perdizione delle anime altretanto, e molto più dovere tutti quelli, che fanno professione d'esser veri cristiani, attendere, et invigilare alla salute d'essi.

8. Essere ancora da considerare, che le divisioni, e discordie del popolo cristiano sono state sempre evidente, e manifestissima causa delle vittorie, e grandezza de nostre comuni nemici, i quali sempre le hanno osservate, e con tali occasioni sono pervenuti a tanta potenza. Però doversi con ogni studio, e sollecitudine levare queste dissenzioni dalle cose della fede, le quali sariano alla fine per fare i Turchi Signori delle provincie cristiane in occidente, le quali soggiogate che fossero, (che Dio nol permetta) Sua Maestà, come savio, e prudentissimo Principe conoscere, e vedere in che pericolo sariano le cose sue; dove per il contrario se, pel favore suo, e degli altri principi cristiani si estingueranno queste eresie, et il popolò cristiano si ridurrà alla sua antica unione; si verrà a placare l'ira di Dio, nè solamente non si avrà da temere della potenza dé nemici, ma colla grazia, et ajuto di Sua Divina Maestà si potra sperare di recuperare le cose perdute, et a Sua Maestà sarà piu facile colla intelligenza, e congiunzione della Sede Apostolica, e principi cristiani d'occidente travagliarli, et infestarli dalle bande di là, e con somma gloria ampliare l'impero suo.

9. Appresso direte, che Sua Santità aveva mandato personaggio di Maggiore autorità a Sua Maestà con simili lettere, e commissioni, An. 1561.
ma che, essendo egli già molto innanzi, la sua venuta era stata impedita con gran displicenza di Sua Beatitudine; onde è parso necessario mandare lui segretamente, acciochè più liberamente, et per paesi sospetti, potesse passare; e però Sua Maestà non dover pigliare ammirazione alcuna se non le è stato mandato un ambasciatore solenne con comitiva, e con doni, come alla grandezza di tanto principe conveniva, et all' amore paterno di Sua Santità verso lui si richiedeva; ma che Sua Santità confida in Dio che si troverà qualche modo, e via d'aver commercio insieme, e che ha in animo di onorarlo sempre, e di non preterire verso di lui alcuna sorta di officio paterno, confidandosi che lui ancora porti a questa Santa Sedia del beato Pietro Principe degli Apostoli quella devozione, e riverenza, che tutti i principi cristiani d'ogni secolo le hanno portata; essendo questa Santa Sedia il Capo, e fondamento della Chiesa. Il che facendo Sua Maestà avrà per suoi speciali protettori li gloriosi Apostoli S. Pietro, e S. Paolo, i quali col loro santissimo sangue hanno consagrata la santa Chiesa Romana. Da Sua Santità poi, e dà suoi successori può aspettare, e promettersi tutti quelli favori, e grazie, et ajuti, che dalla loro autorità suprema in terra potranno venire ad onore, gloria, et esaltazione sua.

10. Di poi che avréte fatta tale relazione, la quale, se vi parrà a proposito, potrete fare per scrittura, leggendola distintamente, e con buona maniera in quella lingua, che più sarà intelligibile all' interprete; aspeterette la risoluzione, portandovi in tal modo nel conversare, e negoziare vostro, che tutti abbiano da edificarsi di voi, et aver grato il vostro procedere, e procurerete con modesta sollecitudine d'essere espedito.

11. E perché verisimilmente sarà proposta

An. 1561. la difficoltà di mandare ambasciadori, vi sforzerete di trovare voi, e proporre qualche via di venire alle bande di quà, la quale crediamo che sarà la più sicura, e più espedita il venire per mare, et arrivare in Olonda, e di là passare in Fiandra, sotto abiti simulati.

12. Risolvendosi questo principe di mandare al concilio, avete da partirvi quanto prima, e venire con i suoi ambasciatori, cò quali saria bene che venisse qualche uomo dotto, o prelato, o laico che fosse. Ma se altrui paresse che doveste restare; in tal caso avrete da rimandare in quà quanto prima potrete qualche persona fidata, et esperta, con dare minuto avviso di quello che avrete negoziato.

13. Saria molto a proposito ancora che venissero o cogli ambasciatori, o di poi alcuni giovani di quella nazione bene allevati, che fossero di buono ingegno, et inclinati alle lettere, et alla religione, per stare a Roma, acciochè imparassero la lingua latina et i riti, et istituti della santa Chiesa Romana, come maestra di tutti i fedeli; i quali nostro Signore faria istruire, et ammaestrare con molta diligenza, provedendoli di tutte le cose necessarie, e di poi, quando volessero ritornare alla patria, gli daria ancora il modo. Per tanto farete anche di questo qualche officio con Sua Maesta, perche tali giovani bene istituiti, e disciplinati potriano essere molto utili per servizio di Dio, e di quella nazione.

14. Questo negozio, che andate a trattare, molto è a cuore a Nostro Signore per il gran frutto, che potria partorire, e Sua Santita confidata della fede, diligenza, destrezza, e sufficenza vostra lo ha commesso a voi. Peró sforzatevi di corrispondere alla buona opinione, e speranza di Sua Santita, e pigliate allegramente questa fatica per servizio di Dio, il quale vi ajutera, et oltre il merito, che ne acquisterete presso Sua Divina Maesta, rendetevi certo che Nostro Signore vi dara tal premio, che conoscerete di aver servito un Pontefice gratissimo. Avvertite di essere segretissimo nell' andare, nello stare, e nel negoziare, e mandatevi bene a memoria questa istruzione.

In Roma alli XXIX. di Settembre MDLXI. l'anno secondo di Nostro Signore Papa Pio Quarto.

Antonius Florebellus Lavellinus.

Ex Volumine Politicorum, № 129, pag. 232.

CXLII.

An. 1561. **Sigismundi Augusti Regis Poloniae confirmatio jurium et immunitatum Livoniensium.**

Польскаго Короля Сигизмунда Августа подтвержденіе правъ и привилегій Ливонскихъ.

Sigismundus Augustus Dei gratia Rex Poloniae, Magnus Dux Lythvaniae, Russiae, Prussiae, Masoviae, Samogitiae, Livoniae et cetera Dominus et haeres. Notum facimus per praesentes litteras quorum interest, aut in posterum quoquo modo intererit universis. Cum Livonia provincia gravi ac diuturno Moschico bello multisque cladibus afflicta, vastata, atque magna ex parte in potestatem hostium redacta esset, cumque et propter multarum civitatum, arcium-

que, et propagnaculorum amissionem, et ob maximam in omnes partes depopulationem, vastitatemque ferro atque igni in ea allatam, et propter quotidianas incursiones, magnumque hostis ad ejus reliquias occupandas apparatum ad eam angustiam et difficultatem ordines illius redacti essent, et nequaquam opibus viribusque propriis statum suum defendere, atque se a servitute crudelitatemque hostili tueri, ac vindicare possent. Illmus et Rmus D. Guliemus Archiepiscopus Rigensis Marchio Brandelburgensis Pomeraniae, Cassubarum et Wandalorum Dux Rugiae Princeps Burgrabius Nureburg. Ac Ill's. D. Gothardus Ketlerus Equestris Ordinis Theutonici in Livonia Magistri statusque in Ordines Livoniarum universi, et civitatum nuntij dum et omnia domestica praesidia sua convulsa, et se ab aliorum praesidio destitutos animadverterent, magnam autem spem in nostro ditionumque nostrarum auxilio ponerent, matura deliberatione habita, publicoque, et concordi omnium consensu se, provinciamque suam in fidem et potestatem nostram tradiderunt, atque in perpetuum ditionibus dominiis nostris ad instar terrarum Prussiae adjunxerunt et incorporarunt. Itaque nos et foederibus et vicinitate conjunctae nobis provinciae periculo clade, vastitate, servitute, moti, et pro Christiani Principis officio pertinere ad fidem nostram intelligentes, ut homines Provinciaque Christiani nominis, a cede populatione servitute barbari ac crudelis hostis prohibeamus, eosdem in fidem et ditionem nostram accepimus. Quamquam fide, necessitate, in jure, libertate, fortunis, omnibusque commodis ceterorum subditorum, ac dominiorum nostrorum conservandis, et tuendis obstrictos esse nos intelligimus eadem illos quoque nos obstringimus, atque devincimus. Cum autem inter reliquos Status ejusdem Provinciae Livoniae quae ad profitendam et recognoscendam subjectionem suam apud nos comparuerunt, universus equestris ordo totius illius An. 1561.
provinciae, nempe ipsa nobilitas et indigena tam ultra citraque Duram habitantes per certos nuncios et plenipotentes suos videlicet Nobiles Perniportum Gilzemium Juris Doctorem, Gregorium Frantern, Fabianum à Borch, Henricum Plator, Johannem de Medhen cum sufficienti plenipotentiariae suae mandato sigillis multorum nobilium ex tota Provincia Livonia consignato apud nos comparuissent, Nosque suo, ac totius Nobilitatis Livonicae nomine de confirmatione jurium, libertatum, privilegiorum, et immunitatum suarum humiliter, atque suppliciter compellassent obtulerunt nobis in scriptis certa capita seu articulos quos a nobis in omnibus eorum punctis clausulis et conditionibus confirmari, approbari, et ratificari debita cum instantia supplicaverunt. Quorum quidem capitum seu articulorum tenor de verbo ad verbum sequitur et est talis.

Primum et ante omnia sacrae et Serenissimae Majestati Vestrae Domino Nostro clementissimo et cum libertatis nostrae vindici tum et liberatori in quo secundum divinam ejus Majestatem omnem spem et fiduciam liberationis nostrae concepimus debita qua par est humilitate nostro, totiusque Nobilitatis Livonicae nomine supplicamus, ut sacrosancta nobis et inviolabilis nobis maneat Religio, quam juxta Evangelica Apostolicaque scripta purioris Ecclesiae Nicenae Synodi Augustanamque confessionem hactenus servavimus, ne in illa ullis sive Ecclesiasticorum, sive secularium praescriptis censuris, et ad inventionibus gravemur, turbemurque quovis modo. Quod si praeter spem acciderit, nos tamen juxta Sacrosanctae Scripturae normam, qua praecipitur plus Deo quam hominibus obtemperandum esse illam retineamus Religionem consuetasque caeremonias, neque nos ulla ratione ab hac avelli sinemus. Si vero errores quorum malus ille Demon author

An. 1561. est, in illa suboriri contingerit, ut hisce dirimendis, tollendisque Evang lic, Apostolicique Doctores purioris Ecclesiae Augustanae confessionis adhibeant.

Proximus est ut Ecclesiae conserventur, collapsae restituantur, et quae Ministris puri Evangelii Doctoribus, sive Concionatoribus, et istorum honesta sust ntatione non provisae, ut hisce ex liberalitate Sacrae Regiae Majestatis provideatur, et si qui census, fundique hisce adempti, vel suppressi fuerint, ut illi vel restituantur, vel aequivalente compensentur.

Tertium ne pauperes negligantur, illorum enim juxta ac religionis rationem habendam esse censemus; Cum nobis porro constet quanta sit calamitas Pauperum, qui hac bellorum clade ex divitibus pauperes facti sumus suppliciter petimus ut collapsa hospitalia, bonaque illis olim consecrata restituantur, et in quibus ante locis antiquitus erecta nulla fuerunt ut erigantur, et tam a S. Vestra Regia Majestate, quam a Principe nostro pro Regia munificentia, et liberalitate dotent. Quo facto Christus (qui haec in se collata reputabit) Vestrae Regiae Majestati Regnorum ditionumque suarum, faciliorem, splendidioremque faciet gubernationem. Ac cum hoc bello, pro dolor afflictissimo, maritis, parentibusque caesis multae viduae, ac orbae parentibus virgines in eam aegestatem redactae sint, ut quo vitam tollerent vix habeant, obnixe oramus ut in primiis de collegiis celibum virginum ita constituatus ut afflictissimae, et miserrimae viduae, virginesque maritis, parentibusque orbe in hasce recipiantur, necessarioque victu, amictuque prospiciantur, donec vel celibem optent vitam, vel sanctum petant Matrimonium. Neque enim in hoc vel celibum virginum, quarum numerus non ita magnus est, vel Praefectorum earumdem privatum commodum, sed commune potius bonum spectandum est, utque idem cum Cenobiis Monachorum, si illa Sacrae Regiae Majestati Vestrae ex manibu hostium aliqu ndo restitutae fuerint cons ituat propter miseros exanimatos, senes, et pupillos parentibus orbos, paternisque bonis destitutos, qui in iisdemali, educari, et humanioribus litteris erudiri poterunt, cum maximo Reipublicae commodo. Ita enim ex Cenobiis praefatis vetus Col egiorum forma restitue ur, ex quibus honorifica Ecclesiae, et Reipublicae organa quandocumque necesse fuer t depromi poterunt.

Quartum est cum nihil Respublicas magis quassare, atque concutere soleat, quam legum, consuetudinis, atque morum mutatio, Sacra Regia Majestas Vestras bene constitutas Respublicas hac ratione, non modo servandas, sed collapsas restituendas prudentissimo ac vere divino consilio censuit, quod per Illmum, et Mag^{m}. Principem ac D. Nicolaum Radzivil in Olyka, et Nischevitz Ducem Palatinum Vilnensem Dominum Nostrum Clementissimum Principibus Nobilibus Civitatibus, atque Statibus Livoniae sub ipsius Sacrae Regiae Majestatis plenae potestatis, mandatique proposito scripto promiserit nobis non solum Germanicum Magistratum, sed et jura Germanorum propria, atque consueta permissurum, concessurum atque confirmaturum se esse. Quod et a praesentis status conservationem, et collapsi erectionem, restitutionemque faciat plurimum. Ut autem certum atque commune aliquod provinciale jus quo omnes Provinciales teneantur ex consuetudinibus, privilegiis, latisque sententiis authoritate Vestrae Sacrae Majestatis confletur, etiam atque etiam oramus ut ad eam rem certi homines in jurisprudentia versati ex autoritate Majestatis Vestrae designentur qui talem formulam Juris Provincialis concipiant, componant, et communibus Reipublicae Livoniae ordinibus consentientibus ad recognoscendum, confir-

mandum, et promulgandum V. S. Regiae Majestati offerant.

Quintum est ut solis indigenis, et bene professionatis dignitates, officia, et Capitaneatus ad instar terrarum Prussiae conferre dignetur, prout nobis Regiae Majestatis more promissum est, utque praescribantur nobis dignitates, officia, et Capitaneatus, et quando, et quibus quisque praeficiet.

Sextum. Quamvis inficias ire non possumus, appellationis remedium ad Tribunal Regium superioritatem Suae Regiae Majestatis maxime respicere, neque nostri instituti sit illam attenuare velle, tamen putamus Suam Regiam Majestatem propter commodum, et proventum provincialium aliam viam, et eam quidem compendiosorem, et ex consensus communis arbitrio, et Vestrae Regiae Majestatis approbatione invenire, constituereque posse, ne vel propter itinerum difficultatem, locique intercapedinem maximam, vel propter miserorum inopiam plures causam justam deserere, et divitibus, improbis, malevolisque hominibus insolentiae materiam praeberi contingat. Consultum itaque nobis videtur ut Sacra Majestas Vestra in civitate Rigensi tamquam totius Provinciae Metropoli certos judices, seu Senatores suos constituat, idque ex indigenis per nostrum Equestem Ordinem delectos, per Majestatem vero Vestram confirmandos, qui semel bisve in anno Rigam statis temporibus conveniant una, et causas appellationem ex authoritate Majestatis Vestrae decidant. Ab illo vero Senatus Majestatis Vestrae judicio in causis gravibus, et maximi momenti ad tribunal Majestatis Vestrae non minus ex Archidiocesi, quam ex Majestatis Vestrae, et Illmi Dni Magistri ditionibus hoc ex tota provincia ad Majestatem Vestram tamquam supremum, et haereditarium Dominũ nostrum appelletur; ita tamen ut temerariae, et frivolae appellationes praecidantur. Statuatur expressa poena contra temerarie appellantes, et extrahentes lites sine justa, et legittima, et probabili ratione, et ut taliter delinquens condemnetur in decimam partem, et cujus dimidia pars fisco Majestatis Vestrae, altera dimidia parti appellatae dependatur. An. 1561.

Septimum est, de quo minime dubitatur, cum hoc proprium Regum sit decus, atque ipsa majestas, quae neminem vel minime laesione offendere, unicuique quod suum est tribuere, quod uniuscujusque est ex amplitudine magnificentiae suae adaugere consuevit liberalissime. Vestrae Sacrae Majestatis nomine promissum est nobis omnibus atque singulis, de quorum nomine missi sumus, quod nobis, atque ipsis beneficiorum feudorum a Principibus, et praedecessoribus suis acceptorum diplomata, consignatas literas, possessiones, consuetudines, privilegia, ac libertates, et quaecumque longissimo temporum usu acquisivissent, obtinuissentque, non modo inviolabiliter servari, confirmari, sed si quae majora ipsis omnibus, atque singulis ex usu esse possent, quod ea quoque ex Regia liberalitate de novo concedi deberent. Quam Regiam facilitatem, clementiam, ac benignitatem ut observante pectore animorum nostrorũ prosequimur, ita eam fortunis nostris omnibus, vita, saluteque ipsa demereri sedulo parati erimus. Proinde petimus qua decet humillima observantia ut non modo quae antea dicta sunt praestentur, verum, cum plures sint in Livonia, qui cum consanguineis suis, atque aliis familiis jus simultaneae, sive conjunctae manus contrahendi facultatem olim nacti sunt, ut hoc ipsum privilegium a Vestra Sacra Regia Majestate ceteris quoque omnibus, videlicet universae Nobilitati, atque illis, qui sub dominio Dñi Magistri, ceterorumque Principum mansuri, ac illis qui Sacrae Regiae Majestati Vestrae immediate subditi futuri sunt nostrisque personis ex liberali favore pro Regio Ve-

An. 1561. stro splendore, atque amplitudine gratiosissime concedere in omnibus illorum bonis feudalibus, quae modo obtinent, quae in futurum quovis modo, sive speciali gratia, sive contractu licito obtinere poterunt non modo cum consanguineis, sed aliis quoque exteris familiis, atque sociis tale jus simultaneae, sive conjunctae manus coire, atque contrahere. Hoc est ut habeamus liberam, et omnimodam potestatem de bonis suis disponendi, dandi, donandi, vendendi, alienandi, et in usus beneplacitos, non requisito Majestatis Vestrae consensu et alterius cujusvis superioris convertendi.

Octavum, si forte in hac belli calamitate depredatione, igneve, vel alio casu cujusque diplomata, monumenta, privilegiorum libertatem, aliarumque concessionum, atque obligationum amissa absumpta, perditaque essent, ut illa a Sacra Regia Majestate novis diplomatis non modo innoventur, si de bonorum, haereditatumve tranquilla atque continua possessione constiterit, verum ut et obligatoriarum literarum, quae hoc tumultu bellico perditi sint; fructuque non careant, qui duorum, vel trium testium authoritate obfirmare possint tales literas penes ipsos fuisse, et ex adverso de soluto numerato, vel satisfacto per alia literarum argumenta nil constet.

Nonum ut Sacra ipsius Regia Majestas Nobiles, atque Proceres Livoniae omnium bonorum, dignitatum, jurium, libertatum, atque praerogativarum, quibus hactenus tam Ecclesiastici, quam saeculares Barones, atque Nobiles Domini Regni Poloniae utuntur, atque fruentur, juxta formam atque modum, quibus Pruteni sub Sacra ipsius Regia Majestate positi ab ipsa obtinuerunt, participes facere dignetur.

Decimum, ut nobis libertatem gratiae, ut vulgo nostri appellant, pro Regia benignitate concedat, quemadmodum in successione feudorum subditi Ducatûs Estoniae, Harriae, Wironiae, ac Dioecesis Rigensis olim a Regibus Danorum singulari beneficio usque in hanc diem obtinuerunt, ut eodem modo nos ejusdem privilegii fructum ex Vestrae Sacrae Regiae Majestatis ampliore, augustioreque munificentia exposcere, atque cum perpetua Augusti celebratione posteris nostris relinquere possimus, hoc est ut habeamus potestatem succedendi non modo in descendenti, sed etiam in collaterali linea utriusque sexus; ita tamen ut praeferatur masculinus, et femellae pro modo facultatum dotentur, masculis vero non existentibus femellae in omnibus succedant, salvo tamen Majestatis Regiae jure fisci, seu jure caduco.

Undecimum, cum nos Sacrae Regiae Majestati Vestrae, illiusque Regno, Magno Ducatui Lithuaniae, ac ditionibus inevitabili necessitate in hisce nostris angustiis, quibus propter barbari hostis insolentiam ad extremum cum Principe nostro redacti, et ab Imperio Romano deserti nos, vitamque nostram, parentes, uxores, et liberos tueri non possimus, sed mediu fidius in hostis crudelissimi potestatem devenire oportuerit, priusquam ab Imperio defenderemur, in subjectionem consenserimus, Sacra ipsius Regia Majestas efficiat, quemadmodum cautem est, ut propter hanc Principis nostri deditionem, nosque subditos apud Invictissimum Imperatorem, Electores Principes, ac status Romani Imperii tueri honorem, substantiam, nostram ne censura Imperii publica, aliave infami nota vexemur, damnove afficiamur, quin potius indemnes conservemur.

Duodecimum ut nos in posterum Sacra Regia Majestas non solum contra Moschum, sed contra quoscumque hostes nostros conjunctis Regni Poloniae, omniumque ditionum suarum viribus de facto defendamur, hostem in propriis ditionibus integra belli mole quamprimum adoriamur, ne vel hostilibus vel sociis armis sociorum terris graviora, majora damna infe-

rant, melius etenim est ex hostium sanguine aestuare, quam nostri, sociorumque depraedatione, perditioneque saginar.

Decimum tertium ut nemo in suis granietibus, atque constitutis limitibus praediorum suorum, qui ex certis monumentis liquent, perturbentur, sed in possessione illorum a Sacra ejus Regia Majestate tueatur. Si vero qui limites temporum vetustate corrupti, amissive essent, ut illi sive per delegatos, sive per arbitros, prout aequitatis postulaverit ratio, innoventur, restituanturque. Ubi vero in terris Livoniae dispersi inter se Nobilium, item rusticorum agri habeantur, et ut germanice appellantur *Striwland und Hakenlande*, isti secundum consuetam mensuram unicuique integri absque ulla diminutione, laesioneque dimittantur, ut scilicet juxta veterem praescriptam formam quilibet uncus, aut mansus agri, quem vulgo *Haken* nominamus, sexaginta sex funes, sivi, ut dicitur, *bastas*, quarum bastarum quaelibet sexaginta sex fadem contineat. Quae vero ex vastis nemoribus multo, longoque sudore acquisita primi occupantis juxta juris communis ordinationem manebunt, nisi prior occupans illa deinceps pro derelicto habuisset ac alius ex ab inde possedisset, legittimeque praescripsisset, ut is quoque in tali possessione retineatur, tueaturque.

Decimum quartum ut Nobilibus Livoniae integrum ac liberum sit per Regnum Poloniae, Magnum Ducatum Lithuaniae, aliasque Suae Regiae Majestatis ditiones regalibus viis, et ubicumque ipsis negotium fuerit absque ulla remoratione thelonii, aliarum ditionũ impositione, vel requisitione libere ire, atque transire, mercatoribus exceptis, idque tam terra, quam mari, ceterisque fluminibus cum omni immunitate permittatur. Et si aliquem istorum praefato Regno, magnoque Ducatu Lithuaniae, aliisque ditionibus quicquam deponere contingat; ut idem sine ulla molestia, ullaque thelonii, et quarumvis aliarum datiarum gravamine inde revocari, reduci quandocumque visum fuerit integrum, liberumque maneat. An. 1561.

Decimum quintum, ut confecto hoc bello in Livonia, veteres, regales, et communes stratae restituantur in pristinum statum, serventurque; reliquae vero ab usu communi alienae praecludantur, propter varia incommoda, quae ultro, citroque dominiis vicinis, eorumque subditis inde suboriri possunt.

Decimum sextum ut ab hostibus pro defensione communis patriae capti, et postliminii jure, et redemptionis beneficio per Vestram Sacram Regiam Majestatem fruantur, atque gaudeant, ut, etsi servitutis calamitate censentur, tamen spe recuperandae libertatis vivere videantur.

Decimum septimum. Quamvis major pars Nobilitatis per hostem partim bonis suis feudalibus spoliata, partim diuturnitate belli fortuna exhausta, ut uxorum, atque liberorum sustentationi plerisque plane nihil, aliis vel minimum supersit, tamen illos singularis erga Sacram Vestram Regiam Majestatem observantia, item fortunarum, libertatum, dignitatis, etiam atque salutis propriae respectus eo impellunt, quae ipsis partim beneficio Vestrae Sacrae Regiae Majestatis hactenus utcumque servata sunt, partim, Dei beneficio servata, ac restituta iri sperant, non modo ipsam omni honore venerentur, sed vita, atque salute ipsa illud ac lubens contestabuntur. Et cum plurimi nostrum nihil reliquum habeamus praeter vitam hanc, parati sumus quoque tempore apud Sacram Regiam Majestatem Vestram exponere. Reliqui vero etiamsi et ipsi belli quinquennalibus sumptibus exesi, tamen se illi offerunt, et nos una cum illis offerimus ad omnia, quae possibilia esse poterunt, speramusque Vestram Sacram Regiam Majestatem, si ad expeditionem bellicam eo, quo consueveramus Equitatu propter exhaustas

An 1561 vires prodire non poterimus, non tam ulli neglectui, aut protervitati, sed impossibilitate imputaturam esse; postulamus itaque ut unusquisque secundum restantes facultates ad bellicam expeditionem Sacrae Regiae Majestati Vestrae serviat, non autem secundum eas, quas ante rebus integris stantibus obtinuit, et ut eodem plane modo, si qui extra numerum sui debiti, ac soliti Equitatus, atque servitii in honorem, atque commodum Sacrae Regiae Majestatis Vestrae plures equites, atque milites educere possent, ac vellent, stipendia conferantur, quemadmodum ceteris Sacrae Regiae Majestatis Regni, et Magni Ducatus Lithuaniae incolis numerari, et ferri consueverunt, utque id tam in praesenti, quam in futuris belli temporibus perpetuo serventur.

Decimum octavum. Cum digna vox Majestatis regnantis sit fateri Imperium subjectum esse legibus, sive deinceps ullus Princeps, ullus Magistratus, sive superior, sive inferior, vel quivis alius extra cognitionem causae nobiles vasallos, vel quosvis alios possessionibus temere exuat, destituat, spolietve, sed si quid juris in alium habere quisquam putaret, hoc ipsum coram Judicio Ordinum Senatorum Majestatis Vestrae Regiae, vel provinciali conventu experiatur, non enim equum est ut in propria causa quis ipse sit judex; sicut enim jus oritur ex facto, ita de uniuscujusque facto, aut culpa non nisi mediate jure, lege, et sanctione per judicem decidi debet, nemo igitur in posterum causa indicta, non convictus, neque legittimo juris processu damnatus fortunis, aut facultatibus suis exuatur, quemadmodum antea exuti sunt nonnulli, et in suos Principes, et Magistratus obedientes, fideles, et officiosi cives; et ut in tali facto liceat oppresso ad tribunal Sacrae Regiae Majestatis Vestrae regium extraordinarie coram Notario publico appellare, petere ab eodem Notario instrumenta gravaminis, et de salvo conductu ad cognitionem Sacrae Majestati Vestrae Regiae supplicare.

Decimum nonum. Ut nullus cujusque eminentiae, aut conditionis existat personis, castris, domibus, aut possessionibus alienis ullam violentiam inferre, incursiones facere, in publicis stratis insidias ponere praesumat. Qui alias super his convictus ut juxta leges capitis poena plectatu; simili modo hi, qui honestas matronas, viduas, virgines raperent, vel per vim stuprarent, comprimerentve, cum alias ipsis omnis debeatur honos, atque reverentia, ac merito ut eodem capitis supplicio puniantur.

Vigesimum, cum etiam mercatores praesertim peregrini, sive exotici homines in Nobilitatis, ac civitatum injuriam pelles, frumenta, humulum, et alia mercium genera in villis ac pagis clam et publice coemere, et negotiationes illicitas exercere soleant, ut illud Vestrae Sacrae Regiae Majestatis authoritate caveatur, prohibeaturque ne id de cetero fiat. Ut autem ratio dominiorum, Nobilitatisque habeatur cum pellibus ferarum, et bestiolarum Sacra Regia Regia Majestas Vestra providebit.

Vigesimum primum; quemadmodum antiquitus omnibus Livoniae Proceribus, Nobilibus, Equitibus, vassallis libera in universum hujusmodi ferarum lustra atque meatus fuerunt, ipsaque venatio liberrima, ita sylvarum, nemorum, pascuorum, pratorum, actuumque liberrimum habuerunt usum fructum, quod ex feris, bestiolisque sylvestribus pelles, quas vulgo *wiltwerk* nominatur, ex nemoribus, sylvisque omnium lignorum usum qualemcumque meliore fructu habere, obtinereque potuerunt, quod *Waldwerk* dicimus, in omnibus speciebus ejusdem vicinorum sive liquoris picei extractione, sive aliis lignorum diversis sectionibus is comparari unquam poterat. Ita quoque mutua, atque transitoria fiat, ut est adhuc hodie, servitus, qua ultro, citroque alter in alterius fundo

liberrima hab^at apum pascua, et mellifluas arbores. Quemadmodum haec omnia investiturarum monument s longissima, praescriptaque consuetudine adhuc hodie ab omnibus Nobilibus obtinentur, atque servantur. Ita quoque omnes Nobiles, atque Proceres Livoniae hactenus habuerunt jus coquendae cervisiae, illiusque ad suas tabernas vendendae potestatem absque ullius impedimenti, vel datiarum, vel assisiariorum gravam ne. Ne vero in posterum callidis officiariorum adinventionibus, ne dicamus expilationibus in talibus ibertatibus quoquo modo graventur petunt Nobiles, ac Proceres Livoniae vel haec speciali privilegio Regio explicentur, ne amissa in praesentiarum nocuisse olim, sed quae expressa jam prodesse et in futurū, et in perpetuum profuisse videri poterunt, publica tamen contributione, et alio vectigali communi consensu Ordinum, et universae Nobilitatis ad Sacrae Regiae Majestatis Vestrae, es Reipublicae necessitatem pro tempore de ernenda semper excepta

Vigesimum secundum, ut rustici, qui vel per Principis concessionem, vel successionem in alicujus potestate fuerunt ab aliis non capiantur, neque detineantur, sed ad ejus, cujus intersit, postulationem exhibean ur, nisi certis diplomatum argumentis, vivisque testibus edocere quis poterit illos sibi a legittimis eorum dominis concessos atque translatos esse, manebunt in potestate ejusdem in quem eum in modum concessi, translatique fuerunt, alias restituantur secundum receptum morem, et antiquam consuetudinem Livoniae.

Vigesimum tertium, ut hactenus Nobilium rustici ad sola dominorum suorum fuerunt opera obstricti, ita petimus provideri ne ad alia servitia in libertatis nostrae praejudicium cogantur, sed ut antiqua consuetudo observetur.

Vigesimum quartum, ut fines terrarum diligenter observentur, ne praedones, et grassatores ingredi ndo, et egrediendo impune grassentur. An. 1561.

Vigesimum quintum, ne lites, atque controversiae transactionibus, judiciove sopitae in posterum resuscitentur, Suaeque Sacrae Regiae Majestati, Inclytisque Senatoribus molestiam inferant, ut in genere transactiones, ac definitivae sententiae omnes a Principibus Livoniae dictae, lataeque per Sacram Regiam Majestatem Vestram confirmentur.

Vigesimum sextum, cum saepe numero in Livonia acciderit quod nonnulli Nobiles a propriis rusticis clam occisi sint, ut vero in posterum a talibus flagitiis deterreantur petunt Nobiles Livoniae ut de singulari gratia, meraque Imperii Sacrae ejus Regii Majestatis potestate suis Curiis capitalis civilis judicii privilegium, quemadmodum Nobiles Estoniae Ducatus olim a Regibus Danorum consecuti sunt, et in hunc usque diem obtinent, annectatur, concedat rque.

Ultimum, cum ex monetae inaequalitate hactenus varia, et inexplicabilia damna, atque incommoda Livoniae illata sint, petimus de illa eti m certum quid constituatur, scilicet ut ea excudatur in posterum moneta, quae in grani valori, et aestimatione par Polonicae, et Lithuanicae existat, ut ultro, citroque Polonica, Lithuanicaque moneta in Livonia, Livonica e converso in Polonia, et Magno Ducatu Lithuaniae currat.

Nos itaque Sigismundus Augustus Rex Poloniae, et Magnus Dux Lithuaniae praefatus etc. prae insertos articulos, et humiles supplicationes universi Equestris Ordinis Nobilitatis Livonicae tanquam justas legitimas authoritate nostra Regia, tanquam directus Dominus, cui merum, et mixtum Imperium in totam Provinciam vigore praesentis subjectionis nobis professae competit in omnibus earumdem postulationum, et articulorum clausulis, punctis, et conditioni-

An. 1561. bus confirmandos, approbandos, et ratificandos esse duximus, prout confirmamus, approbamns, et ratificamus praesentibus hisce literis nostris, decernentes eas abhinc, et in posterum robur debite, et perpetuae firmitatis obtinere debere, utili tamen Dominio Illustrissimi Domini Magistri per hanc confirmationem nostram in terris Illustritatis ejus nihil arrogantes; harum testimonio litterarum, quibus in fide praemissorum sigillum nostrum praesentibus, est subappensum. Datum Vilnae feria sexta post festum S. Catharinae. A. D. 1561, Regni vero 30.

Ex libro autogr. Scritture varie Polonia. t. 12. an. 1575. pag. 336.

CXLIII.

An. 1561. **Pacta inter Regem Poloniae et Magistrum ordinis Livoniae. 1561.**

Договоръ между Королемъ Польскимъ и Магистромъ Ливонскаго ордена въ 1561 году.

Sigismundus Angustus Dei gratia Rex Poloniae, Magnus Dux Lithuaniae, Russiae, Prussiae, Mazoviae, Samogitiaeque etc. Dominus et heres. Significamus praesentibus literis nostris universis et singulis, quorum interest. Cum tota Livonia nobis ex parte magni Ducatus nostri Lithuaniae, et vicinitate, et multis partim antiquis, partim novis pactis et foederibus devincta et consociata, iam ab aliquot annis immanissimi hostis Moschi crudelibus armis, incendiis et vastationibus propemodum funditus eversa, et desolata esset, ita ut extrema quaeque illi imminerent, nec quidquam certius esset, quam quod ad primam quamque iteratam incursionem illius praepollentis hostis, illud quod reliquum tam in dioecesi Rigensi, quam in terris Magistri Ordinis Theutonici fuerat similibus cladibus excinderetur, et in durissimam servitutem hostilem veniret. Quemadmodum tam magna pars propter multarum civitatum, arcium, et propugnaculorum amissionem venerat, et ob maximam in omnes partes depopulationem, vastitatemque ferro atque igni in ea illatam, et propter quotidianas incursiones, magnumque hostis ad eius reliquias occupandas apparatum, ad eam angustiam et difficultatem ordines illius redacti essent, et nequaquam opibus viribusque propriis statum suum defendere, atque se a servitute, et crudelitate hostili tueri, ac vindicare possent. Ideo illustris et Magnus Dnũs Gottardus Equestris Ordinis Theutonici in Livonia Magister. Nobilitas, Civitates, Statusque, et ordines illius universi dominii et omnia domestica consilia sua commissa, et se ab aliorum praesidiis, praesertim Sacrae Caesareae Majestatis, ac statuum Romani Imperii destitutos animadverterent, a vicino etiam Rege Swetiae terra marique peterentur, tam suo, quam civitatum, aliorumque ordinum Livoniae ad dictum Magistrum spectantium nomine, crebris internuntiis, et literis praesentem calamitatem et gravissimum periculum nobis supplices exposuissent, multisque precibus opem et auxilium nostrum implorassent. Nos et commiseratione afflictissimae Pro-

vinciae, et amore totius Reipublice adducti, et ne barbarus hostis latius pro ua libidine in populo christiano grassaretur, dedimus negotium Illm̃o Principi Dñо Nicolao Radzivil Duci in Olica, et Nieswresct Palatino Vilnensi etc ut iter in Livoniam pararet, et pr mo quoque tempore Rigam peteret, ibique tam cum ipso Magistro, quam cum illius ordinibus, ac civitatibus de ineunda difensionis ratione tractaret, cumque in illis tractatibus ab omnibus perspiceretur, nisi communibus viribus tam Polonorum, quam Lithuanorum defensio suscipiatur, non posse potentiam hostilem reprimi, Polonorum vero auxilia, nisi deditio ad Regnum pioque Poloniae non solum magnum Ducatum Lithuaniae, sicut nequaquam adduci posse, tandem ad hunc extremum casum, ita ut fit in rebus desperatis, et presenti periculo expositis, deventum est, ut de facienda deditione, statuerent, eoque nomine communis profectio tam ab ipso Principe praenominato, quam ab ordinum, ac civitatum nunciis ad nos susciperetur, sed quia praedicto Principi, aliorumque ordinum et civitatum nunciis ad nos Vilnam venientibus, et subiectionem certis conditionibus nobis, Regno Poloniae, magno Ducatui Lithuaniae, Russiae, Prussiae, Samogitiae, Mazoviaeque, ceterisque ditionibus nostris profitentibus, Senatus Polonici copiam tunc non habebamus, sine quo subiectio ipsa ex parte Regni rite, atque commode peragi non posset, necessario hujus rei tractationem in nostram in Poloniam profectionem ex parte Regni nos reicere oportuit, ne tamen interim, dum haec ad Senatores, et Nobiles regni nostri perferuntur, atque ibi ab iisdem ordinibus approbantur, multis rebus afflicta Livonia, vel in spe dubia, vel ancipiti statu rerum suarum, vel etiam omni destituta, et extremae depopulationi hostili exposita relinquatur, indeque, mutata voluntate, vel servitutem tyrannicam, vel alias quamtumvis iniquas conditiones subire cogatur, sed ut et illi An. 1561.
de indubitata ope, et praesidio nostro, et nos vicissim de constante fide et voluntate eorum certi simus, ita tandem, post varios multosque tractatus hoc tempore inter nos, et praedictum Principem aliorumque ordinum, ac civitatum nuncios conventum est, ut ipsa Livonia ex nunc nobis, ut Regi Poloniae, Magno Duci Lithuaniae, Russiae, Prussiae, Mazoviae, Samogitiaeque domino et heredi, subiecta sit, et maneat, dum certo aliquid de exprobatione Procerum Regni retulerimus. Quandoquidem vero hoc negotium ad conventum Regni proxime in Mazoviae futurum, et ad status ac ordines Regni reiecimus, in eo quidem conventu sancte promisimus, et authoritate harum literarum promittimus, ut a Senatoribus, ceterisque ordinibus Regni nostri Poloniae professa subjectio tam Principis praedicti quam subditorum suorum in commune, seu coniunctim cum Regno, Ducatu Lithuaniae, et ceteris dominiis recipiatur, et approbetur iuxta tractatus hic nobiscum initos, utque interea Livonia a nobis totis viribus Regni, magni Ducatus Lithuaniae cum omnibus adiunctis ditionibus nostris tam adversus Moscos, quam adversus omnes alios hostile aliquid illi molientes defendatur, et propugnetur, civitates, arcesque amissae armis repetantur. Si vero praeter spem nostram status Regni nostri Poloniae in subiectionem istam consentire, et ita Livoniam conjunctis viribus, prout conditiones praenominatae habent, defendere nollent, Livonia vero a solis Proceribus Lithuaniae ad modum praescriptum defensa fuerit, ex tunc prout ex nunc, magno huic Ducatui Lithuaniae incorporata, illique unita esse censeatur. Cum autem in conditionibus subiectionis illud inter cetera contineatur, quod tam praedictus Princeps, quam subditi, et civitates sibi a nobis caveri postularint, ne deditio, et subiectio illa, quam nobis ut Regi Poloniae, magno Duci Li-

An. 1561. thuaniae, aliarumque ditionum nostrarum extremis casibus, et periculis adducti obtulerunt, apud Caesaream Majestatem, aliosque Imperii ordines Germaniae illis damno et fraudi sit, bona fide spondemus, ac recipimus. Nos interea, donec cum Senatoribus quoque Regni de Livonia in fidem, et subiectionem recipienda acturi sumus, omnem curam et diligentiam adhibituros vel per internuntios, vel per litteras nostras Caesareae Majestatis, aliorumque Imperii Ordinum, imprimis vero Magistri Ordinis Theutonici per Germaniam animi, ac voluntates ad probandam hujus facti necessitatem inducantur et flectantur. Quod si id plane confici non poterit, huc tamen totis viribus incumbemus, ne vel Princeps, vel subditi ullum detrimentum tam in honore et fama, quam in bonis et fortunis ex hac necessaria deditione patiantur, nec ullam Imperii proscriptionem, aliave gravamino hoc nomine incurrant, vel si incurrerint, nos tamen providebimus, ne hoc cuique publice, vel privatim fraudi sit. Dedimus praeterea fidem, sicut et praesentibus literis sancte damus, recipimus, atque promittimus, Nos tam Principi ipsi, quam civitatibus, aliisque subditis suis, cuiuscumque ordinis vel status fuerint, liberum usum religionis, cultusque divini et receptorum rituum secundum Augustanam confessionem, in suis Ecclesiis, totiusque rei ecclesiasticae integram administrationem, sicut eam hactenus habuerunt, libere permissuros, nec in ea ullam mutationem facturos, nec ut ab aliis fiat permissuros. Omnia etiam eorum iura, beneficia, privilegia secularia, et ecclesiastica, praesertim Nobilium, tam simultaneae investiturae ius, quam libertatem gratiae in successione hereditaria, ad utrumque sexum, superioritates praeminentiores, dignitates, possessiones, libertates transactionis, et plebis ita immunitatisve confirmaturos esse; denique et iurisdictionem totalem, iuxta leges et consuetudines, nostrosque antiquos, cum provocatione tamen eorum, qui tam ex Nobilibus, quam ex civitatibus immediate Imperio nostro, vigore praesentis cum eius Ill^e. transactionis adiiciuntur, ad vices gerentem nostrum per Livoniam, vel Senatum, seu Judices nostros per nos in Civitate Rigensi constituendos, eligendos, communibus equestris ordinis, hoc est tam ipsorum membrorum Theutonici ordinis, quam nobilitatis Livoniae suffragiis, idque non ex aliis, quam indigenis, et bene possessionatis illius provinciae incolis, nempe ex nobilibus incolis vassallis, et civitatum Senatoribus, membrorum etiam ordinis, qui mutato statu, totos se huic provinciae dederint, ita tamen ut eisdem subditis nostris equestris, et civilis conditionis indifferens sit appellatio, prout cuique appellanti provocare visum fuerit, nempe immediate ad nos, mediate autem ad vicesgerentem nostrum, aut Senatum nostrum praefatum. Illi vero, qui dicti Principis Magistri iurisdictioni subiecti, et ratione domiciliorum eius subiecti erunt, et manebunt, ad suum tantum Principem provocabunt. In causis tamen gravibus et maximi momenti licebit Equestri Ordini a Principe suo ad Conventum provincialem terrarum Livoniae, iuxta veterem consuetudinem, provocare. Pro tercio recepimus, prout praesentibus recipimus, subditos Provinciae illius penes Magistratum suum Germanicum relicturos esse. Et proinde officia, praefecturas, praesidatus, iudicatus, Burgrabratus, et id genus, non aliis quam nationis, et linguae Germanicae, ac adeo indigenis, collaturos esse, quemadmodum in terris Prussiae conferre soliti sumus, et quidquid publice, vel privatim universis, et singulis de iure et aequitate competere videtur, vel videbitur in posterum, confirmaturos et approbaturos, nec ullam in praedictis rebus diminutionem, sed potius pro regia nostra gratia et beneficentia augmentum, et accessionem facturos, quemadmodum

ex nunc re ipsa, vigore praesentis diplomatis, confirmamus, approbamus, augemus, ratificamus, attestamus, et comprobamus, attestareque, et comprobare quibusvis hominibus, privatim et publice, nunc et in posterum, quocumque tempore benigne super ea re compellati fuerimus, debebimus. Ac ad eundem modum in reliquis civitatibus Livoniae imperio nostro subiectis officiales nostros constituemus, durante tamen tumultu bellico, reliquas arces hosti vicinas, et periculo expositas indifferenter per cuiusvis nationis, et linguae officiales administrabimus. Quorum nobis fides, virtus, et integritas esset spectata. Ita tamen, ut illi nihil attentent, faciant, jubeant, atque mandent, quam quae pro defensione civitatum, et arcium facere videbuntur, nisi forte in nostrum, et Reipublicae damnum vergere quid isti animadverterint, tum ad nos ea de re referre. et pro virili satagere, ne quid detrimenti ad nos et Rempublicam redundet. Jus autem, iustitiam, et potestatem gladii exerceant tam in cives, quam nobiles, Magistratus, Civitatum, atque arcium praefatarum, sepositis vero armis, et optata pace recuperata, non aliis quam indigenis natione et lingua Germanis praefecturas, in tota provincia concedemus. Illustri Domino Magistro Livoniae porro, cum ad equestris ordinis Consilium, et nostram approbatiouem, statum mutaverit, et per coniunctionem, affinitatis ad Principum virorum penetrarit amicitia suffultus, contra hujus Provinciae hostes eo solidior firmiorque compareat, Ducalem titulum ad instar illustris Domini Ducis in Prussia, cum omni dignitate, insignibus, privilegiis Ducalibus tribuimus, ita ut vasallus noster, foeudalitiusque Princeps sit, quemadmodum ex nunc Il[tem] eius pro vasallo nostro Principe suscipimus, habebimus, atque habemus, ac quo Illustritas eius certa sit, quam primum voluntatem Regni nostri Senatorum exploraverimus, aut illi cum Senatu nostro, Magni Ducatus Lithuaniae super ea re convenerint, quod eam Livoniae partem a nobis, et successoribus nostris in feudum habere temereque debeat Illustritas sua cum posteris suis ex linea masculina descendentibus, has arces subsequentes districtas, atque praesidiatas cum omni iure suae Illustritati concessimus in feudum, atque concedimus eo non obstante, licet ipsa infeudatio, titulique, insignium et honorum solemnis attributio nunc concedi nequeat, quae omnia ad nostrum ex Polonia reditum differenda esse duximus, tamen possessionem istorum omnium Illustritati suae assignavimus, assignamus, contulimus, atque conferimus; primum, totum illum tractum Curlandiae, et Signigalliae, incipiendo a salso mari, sursum sequentem fluvium Hilga, ascendendo ad antiquos limites per Radzivilum inceptos et dispositos inter Samogitiam, Lithuaniam, et Russiam, ab uno Livoniam, ab altera partibus versus districtum Polocensem, ad Dunam fluvium, descendendo vero Duna usque in mare salsum. Adeo ut quidq'd in istis terminis cis Dunam versus Lithuaniam continetur, ut ad ordinem Livoniae spectabat, nunc et imperpetuum apud Illustritatem suam, et eius heredes masculos permaneat. Curias videlicet, bona et nobilitatem, quae ad arcem Daneburgensem ex hac parte fluvii Dunae versus Lithuaniam spectarunt, arcem Selburgam cum toto districtu, curias item, nobilitatem, et omne id, quod videlicet ex hac parte ad arcem Asserath spectavit; arcem Dawske Nonguth, cum iis, quae ad arcem Kirtholm pertinebant, arces Milhan, Thucum, Nenburk, Doblen, Candam, Alsnangen, Cronden, Fraenburk Zabel, tum et illas arces, quae nobis oppignoratae sunt, Goldingen, Hasenpoth, Durben, Vindan, in summa octuaginta millium, arcem vero Grobiin in quinquaginta millibus Illustri Principi, Domino Alberto Marchioni Brandeburgensi in Prus- An. 1561.

An. 1561 sia Duci itidem oppignoratam, et illas quidem summas Illustritati eius remittimus. Arcem vero Grobiin aere nostro apud illustrem dominum in Prussia Ducem eliberabimus, ac dabibimus operam, ut ab ipsa oppignoratione primo quoque tempore eliberetur, et in possessionem Illustritatis suae tradatur, ad eundem modum et arcem Bangke a possessione et usufructu Rmi et Illmi Principis Archiepiscopi Rigensis eliberabimus, et ut eius possessio ad festum Paschae Illustritati eius ad tempus vitae concedemus, pro nobis vero, et Serenissimis successoribus nostris ratione susceptae defensionis, et aditorum, ac etiamnum adeundorum multorum periculorum, et certaminum, quae nobis pro Livonia, propemodum iam desperatis rebus, sumpsimus, totum tractum, et omnem reliquam provinciam ultra Dunam, vigore praesentis contractus cum Illustritate ejus initi, reservamus. Primum, et ante omnia arcem et civitatem Rigensem cum omnibus, quae in ea aliquibus obtinuit iure, dominio, et proprietate, meroque et mixto imperio apud Imperatores Romanos obtento, de quo nobis Illustritas eius condescendit, illudque nobis resignavit, prout praesentibus resignat, cedit, et condescendit, et ab humagio, quo civitas illa Rigensis Illustritati suae tenebatur, absolvit, absolvereque, et renunciare coram Legato nostro in civitate Rigensi per nos obligans publice, tum et patentibus literis suis, etiamsi civitas illa ei rei adversari velit, aut quoquo modo reclamet, et ab ipso humagio liberos facere, nec non omnia, Diplomata ab Imperatoribus Romanis super ea re obtenta nobis tradere tenebitur. Eamque, sicut et reliqua omnia, quae sequuntur, potestati, meroque et mixto dominio nostro permittere, sicut iam nunc ex harum literarum vigore permisit, ac permittit, tanquam Rigeam civitatem, cujus salute et conservatione salus et conservatio reliquae provinciae nititur, ex amsisione vero extremū illi provinciae excidium, vicinis autem dominiis nostris praesens, certissimum, et indubitatum periculum impendeat. In ea tamen civitate Rigensi et arce non peregrinum aliquem, alienigenam, et adventitium ad gerendum Magistratum, et alia officia praeficiemus, sed ex indigenis Germaniae, Livoniaeque linguae et nationis. Et alterum quidem officialem arcis, qui rei militari, et praesidiis nostris, alterum vero, qui rebus urbanis Burgrabin praesit, ex senatorio illius civitatis ordines per illos deligendum, per nos autem confirmandum, ad exemplum civitatis Gedanensis, constituemus, qui tamen nobis Regno Poloniae, Magno Ducatui Lithuaniae iureiurando obstricti sint. Sequentes igitur civitates et arces, praesidatus, praefecturae, tractus pro nobis cesserunt tam videlicet illae quae adhuc in potestate ordinis permanserunt, ut sunt arces Kirchholmia, Asserath, Duneburgk ad ripas Duna siti, Resilen, Zudzen, Tricaten, Ermis, Helmah, Cartzns, Veiisenstein cum tota Fernya, arx et civitas nova Pernoxia, Salura, Regia, Burtnich; arx et civitas Volmaria, Vendena, Volphart, Arries, Sequalih, Knyen, Furgreburck, Nithaw, Lemborch, Rodenpois, Nerinole, Demdet, et illae, quae iam in potestate hostis pervenerunt, et armis nostris recuperandae a nobis sunt, videlicet Ducatus Estoniae, et Episcopatus Derbatensis, quantum in eo sua Illustritas interesse habet, cum omnibus illarum nobilibus, vasallis, curiis, fundis, et universis bonis ad eas spectantibus. De quibus omnibus certis personis, quae adhuc ex ordine Theutonico restant, nec non consiliariis et aliis honestis viris de Republica Livoniensi bene meritis, pro iudicio, et arbitrio nostro servato delectu, et adhibita in personis proportione geometrica, concedemus. Providebimusque munitionibus, tamen interim omnibus in nostra, et successorum nostrorum potestate reservatis; de perso-

na tamen Illustris domini Magistri secus statuimus, tanquam de ea, quae in nos singulari fide et observantia semper propendit, prae ceterisque Regni nostri se observantissimum praebuit. Ideo parem gratiam et benevolentiam nostram illi referre volentes, dignum eum existimavimus, cui locumtenentiae titulum, ac praerogativam in arce, et civitate Rigensi concederemus, prout praesentibus concedimus, ut in ea resideat, ius et iustitiam cum aliis officialibus nostris administret, quam ad rem certum stipendium annuum Illustritati eius suo tempore concedemus, assignabimusque. Praeterea inter cetera et hoc inter nos, et Illustritatem suam intervenit, ut permutatione Episcopus Curoniensis pro Honebuga, Arce Peal, et Mathel, Illustris Alsatiae Dux Magnus contentetur. Quam ad rem nostram illi recepimus operam, ut cum aliqua Curonia Episcopatu quoque Curonico Illustritas eius potiatur, neve etiam limitum in dissensionem cum vicinis Illustritas eius, controversiam, aut difficultatem habeat, pro Regia nostra authoritate curabimus, ut primo quoque tempore fines ad praescriptum pactorum Pohwoleñ, et posteriorum Vilneñ regantur, et certi constituantur in tota illa vicinia limites. Interea vero neutra pars alteri damnum inferat aut litem, et difficultatem moveat. Cumque tractus Dunae sursum, atque deorsum limites intra nos, et Illustritatem eius constituat, ius et aequitatis ratio postulat, ut medietate fluvii in piscando, et aliis commoditatibus eius Illustritas perpetuo gaudeat, quaeque insulae, sive medii amnes alteri parti viciniores sunt, apud eandem partem maneant, et cum hoc sexennali bello tam suae Illustritatis, quam etiam Nobilitatis Curoniae, praecipue vero eorum districtuum, qui penes nos manebunt, vires exhaustae sint, relaxatam Illustritatem suam, et Nobilitatem ab oneribus hujus belli, aut ut saltem hoc praestent, aut mittant quod commode pro modulo suo possint, volumus, alio autem tempore An. 1561. eadem sit ratio, quae Illustritatis domini Ducis Prussiae, neve etiam a Geduneñ, et Rigeñ ob aes alienum contractum, sua Illustritas molestetur, Regia nostra intercessione studebimus, ut aut in gratiam nostram sua Illustritas ista pecunia liberetur, aut non prius quam commode solvi possit, repetatur. Quemadmodum et Vendeñ, Volmarieñ, Pernonieñ ex mera nostra gratia et beneficentia regia in solvendis eorum debitis aliquid opis per subministrationem rei frumentariae, et alterius generis commeatus adferemus. Monetae etiam cudendae facultatem Illustri domino Magistro concedimus, ad pondus et valorem Lithuaniae, et ut eius promiscuus, et indifferens usus sit tam in Lithuania, quam Livonia. Volumus attamen, ut ex una parte nostra effigies, vel insignia Regni, et magni Ducatus Lithuaniae, in altera Illustritatis eius exprimantur. Si quid porro Illustritati suae vendendum, impignorandum, permutandumve fuerit, super hoc Illustritati eius libertatem, facultatemque concedimus, ita tamen ut ad nos, et Serenissimos successores nostros de eo primo loco referatur, nobisque optio detur, si talem oppignorationem ipsi acceptare voluerimus, sin minus, tum id Illustrati eius liceat, cui volet. Dabimus etiam operam, quando Ducatus Estoniae cum civitate Revaliensi, vel transactione aliqua justa, et nomini nostro honorifica, vel per belli rationes recuperatur, ut Illustritati suae aequa portio vel in bonis, vel in pecunia concedatur, sumptibus, si hoc nomine contra Serenissimum Suetiae Regem sumendum erit, ante omnia nobis refusis. Tormenta item bellica, quae nobis ad praesens in cessione arcium, et civitatum relinquuntur, bello confecto, pro ratione qualitatis quantitatisve a nobis restituantur. Judaeis vero nulla per totam Livoniam commercia, vectigalia, theloneave ullo unquam tempore concedemus, curabimus etiam, ut in-

An. 1561. terea temporis, dum a Magno Ducatu nostro Lithuaniae absumus, et negotium subiectionis in Polonia ex parte Regni tractamus, Livonia necessariis copiis militaribus tam ad praesidia castrorum, et civitatum, quae id a nobis postulaverint, quibusve id necesse fuerit, quam ad arcendam subitaneam incursionem hostilem in futurum eventum instruatur, et firmetur. Haec omnia et singula nos praedicto Principi, aliorumque ordinum et civitatum nunciis sacrosancte et religiose servaturos nos iureiurando spondemus, ipse autem Princeps pro se et pro suis subditis, ceterorumque ordinum, utpote universae voluntatis, et civitatum nuncii, vicissim fidem suam, sacrosancte praestito solemni iureiurando obstrinxerunt, sicut et praesentibus obstringunt, quod ab hoc tempore, et in posterum in ea fide, voluntate, et obsequentia, quam nobis semel detulerunt, constanter perseveraturi sint, tanquam fidelem vasallum, et subditos decet, imperio et potestati nostrae subiectos. Nos vero pari ratione Principem ipsum benevolentia, et favoribus, subditos vero illius, ut nostros, clementia et benignitate nostra regia prosequuturos, ornaturos, et aucturos, nos recepimus, et praesentibus, interventu iurisiuran di nostri recipimus, harum testimonio literarum, quibus in fidem praemissorum sigillum nostrum praesentibus est appensum. Datum Vilnae XXVIII. Mensis Novembris Anno Domini 1561. Regni vero nostri XXII.

Sigismundus Augustus Rex
et Magnus Dux.

Ex libro ms. cui titulus; scritture varie Polonia. tom. 12, pag. 312.

CXLIV.

An. 1562. **Pii P. IV. ad Sigismundum Augustum Regem Poloniae (De Nuntio ad Moscorum Ducem misso, ut ei notam faceret Concilii Tridentini indictionem.)**

Папы Пія IV. Сигизмунду Августу, Королю Польскому, о посланномъ къ Царю Московскому Нунціи, для объявленія ему о имѣющемъ быть соборѣ Тридентинскомъ.

Charissimo in Christo filio nostro Sigismundo Augusto Regi Poloniæ illustri Pius P. P. IV.

Charissime etc. Quod Majestas tua post obitum bo. me. Joannis Archiepiscopi Gneznensis continuo in ejus locum nominavit Venerabilem fratrem Jacobum Episcopum Vladislaviensem, ne tam insignis Ecclesia diutius Antistite careret: et ad Vladislaviensem Ecclesiam nominavit Venerabilem fratrem Nicolaum Episcopum Chelmensem, rogavitque, ut eas nominationes admitteremus eos illis ecclesiis praeficiendo. Nos de venerabilium fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium consilio, et assensu desiderio tuo satisfaciemus; et cum ex tuo, tum etiam aliorum testimonio in Domino confidimus, bene eis ecclesiis provisum fuisse. Quia in re lau-

dantes judicium et piam voluntatem Majestatis tuae, hortamur (am, ut ad eas ecclesias regendas, ac jura ipsarum tuenda, et si opus fuerit, etiam reeuperanda suum eis regium favorem, et auxilium semper impertiat, ut commissum sibi, te favente, et curante, ministerium ad Dei honorem, et gloriam, et ovium sibi creditarum salutem implere quam commodissime possint. Largiti praeterea libenter sùmus Majestati tuae quidquid largiri potuimus, sicut intelliges ex literis dilecti filii Georgi tui, hominis diligentissimi. Hortamur autem, ut quoniam id nimis exiguum munus, et regia tua magnitudine indignum, An. 1562. ejus gratiam ipsis eis Episcopis facere velis. De Canobio, quod te de integro excusas, gratum nobis fuisset, ut fateamur, si eum Majestas tua in Moscoviam pervenire passa fuisset, quo eum mittebamus, ut Concilii indictionem Duci Moscoviae notam efficeret, quo si pervenisset, potuisset id Universae Reipublicae Christianae prodesse, ac praecipue regno tuo, de qno bene mereri cupivimus, et semper cupiemus. Datum Romae apud Sanctum Petrum Die decima Septembris 1562. Anno tertio.

Ex Regesto autogr. Brevium. lib. 11. pag. 404.

CXLV.

Notizie concernenti la Russia, cavate dalle lettere del Cardinale Commendone scritte mente era Nunzio in Polodia negli anni MDLXIII, MDLXIV, MDLXV. al Card. S. Carlo Borromeo, nipote di Pio IV Papa.

Извѣстія о Россіи, извлеченныя изъ писемъ Кардинала Коммендоне въ бытность его Нунціемъ въ Польшѣ въ 1563, 1564 и 1565 годахъ къ Кардиналу Карлу Борромео, племяннику Папы Пія IV. An. 1564.

Albertr. ex cod. msc. Biblioth. Barberinae. Romae 2439.

Estratto d'una lettera scritta al Card. Borromeo. Di Varsavia ali 3. di Gennaro 1564. In cifra.

È stato intercetto un breve di Nostro Signore al Moscovita, con alcune cifre, la qual cosa mal interpretata da alcuni heretici, hà causata' grand' alteratione nell' animo del Rè. Colui che portava il breve fù fatto prigione, hora è libero et mi hà confessato, che tutto il spaccioè in mano del Rè, mà non m'hà voluto dir altro dél negotio. Jo credo, che la cifra non sià, se non un semplice alfabeto; pur Vostra Signoria Illm̃a vegga, se fusse bene, chiò ne fusse informato, caso che il Rè, o altri me ne parlasse etc.

Al medesimo di Varsavià à li 7. Gennaro 1564.

Hò inteso hor hora, che il gentilhuomo di questa maestà mandato da lei in Moscovia à pigliar salvo condotto per gli Ambasciatori suoi è ritornato con grandissima diligenza et questa

An. 1564. sera e gionto. Porta che il Mosco hà admesso gli Ambasciatori del Rè et ascoltatogli, mà nel medesimo tempo hà inviato l'essercito suo verso Lithvania, et esclusa la trattatione della tregua. Onde gli Ambasciatori se ne ritornano à gran giornate, mà si dice, che l'essercito camina quasi al par di loro. Questa nuova à stata fuori de l'espettatione d'ogn' uno, et pare che habbia qui perturbato molto gli animi etc.

Al medesimo di Varsavia à li 24. Gennaro 1564.

Gli Ambasciatori di Litvania sono giunti dentro i confini di questa Maestà; portano, che la tregua è esclusa et gli esserciti del Moscovita caminano divisi in tre parti; la prima di otto mila cavallo sotto un Capitano Cassanski Tartaro, mà huomo di valore, et suddito del Mosco, et quale viene verso Polosco. La seconda è d'altre tanti cavalli sotto un Scene Waivoda, et questa và verso Orssa, per l'impresa de Kiovia, città principale di questa Maesta sopra il Boristhene, habitata da Christiani del rito Greco, i quali tutti sono partiali del Mosco, per causa della Religione. Con la terza sarà la persona del Moscovita, et non si sà con quanto numero, perche al partir degli Ambasciatori Litvani, non erano radunati legenti di questo essercito. Oltre questi, è stato mandato inanti Suiski Vaivoda con 14. mila Moschi verso Polosco, et dato ordine, che nei Lungi-prati 16. leghe sopra Polosco siano condotte vittovaglie per sei mesi, et che oltre à questo, ciascuno Mosco sia tenuto portar da se, una quantità di vittovaglia. Le genti di questa Maestà non erano ancora unite, et pativanò alquanto di vittovaglie.

Al medesimo di Varsovia à li 4. Febraro 1564.

Hieri inanti giorno questa Maestà hebbe lettere con aviso, che à li 26. del passato, il Palatino di Troki generale delle genti Litvane con una parte del suo essercito, haveva tagliato à pezzi gran numero di Moschi, et presi trè mila carri di munitione et d'arme. Sua Maestà stava al l'hora per prender una medicina, et non dando molta fede à questo avviso, stette tutto hieri assai turbata, hoggi sono gionte nuove lettere del generale, che raccontano, come essendo lui passato con 6. mila Litvani dentro il paese, che il Moscovita occupe l'anno passato, di quà dal fiume Duna, Suiski Capitano de Moscoviti, che era in Polosco gli usci all' in contro con 8 mila Moschi, et sopra il fiume Hula, 14. leghe di quà da Polosco, et circa 26. da Vilna, attacorno la battaglia, ne la quale furono sconfitti i Moschi, et presi 3. signori Principali, et morti circa 9. mila, et che il Capitano de Moschi fuggi verso Polosco, havendo la caccia per cinque leghe. De Litvani scrivano esser morti 22. solamente et circa 700 feriti. Jo ne hò havuto una assai particulare relatione in iscritto, che mando con questo à V. S. Illm̃a.

Relazione mendovata nella lettera precedente.

Vigesima tertia. Jam Petrus Suyski exercitus Moschorum Ducum cum delectis equitum turmis ex fortissimis Moschoviae municipiis evocatorum ex Troptensi, Pscoviensi, Novohro-

densi, et Lucensi, quam vulgo *Kovana Raz* id est ferratam aciem vocant Polociam profectus, Dunam fluvium transmisit, et 26. ejusdem mensis ad amnem Hulam, ac ejusdem nominis oppidum secum equitatum in campestria eduxit, eo consilio, ut se cum reliquo exercitu Moschorum, qui ex Smolensco provincia adventabat, inter Orssam et Dambrownam conjungeret, unde postea castris communitis, junctis viribus, Litvaniam vastare commodius possent. Quo cognito, Illmus Dominus Nicolaus Radzivil, in Bierze et Dubinski Dux, Palatinus Trocensis exercituum M. Ducatus Litvaniae generalis capitaneus nihil sibi reliqui ad celeritatem fecit. Acceptis enim secum paucis, quos tunc ad manum expeditissimos habebat equitibus, obviam hosti profectus, uno Die ex Lucomlu, 26. mensis ejusdem 7. milliaria summa equitum alacritate confecit, ita, ut equitatum pedites consequi neutiquam possent, cujus adventum ut Moschi ex exploratoribus cognoverunt, suos ad pugnam in locis quos praeceperant minime impeditis instruunt, nostri vero aegre in conspectum hostium ex angustiis viarum, dumis et arbustis obsitarum, suos raris et perturbatis ordinibus explicare. Id ut Moschi animadverterunt, barbarico fastu et superbia tumentes, paucitate nostrorum contempta, retrocessere, spatiumque et loci et temporis, ut ordines nostri sub signis collocarentur et aciem instruerent, concedunt, quo facto, magna utrinque contentione signis collatis, commissa pugna est. Primi qui proelium inierunt, ii fuisse dicuntur, Burgravius Polocius vir strenuus in multis proeliis spectatae virtutis, et Bacca illo virtute non inferior. Hos consecuti Georgius Scinovicz Capitaneus Czeczeriensis, et Dux Slomiriensis insignes et ipsi rebus et domi et foris gestis, ac genere clari, totam vim hostium aliquandiu sustinuerunt. Mox alii recentiores, submittente, ubi laborare suos videbat, equitum alas integras Radivilo Duce, summa vi adnixi hostes loco moverunt An. 1564. ea celeritate, ut exonerandorum tormentorum et sclopetorum spatium eriperent, nec duabus amplius horis praelium, anceps initio et dubium utrinque, nunc his, nunc illis cedentibus durasse ferunt. Favet tandem Deus justi belli Dux nostris. Inclinare sub noctem hostilis acies coepit. Dux Suyski saucius; sibi celeriter fuga consuluit, eum consequi universum agmen coepit. Splendebat tunc luna, cujus splendoris beneficio nostri usi, in multam noctem fugientes sunt persecuti. Trucidati hostium multi, capti non pauciores, inter quos summi nostris censentur Zacharias Plessczojow homo Duci Moscorum valde carus et secundum Suiski primae authoritatis ac dignitatis, captus et Dux quidam Polesski, et cum iis Voynus-Rzowski, atque ex aula Ducis Moscovitarum insigniores quidam maximique roboris, praeter alios multos obscuri nominis. Seremetoni, maximi apud Moscos viri, pharetra et framea inter cadaveras caesorum reperta, ipso veró quid sit factum nondum constat. Direpta castra barbaricae opulentiae plena. Ultra quinque curruum millia, in iis fuissi scribitur. Praeter arma et loricas, betherosque, qui corazzenarum ad instar sunt, etiam pellibus sabellibus aliisque arcendo frigori accomodis, veste item stragula et commeatu omnifariam argenteisque vasis referto. Loricarum vel betherorum singuli currus, ut minimum, d nas continuisse fertur, inermi fortasse illi ex Smolensco adventanti exercitui ea arma, easque pelles suppeditare Dux Suyski volebat, qui maximis itineribus ex penitioribus Moscoviae raptim sine curribus duce Sreberni cogebantur. Quoniam Moscus dirempto hoc anno per inducias bello quieturum se sperabat et praeter finitimos, nullum ex ulterioribus Moscis exercitum armae instituerat; quae quod ex ejus arbitrio non successisset, tumultuarios et inermes sine impedimentis et commeatu finitimis sub-

An. 1564. sidio undequaque contrahere et celeriter submittere instituit, quibus arma, vestimenta et quae ad rem militarem pertinent suppeditare jussu Ducis Moscorum Suyski voluisse verisimile est. Tanta itaque in exercitu nostro omnium rerum vilitas ac copia est, ut annonam gratis agrestibus relinquere habeant necesse, loricaeque singulis aureis Hungaricis veneant. Scripsit huc quidam, emisse se a gregario milite duas pellicias Sabellines insignes aureis pannis opertas viginti sexagenis, qui triginta aureos Hungaricos non exaequant; ac ne quis miretur stragulam vestem et aureos pannos in castris hostium repertos, sciat morem illi genti proelium initurae esse, arma pretiosissimis versicoloribus, praecipue vestibus contegere, ita ut Moscorum exercitus aspectum pulcherrimi, vernantisque prati speciem repraesentet. Caesa in eo proelio ferunt ad decem pugnatorum millia, capti plurimi, non pauciores in amne proximo, ac postea in altero, cui Criveza nomen est, qui a proelii loco quinque milliaribus abest, submersi. Nam eo usque hostium tergis nostri insistentes, erant victoriam prosecuti. Quodque vel maxime mirum, e nostris vix 20. desiderati, saucii propè 700. Tantum enim pavorem hostibus fuga Ducis, alioqui summae virtutis opinione clari incussit, ut ne retrospicere quidem ausi, pecorum instar coederentur. Caesi item per errorem nocturnarum tenebrarum nostri quidam Mosci sunt, qui anno superiore, Propocino Duce ad nos profugerant, propterea quod Moscico more vestiti pugnarent. Quinquaginta equites ii fuisse dicuntur. Id si fore praescrivissent miseri, vel Brunsvicensi habitu, qui Moscis invisus est maximè vestire sustinuissent, quàm a suis, hostes se vestium mendacio arbitrantibus contrucidari. In eo conflictu, cum aliorum omnium, tum praesertim Ducis ipsius Nicolai Radivili virtus, et singularis rei militaris peritia enituit, qui in eo proelio et filium Christophorum, annorum 16. adolescentem ac penè puerum, primo tyrocinio imbuit. Non minor virtutis et industriae laus Georgio Godkowski Castellano, qui stipendiariorum militum cohortes duxit, tribuitur, ejusque item fratris filio Codcowicz, strenuo, et animo manuque prompto juveni. Victorem exercitum ad tumultuariam illam Moscorum manum opprimendam ducere se velle, Illm̃us Dominus belli Dux scribit. Polonorum tamen cohortes, jam et ipsas expeditas, et ad se summis itineribus contendentes expectat. Dominus Deus eos justum bellum, pro vexata per summam injuriam patria gerentes, ope sua divina juvet, turpemque illam superiore hyeme ob amissam Polociam, nomini nostro, inustam notam aboleat ac vindicet, ac victores nobis integros, re ubique optimè gesta restituat.

Al medesimo di Varsavia a li 18. Febraro.

L'essercito del Moscovita che andava versso Orssa, come prima intese la sconfita dell' altro essercito di Polosco, abruggiati gli alloggiamenti, s'è retirato à Smolenscò di là dal Boristene. L'essercito Polono non sera congionto ancora con gli Litvani, et si crede che debbano andar insieme verso Polosco.

Al medesimo di Varsavia à li V. Aprile 1564.

Il Breve per il Mosco et la Cifra sono veramente in mano del Rè, et me l'hà confessato il medesimo Giraldi. Il Rè fin hora non me n'hà mosso parola, n'ha ben parlato di nuovo con

l'Arcivescovo, il quale me l'hà riferito, et io seco ha fatto l'ufficio, monstrandole la sincera mente di Nostro Signore, et sò che communica tutto col Rè. Quanto à me, io non hò del tutto à male, che il Rè conosca ciò, che un di la Sede Apostolica potrebbe trattar col Mosco, ne questo negotio e forse da lasciar in tutto da parte.

La settimana passata s'hebbe nuoua di Litvania, che gli Moscoviti hanno rotto due compagnie di Polacchi sopra li confini et fattone prigioni da 400. Hora c'è avviso, che circa 4000. Moschi hanno assediato il figliulo del Palatino di Russia, si dubita se sarà soccorso in tempo. In Vilna è stato sepulto dalli sudditi di questo Rè, che sono del rito Greco, il corpo del Suyski capitano dè Moscoviti, ucciso nella vittoria ch' hebbero e Litvani à li mesi passati, con si gran concorso et con si solenne pompa; ch'è dispiaciuto in questa corte. An. 1564.

Al medesimo di Radoma a li 3. Decembre 1564.

Di Litvania s'hà avviso, come gli Moscoviti hanno già più di assediato una fortezza di questa Maestà detta Jeziernicze, la qual impediva loro grandemente il passo à Polosco, terra principale occupata da detti Moscoviti, et che gli soldati Poloni, non la potendo tener più lungamente, resa la fortezza et usciti in campagna, erano stati uccisi eombattendo.

Al medesimo a li 19. Decembre 1564. di Petricovia.

Di Moscovia s'intende, come un Ambasciatore del Gran Maestro di Prussia haveva impetrato del Mosco la liberatione del Furstemberg, già Maestro di Livonia, sotto certe conditioni, le quali narrano esse cinque.

La prima, che, ritornato che sia il detto Furstemberg, nel stato, rifaccia tutte le Chiese del rito Greco, et restituisca loro tutte l'entrate.

La seconda, che tutte le fortezze principali restino in mano de' Moscoviti.

La terza, che nel consiglio suo habbia sempre sei Moscoviti, senza quali non possa risolvere ne trattare cosa alcuna.

La quarta, che ogni volta ch' havera bisogno d'essercito, habbia ricorrere al Moscovita et non ad altri, se non con licentia di detto Moscovita.

La quinta, che morendo esse Furstemberg, il Moscovita habbia libera et absoluta facoltà di nominare il successore.

In Cifra. Il Rè da si stesso è venuto à parlarmi dell' Ambascieria del Maestro di Prussia al Moscovita, dolendosi grandemente, che l'Imperatore gli habbia dato lettere et modo di passar per mare di Lubeca in Moscovia. Non esser mai stata sua mente, di torre quella provincia all' Imperatore, et l'Impero, ma solo ad instantia di medesimi Livoni, haverne presa protettione, acciò non andasse in mano del Moscovita. Et qui in fine si scoperse, dicendo, di non me voler celare quello, che non molto suo dispiacere haveva inteso, cioè, che Nostro Signore ancora m' haveva scritta al Mosco, il che però Sua M^{ta} appena si poteva dar à credere, vedendo la benevolenza, cha Sua Sentità li dimostrava, et gli officii ch'iò qui facevo, et sapendo esser ben noto à Sua Santità la Religione et la vita de Cavalieri di Livonia, et come sono tutti Apostati et profanatori delle Chiese, delle quali Chiese, egli et il Rè di Dania eran constituiti protettori per un breve della Sede Apostolica.

Jo, ringratiata la Sua Maestà di questa confidentia gli parlai lungamente del buon animo di

An. 1564. Nostro Signore, et delle commissione datemi, per le quali Sua Maestà vede, che non si cerca altro, che il ben suo et la salute del suo regno, et che la trovarebbe sempre in effetto esser vero quel ch'io l'affermava, pregandola à volermi communicare queste calunnie ogni volta, che l'erano riportate. Sua Maestà disse, vedete ch'io l'hò fatto, mostrando in fine di restarne ben satisfatta.

Jo poi li dimandai, come potean esser vere le conditioni del Maestro di Livonia col Mosco, scritte à la distesa, et che commodo ò honore l'acquistava l'Imperio? Mi rispose, di non poterlo indovinare, mà che forze dissegnavan con questo mezzo qualche cosa sopra la ricuperatione della Prussia, et che forse si ha sevano qualche prattica e patti secreti col medesimo Mosco. Al proposito, continuando Sua Maestà il ragionamento, disse; come si tenea p r buon c nsi lio, che questo regno havesse altre provincie d'interno, onde non venisse à confinare con Moscho troppo potenti nemici, et che però, quanto tocca à la Livonia, quando li fussero restituite le spese fatte, la restituiria all' ordine, pur che si fermasse poi fra l'ordine et questo regno una buona confederatione. Et procedendo più inanti, disse, che anche senza queste spese la restituiria, pur che si facesse la confederatione, et che il Maestro restituisse la religione in Livonia, et attendesse, secondo il suo debito, à combatter contra Scismatici, quali sono i Moscoviti.

Al medesimo di Petricovia à li 23. di Decembre 1564.

Quanto alla guerra col Moscovita, colero, che hanno peritia et de' siti et del modo di guerregiare, temono assai, che essendo già perza la fortezza di Jezierzyce, ne potendo i soldati Poloni et Litvani, con questi asprissimi freddi star in campagna, il che i Moscoviti sopportano assai bene, non si perda anco, fra poche settimane la terra di Vitepsco capo d'un Palatinato, et frontiera di gran momento.

Al medesimo di Petricovia à li 26. Decembre 1564.

Dopo l'ultime mie lettere di 23. del passato, s'havuta nuova, come il Moscovita hà assediato la terra di Vitepsco, et che ha mandato un essercito in Livonia di 50. mila cavalli, capitano de' quali è il Maestro di Livonia, che, già alcuni anni fù fatto prigione de Moscoviti, et hora hà giurata, come dicono, fedeltà à quel Prencipe, et promesso di farli acquistare tutta la Livonia.

Al medesimo di Volboria à li 27. di Decembre 1564.

Dopo haver scritto hieri à Vostra Sign. Illustrissima, le nuove, che qui s'intendevano, fù con Sua Maestà, la quale quanto al Moscovita, mi disse di più di quello, che hò già scritto d'haver dato ordine, che le sue genti si rimettano di nuovo inzieme, et vadono a soccorrere Vitepsco, et che saranno XI. mila. Et che parimente, quanto alla Livonia, haveva dato ordine di munire et presidiar bene tutti le fortezze.

Al medesimo di Petricovia à li primo Febraro 1565. An. 1565.

Di Litvania scrivono, che il Furstemberg, già gran Maestro di Livonia et per molti anni prigion del Mosco, il qual hora doveva venir ad instantia del detto Mosco in Livonia, era morto.

In Cifra. Intendo, che i Litvani hanno mandato, come da loro, et senza saputa del Rè, à dimandar tregua al Mosco. Credo, che per questa via il Rè cercara liberarsi da quella parte, per dubio di qualche monumente dalla parte dell' Imperatore, per rispetto di questa prattica del divortio.

Al medesimo à li 31. di Marzo 1565. di Petricovia.

Di Litvania s'ha come gli Poloni in un' assalto dato à Krasnogorod Castello di Moscovia, sono stati ributtati con morte di alquanti, et che un Moscovita, che serve gia molti anni il Ré di Polonia hà dato da un altra parte granguasto in Moscovia et rotto quattro mila Tartari Casanensi sudditi et soldati del Mosco, et che hà menato prigione tre loro capitaui.

Al medesimo di Petricovia à li 30. Maggio 1565.

Del Mosco, s'intende, che è andato sopra Copiez, loco di qualche importanza, et scrivono, che non vi è dentro vittovaglia, et che gia buona parte del presidio è morta di dissaggio et di peste. Riferisce un gentilhomo Veronese, che hà una campagnia in quell' essercito, et è stato alla guardia di Vitepsco, capo di quella frontiera, che se il Mosco vi fusse andato questo inverno alquanto gagliardo, non si poteva tenere, et hor hora è giunto avviso, che egli è per andare à quella volta.

Si sono fatte i di passati molte scaramuccie di momento in diversi luoghi et sempre vi sono restati superiori i Poloni, ma le forze di tutto l'essercito non si uniscano, per non esser ancora in ordine la provisione delle paghe, le quale tuttavia si sollecita di mandare.

Al medesimo. Di Gnesna à li 19. di Settembre 1565.

An. 1581. Livoniae causa dissideremus. Tu vero interea Haraburdam retinens, nullam nobis voluntatis tuae significationem dedisti, misistique tuos ad nos oratores, ut nos tua illa tergiversatione quibuscumque modis circumvenires. Quid? satisne hoc habuisti? Cum suspicarere nos illo hamo capi non posse, misisti exercitum ad Vendam arcem nostram, eodemque tempore dicti tui ad nos Oratores, et copiae tuae ad arcem nostram Vendensem accedebant. Cumque oratores tui ad nos venissent, dolis, quibus ad te instructi erant moliri omnia coepere; et quod exercitum tuum attinet Deus justissimus, cujus nomen tu saepe usurpas temere, copias illas tuas parvo nostrorum numero superavit, delevitque tua tormenta bellica, atque omnem apparatum tuum militarem nostrae potestati tradidit. Nos rebus nostris in Prussia expeditis cum Cracoviam in domicilium, sedemque Regni nostri venissemus, eodem Oratores tuos adduci curavimus, quo quidem in loco clarissimo magnus exterorum hominum numerus assidue versatur, ac praeterea id temporis quamplures exterorum Principum oratores apud nos aderant. Hic quae tuorum Oratorum fuit agendi ratio? quis modus? superbus omnium, insolens, atque adeo amens pro animi tui sensu nimirum susceptus, cujus mandato ac praescripto ita egerunt. Admissi cum ad nos, et in Senatum per homines, magna in Republica munera gerentes, aliosque primarios ditionum nostrarum viros essent, recensito illo tuo praelongo, et innumerabili titulo, quo tu quidem magis hominum ubique gentium Christianarum contemptum, risumque, quam admirationem concitas, voluere et ad nomen tuum inusitato antecessoribus nostris more, ineptas gesticulationes susciperemus, et ad nomen tuum non solum ignota, verum etiam ante illum diem inaudita lingua verba quaedam illorum ex arbitrio faceremus. Quorum hoc cum facere non possemus, neutrum vero nobis faciendum esset, ipsi descendere in ipsam legationis causam nollent, cum præter titulum tuum nihil apud nos dixissent, primum a nobis, post ex urbe Cracoviensi discesserunt. Quid igitur fuit? Cum initio a te non mediocriter tua protervitate violati, deinde etiam fastu tuo magno cum contemptu nostri conjuncto (quod non potuit non toto terrarum orbe subito divulgari) indignum in modum tractati essemus, permisimus Oratoribus tuis ut, cum id obstinatum haberent, ut ad te quam rectissima via proficiscerentur, nos vero ad ditiones nostras, tibi vicinis, res nos contulimus, spe ducti Deum nobis contra intolerabilem tuam superbiam, injuriamque affuturum esse. Iam Vilnae eramus, cum primum Haraburda Internuntius noster ad nos rediit, hocque tantum a te attulit, te nobis per Nuntium tuum respondisse. Venit deinde tuis cum literis Nuncius tuus, in quibus hoc postulabas, ut quibus de rebus Oratores nostros ad te misisses, in eas juramentum nostrum praestaremus, monebatque ut ad te Oratores nostros, qui tecum nostris verbis de Livonia agerent, mitteremus, addidisti et illud, ut Oratores tuos, quos retineri a nobis affirmabas, dimitteremus. Non fuit difficile nobis antea jam abs te laesis cavere, et fraudum tuarum genera animadvertere, cum partim humanioribus dictis nos altera quodammodo manu demulceres, partim astu amaris dulcia immiscens, superbiae tuae dextera pene nobis minitarere, simulque tuis immodestissimis dictis nos traducens, pro tua consuetudine nobiscum ageres. Falso nobis, et impudenter objecisti Oratorum nostrorum in conditiones tuas juramentum, quod nullum, et si tu adseverabas, dederant, et cujus dandi tibi in tales tuas conditiones a nobis facultatem nullam habebant; neque vero ab oratoribus nostris tecum tale aliquid, ut tu volebas, constitutum fuisse, demonstrabant tui, quandoquidem demonstrare, cum falsum id esset, nullo modo

potuerunt, dum id haberi vellent pro re cum Oratoribus nostris conventa, quod nos tantum abest ut sponte nostra, ut nequidem vi impulsi concedere potuissemus, ut nimirum provinciam, quae pro officio nostro nobis defendenda fuit, desereremus. Quod ut tibi quam facillime eveniret, nos spe de Livonia tecum agendi suspendere voluisti; de qua quid agi tandem potuit, posteaquam tuis insidiis circumventi a Livonia nos, neque a Livonia tantum, verum etiam Samogitiae parte usque ad ipsos Prussiae fines jurejurando abdicaremus. His igitur de rebus ne nos a te circumveniri pateremur, assensi minime sumus, tuosque Oratores pro eo ac facere obstinaverant, re nulla confecta, nulla contumelia, ut tu falso quereris, affectos, sed pro eo ut convenit deductos, ac lanciis pro consuetudine affectos longuis discedere sivimus. Nobis vero necessario jam tum diligentior de bello cogitatio suscipienda fuit, cum ad hujusmodi actiones tuas accederet et illud, quod tu exercitus tuos ad Pleschoviam contrahares. Nudo ne igitur nobis jugulo acies ferri tui expectanda fuit, aut ferendum, ut tu in conspectu nostro sanguinem nostrorum in Livonia helluarere, ditionesque nostras occupares, quibus tutandis nos jurejurando obligati sumus? an hoc scilicet tibi permittendum, unaque sperandum nos eas ditiones abs te, paulo post actionibus de pace repetere, et recuperare posse, quemadmodum tuis nobis literis indicares? ac reperisses pro tuo acumine, quo inducias quas de Lithuania nos suscipere voluisti, violasses, hoc praetextu te non nisi concessa tibi usque ad Prussiae fines Livonia, inducias triennales Lithuaniae pactum esse. Postulasti (quod diximus) ut ad te Oratores de Livonia agendi causa mitteremus, eodemque tempore cum exercitu ditiones nostras Livonicas oppugnasti, Cum igitur te cum exercitu ad Pleschoviam esse cognovissemus, operam dedimus, ut tuis conatibus maturrime occurreremus; et exercitus nostros tuis exercitibus opponeremus; quod cum a nobis res pernecessariae nostrae, tuaeque injuriae plane exprimerent, fecimus quod Principibus Christianis in usu est, et Venceslaum Lopachinszki ad te misimus, bellumque tibi justum, legittimumque indiximus. Iam tu ad Pleschoviam cum tuis copiis haerebas, cum nos Polotiam movimus studio arcis illius recuperandae, quam tu non ita pridem antecessori nostro Duci Sigismundo Augusto per injuriam, ac fraudem ademeras, ducti etiam isthuc opinione, cum non longinquo ex loco succurrere Polocensibus tuis posses jam ab exercitu instructus, si quid in te animi esset, posse non tanto ocius manus conserere. Pervenimus igitur ad Polotiam, ac primum ope divini numinis, tum aequitate causae nostrae, praeterea etiam virtute, et fortitudine militum nostrorum ea arce potiti sumus; quibus quidem militibus nostris nec arcis firmitudo, nec rerum ad arcem tuendam necessariarum apparatus, nec tuorum conatus, quo fidei erga te suae in omni genere periculorum contra flammam, ferrumque abunde satisfaciebant, nec tempestatum permagnae injuriae ad victoriam obsistere potuerunt. Polotia occupata, voluimus reliqua ditionis nostrae Polocensis a dominatu tuo vindicare, Socolumque cepimus, quo loco copiae tuae, quas ab tuo Pleschoviensi exercitu miseras, fusae, caesaeque sunt. Prætereaetiam, cum jam ante Kosianna, Crasna, Sithna captae essent, et Turowlia nostram in potestatem venit. Quibus gestis, tum demum, ubi te Moschoviam, non nos versus tendere accepissemus, Vilnam nos retulimus, quo quidem tempore Susha etiam ditionis nostrae facta est, posteaquam tuis ut turpi eam fuga desererent imperasses. Vilnae cum aliquandiu fuissemus, Varsoviam ad Regni comitia discessimus, ut eo in loco cum universis Regni ordinibus de nostris tecum actionibus, deque bello diutius continu- An. 1581.

An. 1581 ando, si perseverares iniquior esse, communicaremus. Varsovia, comitiis habitis, in Lithuaniam redivimus, quo cum pervenissemus, tabellarius cum literis tuorum Nobilium ad Senatores nostros scriptis advenit, quibus illi nostros hortabantur operam ut darent, quo inter nos mutua pax sanciri posset, nobisque persuaderent ut ad te oratores nostros mitteremus. Quod cum nobis a Senatoribus nostris expositum esset, ostendimus non fuisse, nec esse nos a sincera, ac fida pace alienos. Oratores vero nos ut mitteremus minime convenire, acceptata insigni non ita pridem, cum Oratores viros primarios misissemus, injuria, nec minore etiam nobis ab Oratoribus tuis per fastum, et pertinaciam allata, cum proxime apud nos Cracoviae fuissent; faciemus igitur a nobis esse, ut omnibus constare possit nos a te antea contemptos animum minime abjectum gerere. Missae sunt cum hoc Senatorum nostrorum responso literae nostrae, quibus Oratorum tuorum securitati cavebatur, si quos ad nos mittere velles. Venit postea ad nos etiam Nuntius tuus Naszizekinus tuis cum literis eodem argumento scriptis, quo priores Nobilium tuorum ad Senatores nostros missae fuerant, qui consimili itidem responso a nobis dimissus est; nos a pace honesta, et certa animum minime abhorrentem gerere, quinimo ut insidiosam pacem inprimis vitaremus, ita firmam, sinceramque maxime nos complecti. De Oratoribus vero nostris ad te mittendis assentiri nullo modo nos possumus, quod, cum antehac misisessemus, et nostra dignitas, et ipsi oratores nostri abs te indignis modis habiti fuerint. Hoc cum responso Naszizekinus, acceptis a nobis literis, nobisque pro more salutatis, a nobis abiit, postridie se Vilna iterum in viam daturus; qua die, cum illi discedendum esset, tum demum contra morem ceterorum Principum, qui graviter, atque ordine inter se agunt, per Senatores nostros orare nos coepit, ut iterum ad nos aditum illi patere sineremus, admissus alias abst te literas a prioribus dissidentis nobis reddidit, pollicens te nobis Oratores tuos missurum esse, hoc tamen rogans ut eos Vilnae expectaremus. Animadvertimus quid velles in eo maxime, quod peteres ut Vilnae, dum Oratores tui accederent, permaneremus, omnia haec nimirum ad res ducendas tibi comparata esse; quod tametsi perspiceremus, tamen aditus ad agendum de pace noluimus intercludere, tibique respondimus nos Vilnae expectare tuorum adventum minime posse ea de causa, quod exercitus sub signis haberemus, qui quidem sine graviore nostrorum detrimento haerere in ditionibus nostris non possent, nos vero oratores tuos, quocumque ad nos loco pervenissent, libenter admissuros, mandaturosque Consiliaris nostris, ut cum illis actiones de pace susciperent; quo responso dato, statim tibi literas cautionis nostrae de securitate tuorum Oratorum scriptas misimus, ita emendatas, ut te velle, et Naszizekinum intelligebamus. Posteaquam Vilna post abitum tui Naszizekini profecti cum parte exercitus nostri cum bellicis tormentis, aliisque militiae impedimentis Schydukum nos conferremus, eoque in loco, dum negotia nostra bellica procuramus, nonnihil temporis consumimus, accurrit tabellarius tuus cum literis nobis a te scriptis, quibus significabas Oratores te tuos ad nos mittere, querebareque de temporis brevitate, quam adventui tuorum praescripsissemus, denique hortabare nos, ut Vilnam tuos Oratores audiendi causa nos referremus, quas literas cum nobis Cancellarius Magni nostri Ducatus Lithuaniae legisset (neque enim contempsimus allatas a te, neque non vidimus, ut tu falso scribis) respondimus, si brevitatem temporis Oratores tui incommodam putarent, quocumque tempore ad nos pervenissent, a nobis auditum iri, Vilna vero ita nos discessisse, ne nos inanibus ver-

bis eo reduci pateremur. Quocirca, cum Deo causae nostrae rationes permisissemus, longius cum exercitu progressi sumus; partem copiarum nostrarum Vielisium misimus, quam arcem tribus ex locis inflammatam nostris cepere, nobis deinde iter Lucam ingressis, cum Vsewiatam versus proficisceremur, vi majori adhibita, quam cui resisti a praesidio posset, eam quoque arcem, nostrae potestatis ut esset adegimus. Cum denique Wickokikuro accessissemus, eodem Oratores tui, Ivanus Waszitiovics, Legatus Novogrodensis una cum collegis nos subsecuti sunt. Ad Lucum castra adhereremus antequam oppugnatio susciperetur. Oratores tuos audiendi causa admisimus, ac tametsi tam longe jam progressi, ac rebus omnibus ad unum parati essemus, tamen, dum mallemus conventione nostras inter nos controversias dirimi, quam caede, et sanguine, quod erat in precipiti finiri, vide quae tua fuerat ratio, quisque animus, quam graves in tam gravi re actiones tuae, ad quas Oratores tuos cum mandatis miseras. Videbant discriminis ut magnitudinem, ita propinquitatem Oratores tui, videbant quam valde res ad sanguinis perfusionem propenderent, ad quas tum conditiones quam oppositas ad pacem afferebant, nolebant eorum quidquam dicere, quae abs te mandata haberent, nisi nos ante Vilnam retulissemus. Qua vanitate animadversa, divinis auspiciis securim arbori admovimus, ac omni vi, tormentis, ferro, flamma arcem Lucensem oppugnavimus. Prope oculis haec cum cernerent, eo ex loco, ubi tendebant Oratores tui, ubi non ex sententia res Lucensium fluebant, operam dabant ut identidem ad colloquia cum Senatoribus nostris admitterentur, ubi succedere aliquid praesidiariis arbitrabantur, tergiversari, et agere pervicacius coepere, qua in re, ut ceteris omnibus, mutabilitatem animi tui in agendo declarabant, ostendebantque te de pace non judicio, aut equitatis causa agere, sed omnia vel ex metu, vel cupiditate pro temporum ratione, prout a te mandatum fuerat, administrare. Quibus rebus animadversis, nos qua sinceritate, integritateque animi sumus, nostris verbis ipsis significari jussimus frustra illam omnem tergiversationem insidiosam adhiberi, et ad majora ipsis descendendum esse, quibus et impensae, et detrimentis, laboribusque nostris, et, quod caput est, juri nostro satisfieri posset. Quid enim erat, quod Oratores tui obtulerant? Rigam te cum Curlandia nobis cedere, tum Polotiam, Vsewiatam, Wielizum, Iezierziszkum nobis pro captivis permittere affirmabant; quae omnia, excepto Iezierziszko, jam ante nostra in potestate erant, et jure ipso ad nos una cum pluribus aliis ditionibus, quas per injuriam adhuc occupas pertinebant. Cum adhaec inania, quibus tu jam non potirere, nihil tui Oratores aequi, bonique addere vellent, et significarent postremo se abs te longius progrediendi mandata nulla habere, orarentque ut nostro permissu ipsis tabellarium suum ad te mittere liceret, quocum noster etiam proficisceretur; hoc quidem ipsis contra morem tuum, ac majorum tuorum, et antecessorum nostrorum Oratores facere numquam sinere passi sumus. Misére igitur ad te oratòres tui tabellarium suum, et nos misimus nostrum, teque hortati sumus ut te nobis aequiorem praeberes, idque hoc citius faceres, quominus nos in bello gerendo ob detrimenta rerum nostrarum ullam moram interpositùri essemus; paucis post diebus, atque adeo quatriduo postquam oppugnare coepissemus Lucam flamma, ac ferro, adjuti ope divina cepimus. Qua capta, misimus et alterum ad te tabellarium, per quem te de eventu obsidionis Lucensis fecimus certiorem, teque hortati sumus, ne cessares ad tuos ampliora mandata quamprimum mittere, neque enim nos passuros, ut verbis nostro cum detrimento diutius duceremur. Circa id tempus cum copiae An. 1581.

An. 1581. tuae (in quibus non parvus Tartarorum numerus erat, quos tu verbo hostes appellas, re ipsa tibi omni studio, et affinitate adjungis, qui ab Luca Wielitium accesserant, deinde a Bobroido Turopetium se retulerant, et quos ex literis tuis apud captivos deprehensis cognovimus exercitui nostro insidiandi, pabulatorumque intercipiendorum causa missos a te fuisse) a nostris equitum turmis caesae, profligataeque sunt. Sane tu illud ante ne audiveras? an vero eo nuncio tuarum nuptiarum hilaritatem (nam id temporis nuptias te curare ajebant) interturbare audebat nemo? Sed enim te de Dementino tuo, de Nazzizeckino, ubi essent quaesiisse arbitramur, quos jamdiu non vides. Voluimus hoc scires, veriti ne ignoratione gestarum rerum fieret, quod de eo tuis in literis, dum cetera recenses, meminisse praetermisisti. Occupata deinde Nevela est, Iezierziszczium etiam, cum a ceteris tuis ditionibus jam distracta esset, jam tum Luco, Nevela, Wielissio, Vszviata arcibus captis nostram in potestatem pervenit. Tu interea tabellarium nec meum, nec Oratorum tuorum remittis. Deinde cum nos partem exercitus nostri Zavoloczium misissemus, tabellarii illi, dum nos in Lithuaniam redimus, cum ad Nevelam essemus redeunt, quo loco ea nobis Oratores tui acceptis a te novis mandatis obtulere, quibus acquiescere nullo modo potuimus; cumque id facere non possemus, omnem tecum de pace actionem ad conventum comitiorum Regni nostri rejecimus, quem etiam jam ante nos Varsoviae habituros indixeramus. Tu te emersisse jam incommodis arbitrabere, quod anni tempestates nobis adversae essent, quod pluviae, venti, nives, jam hyeme accedente, exercitum nostrum infestum haberent. Cujus tu rei fiducia tam inanes nobis conditiones obtulisti, nos tamen ope divina illam quoque arcem Zavolocensem a copiis certis nostris obsessam cepimus. Ac ne ignorares nostros etiam hibernis temporibus militiae operam dare posse, in arcibus a nobis captis partem copiarum nostrarum reliquimus, non sine nostro quidem sumptu, sed nec tua fortasse cum voluptate, cum te post nuptias novas harum rerum nuncii, hique rumores non potuerint non acerbius interpellare. Venere ad comitia Varsaviam Oratores tui, ubi locus, tempusque fuit aut sinceriora, certioraque afferendi, aut planissime declarandi, se rerum tamen ducendarum causa venisse. Designaveramus qui cum iis colloquerentur, precipuos quosque Senatorum nostrorum, adjunctis primariis nunciis, qui a Nobilitate Regni comitiis aderant: quod (ut infra ostendemus) in rem erat maxime tuam; pertinebat enim hoc ad actiones nostras stabilius, certiusque componendas, si Oratores tui convenientius aliquid, atque aequius exposuissent. Sed quid erat? exiliores nonullas Livoniae arces nobis permittebant, firmiores, potioresque retinebant tibi. Quod si fortasse persuasum haberent ea nos amentia teneri, ut quicquam ditionis nostrae sub tuorum administratione habere vellemus; Alia deinceps, atque alia quidem adjiciebant, sed omnes Reipublicae Ordines, qui comitiis intererant (quorum ex consensu, et sententia jurisjurandi vis, et interpretatio, quod Reges omnes de recuperandis provinciis Reipublicae ademptis praestare solent, pendet) unanimis studiis consensissent, nobisque supplicassent, ne tecum ullas inducias iniremus, quoad nobis universam Livoniam, deductis inde praesidiis tuis cessisses, simulque tum exposuere quod, etiamsi tua ista in pervicacia persisteres, ipsi studio parcendi sanguini christiano res alias aliquas Reipublicae negligere possent, tamen Livoniam se deserere nullo modo posse, quod eam in fidem suam recepissent, quodque ut integrum cuique esset, suis de rebus, quibus nulla jurisjurandi religione teneretur, quidquam remittere, ita id minime committi opor-

tere iis rebus de quibus juramentum datum esset; hoc tum significatum tuis, eoque cum responso ad te oratores tui remissi sunt; unaque tum tibi respondimus nos de pace tecum etiam ut agamus minime recusare, si tu copias tuas Livonia deduxisses, tibique ut ea de re Oratores tuos mittas per nos integrum fore, quo nomine tum literas nostras, quae dari Oratoribus securitatis causa solent, mitti tibi jussimus. Iam tum ex publico ordinum omnium Reipublicae consilio exercitus nostri scribebantur, quaeque alia ad belli administrationem pertinebant comparabantur, cum Internuncius tuus Grodnam cum literis venit, quibus nobis significabas et priores tuos Oratores ad te rediisse, et novos te ad nos mittere, petebasque ut, quo tuto venire possent, cautionis nostrae literas daremus; praeterea Vilnae, quoad illi accederent permaneremus. Respondimus tibi nos, cum venissent, Oratores tuos pro ea ac conveniat excepturos esse, diutius vero quam ad extremum Maji diem Vilnae nos permanere non posse; transque quales a nobis postulabas, statim Internuncio tuo dedimus. Advenere ad diem Eustachius Mikalovicz, Puszkien legatus tuus Moronensis cum collegis; hi abs te nobis totam Lironiam cessere, exceptis arcibus quatuor Novogrodia, Seremes, Adzics et Rochoziev, quas te retinere velle dicebant. A nobis vero arces eas, quas anno superiore proximo Dei praepotentis ope tibi ademeramus, Lucum, Zavolocziam, Nevelam, Chelmam, repetebant; quod cum Senatores nostri ex colloquio cum tuis habito nobis exposuissent, coepimus sperare te tandem aliquando aequiorem fore, animumque jam induxisse ad certam aliquam, sinceramque pacem sanciendam. Iussimus igitur ut tuis oratoribus Senatores nostri aperte verbis nostris dicerent non posse nos ullam Livoniae partem praetermittere ac in potestate tua relinquere. Ibi cum oratores tui falso (ut postea perspectum nobis est) ostendissent minime se cupere ut a pacis conventione rerum paucissimarum causa discedatur, et a nobis peterent ut ad te Internuncium tuum mittere liceret, simulque cuperent ut se de omnibus nostris conditionibus, quas ferre nobis in animo esset, redderemus certiores, quo te easdem scire facerent, nos sincere, et candide tuis oratoribus omnem animi nostri de pacis conventione sententiam aperuimus, ostendimusque si tota Livonia praesidia tua deduceres, tum si Sziebiczum nobis aut traderes, aut demolirere, quod ut facilius faceres, non recusare nos quin Drissam vicissim deleremus, ea de causa quod Wieliczum penitus inter arces nostras sita sit, et facile conturbare pacis stabilitatem posset. Praeterea si de sumptu vel hoc saltem anno jam facta aliqua ratione nobis satisfaceres, quod fieri ad extremum quadringentis annorum millibus posse significabimus, si denique Wielizium in Witepszcznensi, et Nevelam in Polocensi agro sitas arces nostra in potestate retineremus, nos permissuros Senatoribus nostris ut cum Oratoribus tuis de Luco, Zavoloczia, Chelma, Puszlarzova, atque adeo de pace perpetua tecum facienda agere pergerent, de qua animi nostri declaratione te Oratores tui per Internuncium suum fecere certiorem, eo adjecto ut mercatores nostros Vilnenses, quos ante bellum in Moschovia retinuisses, missos faceres, cum cur retinerentur causa nulla esset, nec ea res quicquam ad belli rationes pertineret. Asimularant id temporis Oratores tui, et animum, et vultum inprimis commodum obtulere sponte, quas ad te scripsissent literas Senatoribus nostris cognoscendi causa, ecquid esset eorum, quae acta, aut nobis postulata fuissent a se praetermissum, pertinere denique, ut ne exercitus nostros ad quatuor septimanarum spacium, quos redire Internuncius posset, longius progredi pateremur, neve quid detrimenti tuis in ditionibus nostri An. 1581.

An. 1581. darent, utque ea de re nostris, qui in finibus essent, profectis, mandata mitteremus. Non visum nobis est hoc committere, et quodque tu ante hac saepius-egisses memoria teneremus, nec dubium nobis esset quin ista inter nos mutuo de pace agi possent, etsi nihil eorum praetermitteretur, quae rerum bello gerendarum occasio suaderet, quemadmodum hoc ipsum etiam anno superiore proximo factum esset. Verum cum illi hac de re plurimum laborarent, imperavimus tandem nobis ut de tua constantia, et fide certiora nobis persuaderemus, tuisque Legatis ista diligentius petentibus assensimus. Profectus ad te est missu nostro Christophorus Dzierzek Aulicus noster, quocum et tuorum oratorum Internuncius abiit; cum in ditione tuas pervenissent, et tu jam facile ex tuorum Internuncio cognoscere posses quo in statu nostrae inter nos de pace actiones essent, tu contemptis istis, quae Oratores tui nobiscum constituta habebant, subito copias tuas trans Boristenem in ditiones nostras misisti, quae incensis nonnullis pagis, atque oppidis aliquot detrimento affectis, vexatisque, ac captis nonnullis agrestibus dum propre pedem referunt, aliis, atque aliis locis a nostris caesi sunt. Retinebas primum, ut rem ex tuorum in ditiones nostras excursione gereres, Internuncios deinde utrosque ad nos ad diem cum literis remisisti. Oratores tui cum iterum admissi nobis exposuissent se nova abs te mandata habere, petiissentque ut communicandi cum Senatoribus nostris potestas esset, facile assensi summus, cum potissimum Senatores nostri nobis significarent se a tuis etiam Senatoribus literas accepisse, quibus peterent ut de pace etiam apud nos laborarent. Simul ac Oratores tui cum Senatoribus nostris congressi essent, statim se ostendit inconstantia, summaque vanitas tua patuitque te tuos nullo sinceritatis, sed potius doli studio ad nos misisse. Non enim satis habuere eas, quas antea excepissent, Livoniae arces nobis non permittere, verum etiam de consensis jam triginta amplius ad te revocarunt. Praeterea quas ad nos literas dedisti, eae ut verborum ita impudentiae, et vanitatis plenissimae fuere, ex quo animi improbitatem, fraudemque a te callidius ad tempus occultatam penitus perspeximus. Qua de causa ostendimus tuis cum tu insidiosissime, et improbissime nobiscum ageres, deinceps nobis non jam de una Livonia tecum sed de summa rerum omnium dimicationem fore, quo dato ad extremum responso; Oratores tuos dimisimus, et deduci pro more, prohibitis illis lautis, curavimus, etsi fortasse secus de iis nobis statuere licuisset, cum fraudis, et temporis tantum causa eximendi venissent; et cum contra eorum asseverationem copiae tuae in ditiones nostras irrupissent. Habes ut brevem, ita veram rerum omnium narrationem, quae ab initio Regni nostri ad hac usque tempora inter nos gesta sunt, quas tu perverse singulari cum impudentia recitans, nos, nomenque nostrum falsissime traducis. Ac quando hucusque progressi sumus, ad cetera etiam tibi scribemus, ubi primum ad rationes tuas, quas de Livonia in literis tuis recenses, et de Sziebiczo, et de sumptu belli, et de pace perpetua, et mercatoribus Vilnensibus tibi responderimus, planeque demonstraverimus te (quod tui similes facere solent homines vani, et a veritate abhorrentes) facere, dum conditiones a nobis latas, non justis de causis, sed vanissimis commentis tuis refellere conaris. De Livonia igitur scribis et ostendere vis eam non ad Regnum et Magnum Lithuaniae Ducatum, sed ad te pertinere, qua in re, dum quae dubitationem afferre posse videantur, utrinque confers, maxime patet Livoniam minime tui juris unquam fuisse. Ais Livoniam eo nostram non esse, quod antecessor noster Divus Sigismundus Augustus, cum Archiepiscopum Rigensem propinquum suum

Familiae Brandeburgicae Principem in Archiepiscopatum restitueret, scripserit Livoniam sub auctoritate Romani Imperii Ordinis Crucigerorum esse, idque scripserit dum Archiepiscopum illum a se restitutum commendarit tibi, teque hortatus sit ut amicitiae cum eo, vicinitatisque jura coleres. Addis quod postea Divus Sigismundus Augustus ad te miseret certiorемque reddiderit Ordinem Universum, et Nobilitatem Livonicam, omnesque Livoniae incolas universam eam provinciam in fidem, ditionemque suam se contulisse, quam jam ante et Pontifices Maximi, et Imperatores Romani Regum Poloniae, et Magnorum Lithuaniae Ducum patrocinio permisissent. qua de re quod varie et non satis consentienter Divum Sigismundum Augustum tibi haec scripsisse arbitrere, demonstrari posse judicas, quam incertum jus sit, quod in Livonia Reges Poloniae, Magnique Lithuaniae Duces habeant. Ius tuum ita defendis, quod quidam majorum tuorum illis locis bellum ante secula aliqua gesserint, deinde literis nonnullis quarum exempla ad nos misisti, idem comprobare studes, in quibus illud est, quod quatuordecim annorum induciae inter Livoniam, et majores tuos susceptae fuerint; addita itidem commenta quaedam sunt, quibus negotiationes inter utrosque populos exerceri tuto possent. Pergis deinde pleno ore affirmare majores tuos Livoniam Crucigeris concessisse illum in modum, quo hoc tempore affinis noster domus Brandeburgicae Princeps Prussiae Ducatum obtinet; in Livonia quid quid sit, id omne majorum tuorum concessione, et beneficio esse. Quo hoc ore, qua fronte scribis? an nos in ditionibus nostris ita peregrinari judicas ut haec perspicere non possimus? Quidquid ditionum est, quae suis finibus continentur, a dominis ipsis, quorum maxime sunt, ita possidentur, ut ad ipsos earum ususfructus omnis perveniat, aut ab his dominis beneficio peculiari, quod feudum nominant alis ita conceduntur, ut summum jus, summumque dominium supremis dominis perpetuo quodam usu conservetur, ita quidem, ut principio concessionis supremi domini, quae concessio privilegio peculiari irrogatur, vassallus possessionem ditionum adeat; deinde ut quoquo sive supremo domino, sive vassallo, vel obitu, vel alio modo commutato, vassallus quisque priori successurus juris, ac privilegii sui renovationem ab ipso feudi domino impetret; vexillum itidem, et confirmationem jurium suorum publico, ac celebriori aliquo in loco accipiat, ipse homagii jusjurandum det. An non privilegia Livoniae omniae quae Livoniae sunt a Pontificibus Maximis, sive ab Imperatoribus, sive ab aliis Principibus Christianis unquam tributa fuere, nostra in potestate ac manu sunt, quae quidem Divo Sigismundo Augusto antecessori nostro tum reddita fuere, cum illi, ejusque successoribus se Ordo Crucigerorum, et Nobilitas, civitatesque Livoniae ejus fidei, et devotioni permitterent. De illo majorum tuorum, quem ita pridem aliquot ante saecula in Livonia bellum gessisse scribis, nihil dicemus. Nam ut gesserit ille in Livonia bellum, quum hoc momenti ad ullum domini jus habere potest? oppugnata aliqua esse, quae in potestate redacta non sint, aut in ea retenta non fuerint? Literas, quarum exempla misisti, cujusmodi sint, expositum est; nimirum induciarum in annos quatuordecim, quod ipsum etiam justi, atque assidui dominii, probationem nullam habent, quae inter dissidentissimas gentes, non tantum cum vicinis constituuntur, cum suis vero subditis ea suscipere Principum nemo solet. Quod vero in eo plurimum esse momenti positum indicas, quod illis in literis cautum fuerit, ne cum Poloniae Regibus, et Magnis Lithuaniae Ducibus contra tuos facerent, id quidem non potuit praetermitti, cum certorum annorum induciae sancirentur. Verum si fuissent illi tuorum tum

An. 1581.

An. 1581. quidem hoc potius adscripsissent perpetuo se cum tuis contra Poloniae Reges, Magnosque Lithuaniae Duces arma laturos, quae neminem non subditorum contra Principis sui hostes ex fide ferre oportet; de hoc vero subditi officio tuis in literis verbum omnino nullum. Das operam ut non tantum psalmos, verum etiam historias videare diligentius legisse, fac legas veriores historias omissis nugatorum tuorum fabellis, aut desine tuto pro consuetudine tua vanissima comminisci, qua et illud commentus es de Prusso Augusti Casaris fratre, quod quidem tuum commentum jam universo orbi christiano cognitum est. Verum istae tuae literae, quarum exempla nobis misisti, quando, quosque ante annos datae Livonibus fuere? anni scilicet non omnino centum sunt. At vero Crucigeri ante trecentos quinquaginta annos in Livonia sedes habuere, non ita multis post annis, quam Conradi Poloniae Regis, Wladizlai antecessoris nostri fratris concessione Culmensem, ac Prutenicam in ditionem ejusdem Ordinis Crucigeri pervenissent, quorum in locum deinde Rex Sigismundus Albertum Brandeburgicae familiae Principem suffecit. Ostende igitur, si potes, ante tantum annorum ab aliquo majorum tuorum Livoniam concessam cuiquam fuisse, cujus concessionis beneficio aut Ordo ille, aut Episcopi in possessionem aliquam Livoniae pervenerint; produc illorum professiones, quae fieri in hujusmodi causis semper solent, e quibus constet beneficio majorum tuorum quemquam quidquam in Livonia possedisse; cede primum Ordinis illius Magistri homagium, et jusjurandum manu ejus subscriptum, sigillo obsignatum; cedo quocies Magistri vita decessere, successores novos, aut quoties majores tui, mortuo antecessore, rerum in Mochovia potiri coeperunt feudi illius, et homagiorum renovationem, pro eo ut toto orbe christiano inter dominos supremos, vassallosque haec fieri semper consueverunt, utque et faciunt, et fecere in Prussia Duces Antecessoribus nostris, ac nobis ipsis initio Regni nostri. Haec Georgius Fridericus, qui hoc tempore in Prussia Dux est in aprico edito loco, ad eam rem in suburbio Varsoviensi pro more exaedificato in omnium hominum omnino, non tantum Senatorum nostrorum, et Oratorum, qui ab externis aderant conspectu praestitit, ac jusjurandum homagii sui dedit, quo tempore a nobis more majorum, praenunciata certorum verborum formula, vexillo, privilegioque de integro tradito, confirmationem sui juris accepit. Narra, ac doce quando tuum ante dominatum quidquam hujusmodi majores tui aut praestiterint, aut ipsis ab ullo vassallo Livonico praestitum sit. Nihil adferre potes, nisi vero commemorare te non pudeat illum non ita pridem ludum tuum, quo Ducem Magnum regii generis juvenem ad te improborum, et amentium hominum consilio perductum, postquam te copiosius ingrugitasses, ad aliquam homagii similitudinem adduxisti. Ostende ante eum diem tibi quicquam Livoniae nomine praestitum fuisse. Cedo denique (quod ex adverso requiritur) quid illi majorum tuorum, aut tui vassalli praeter jusjurandum feudi causa officii praestare debuerint; quam in rem ordinis Magistri tuis obligati fuerint, ut quidem Nobis in Prussia Duces obligati sunt, antecessoribusque nostris antehac obligati fuere, ac praestitere quae debebant officia. Scribis non mirum cuiquam fieri debere quod majores tui Episcopos in Livonia nunquam crearint, cum Livonia semper Romanae Ecclesiae dedita fuerit, ex quibus quidem Ecclesiae institutis nemo praeter Pontificem Maximum Episcoporum constituendorum jus habeat. Haec cum scribis facile ostendis te ignotis de rebus verba fundere, plurimumque ab eo, quod res est, aberrare. Est vero singularis impudentiae ignota pro notis asseverare. Nominamus nos, et nominarunt

Serenissimi antecessores nostri Summo Pontifici Episcopos, et quemcumque praecipua pietate, et doctrina esse cognoscimus, aut antecessores nostri cognoverunt, Summus Pontifex hunc confirmat, datque Episcopis aliis negotium nominatum a nobis sacris Episcopalibus initiandi. Ostende ac doce Episcoporum aliquem a tuis, vel abs te Pontifici Maximo Episcopatus causa post homines natos nominatum esse. Addis de consensione Ecclesiae Moschoviticae tuae cum Ecclesia Catholica Romana; utinam studiosior esses in rebus æternis, ac coelestibus concordiæ atque es nobiscum in fluxis hisce, et labilibus. Verum nulla ejus rei, aut tua, aut tuorum majorum argumenta videmus, quinimo contraria se undique ostendunt. Repetis memoria concilium Eugenio Pontifice habitum, præsente ut Ioanne Emanuele filio Cæsaris Constantinopolitani, ita etiam Patriarcha Constantinopolitano, et Issodoro Metropolitano Russiae; sed doce, et ostende tuis in ditionibus ea tradi, ac fieri, quæ ut traderentur, fierentque id temporis constituta fuere. Quae utinam fierent, sed in Moschovia remota ab omni propemodum orbe Christiano, ubi hominibus plus negotii, ac consuetudinis cum Tartaris quam cum Christianis intercedit. Hoc in templis institutum, et pro religionis lege habitum est, quod aut majorum tuorum voluntas, cupiditasque sibi voluit, aut quod tui sacerdotes metu crudelitatis per adulationem ut tibi, aut majoribus tuis satisfacerent, commenti sunt. Qua ex re factum illud est, ut majores tuos, teque tui super omnem legem esse, omniaque posse profiteantur. Declara ubi tu post illa Eugenii decreta ad ullum Christianorum Concilium Episcopos, aut Oratores tuos miseris, aut quisquam majorum tuorum miserit suos, quod omne christiani Principes fecere semper, ac faciunt. Quis tuorum siue Episcoporum, sive Oratorum sive Monachorum in Concilio proximo Tridentino Oecumenico visus est? scribis te tuis in ditionibus An. 1581. passim relinquere catholicae, et Romanae Ecclesiæ locum. Quaeso te nunc recense nobis, aut mitte per scriptum in indice quot tuis in ditionibus Ecclesiae sint catholicae. Oblivionem coepisse credimus Monachorum Ordinis sancti Bernardi, qui religionis catholicae Romanae Polotiae fuere id temporis, cum tu eam arcem occupasses Fac sciamus ubi illis in Moschovia templum exstruxeris ut pro institutis Ecclesiae Romanae Deum colerunt, aut si nusquam supersunt, ostende ubi eos, et quo ritu, aut quibus modis humaveris; in profluente, perhibent, una cum Iudaeis. At ais non alienam esse religionem tuam a Romana Ecclesia, quod si ita esse sentis, cur eos (quod ajunt) mersisti, et quidem cum incredulis Iudeis mersisti. Sed vel hoc tempore cognoscimus quantum apud te poterit Summi Pontificis cohortatio ad majus aliquod studium, quam adhuc in te extitit, erga Ecclessiam Romanam Catholicam suscipiendum. Verum redeamus ad Livoniam. Nemini toto terrarum orbe ignota res est, et sunt ejus rei monumenta, sunt historiarum libri eorum qui jam pridem vixerunt, tum editi cum ea, quae iis tradita sunt gererentur, toto jam orbe provulgati, et tu nunc ea es impudentia, ut asseveres tuorum fuisse perpetuis temporibus Livoniam, qui quidem ante annos centum proximos nullos cum Livonia fines habuerunt; quod fines agimus, quin nulla (ut scriptor historiarnm maritimarum tradit, cujus librum ad te mittimus) tuorum fama propemodum ante id tempus in Livoniam pervenerat, cum inter majorum tuorum ditiones, atque Livoniam Pleschoviensium, atque Novogrodensium ditiones interessent, quas tui quo pacto subegerint, dum antecessores nostri bellis Prutenicis distinerentur? an illud obscurum esse potest, quod ne Tartari quidem affines tui facturi fuisse videntur, atque adeo ne isti quidem barbariores ethnici, qui truncos, ne-

An. 1581. more idola coluere, quibus omnibus aliqua tamen cura fuit hospitii juris, atque fidei, quam quisque tueri debet, qui aut alieno hospitio fungitur, aut suo alienam hospitum accipit; cum Magistratus, atque alios homines Primarios Novogrodienses avus tuus convivii invitatione e civitate evocasset, omnes eos perfidiose contra omnium gentium, quibus ulla humanitas inesset, jus, atque morem cepit, vinxit, abduxit, eoque rem adduxit ut, cum miseri illi qui in civitate remanserant captivorum ducti amore Tyrannum in urbem intromisissent, omnes crudeliter occiderit, ac trucidarit. Iactitas te graecae originis esse, non tamen Prùsso fratre Augusti ortum; sed si graeco aliquo genere descendis, nullo tu alio originis tuae Principe es propagatus, quam Thiesthe illo, cujus tu ad tyrannidem factus esse videris, qui hospiti suo liberos clam ereptos coctosque edendos apposuit. Ille itidem tuus non unum, aut alterum infantem, sed omnes civitatis illius incolàs orsus ab hospitibus Magistratibus, nullo aut aetatis, aut sexus discrimine, interemit, delevit, aut in servitutem abduxit. Hoc igitur jure ex quo aves tuus fines cum Livonia contiguos habere coepit, minus annis centum est, jure scilicet, quod fiducia contra vim, qua Magistratus capti fuerant, et ceterorum erga Magistratus captivos charitate, qua se illi permittere, coacti sunt, nefarie sibi peperit. Haec vetustas est juris, et dominii tui, majorumque tuorum in Livonia. Nos pro antecessoribus nostris Poloniae Regibus, Magnisque Lithuaniae Ducibus nolumus vetustissima pluribus memoria repetere, quod verisimilius multo quam tu facis facere possemus. Dubium enim non est quin ii populi, qui Samogitiorum, Lithuanorum, Lothvorum, Iatumingiorum, aliisque nonnullis nominibus continentur, eodem principio, e quasi ortu promanarint, ac deinde conjunctos inter se Principes habuerint, et ut in Lithuania Lithuanos, sic in Samogitia Samogitios, in Livonia Lothvos, itidem alibi alios dominatos esse, demonstrare hoc linguae cognatio, quam etiam nunc inter agrestes, etsi distractos, retineri videmus. Quod Deus hos populos serio luce cognitionis suae illustrarit, quodque diutius in cultu idolorum perseveraverint, factum est ut, cum magna Pontificibus, et Imperatoribus cura esset quomodo ethnicas gentes aut ad pietatem christianam adducerent, aut, si id non possent, delerent, eamque ad rem potissimum Ordinem Crucigerorum aliis, atque aliis nominibus distinctum adhiberent, idque peculiari privilegio Ordini illo darent, ut quocumque loco ditionum ethnicarum vexilla sua statuissent, eas occupatas perpetuo retinere possent; accidit postea ut, dum esset in Livonia primum Menardus, post Albertus Episcopus, deinde misso ex concilio oecumenico, qui Lugduni habebatur, in Livoniam Wilhelmo Cardinale Mutinense, eadem ratione Crucigeri Ordinis Christi appellati in Livoniam pervenirent. Hunc post ordinem, cum ejus milites certo in prælio interiissent, milites Ordinis Sancta Maria domus Ierosolemitanæ, qui jam tum propinquis in Prussiæ ditionibus sedes habere coeperant, eodem migrarunt. At posteaquam omnipotens Deus Iagiellonem Magnum Lithuaniae Ducem primum erroribus ethnicis eduxisset, tum veritate agnitionis sua sacro baptismate initiatum imbuisset, denique in Regem Poloniæ extulisset, atque in eadem tam Ecclesiæ communione, quam rerum ceterarum cum Principibus christianis societate collocasset, in integrum ille restitutus est jurium omnino omnium, qua aliquando habuisset. Quæ vero dum ethnicus esset contra illum, aut majores ejus data, concessa cuiquam, aut constituta fuissent, abrogata sunt, quæ de re literæ supersunt Summorum Pontificum. qui id temporis Ecclesiæ præfuere Quod vero ipsi Iagellioni visum non esset Ordinem illum initio suæ

in Ecclesiam Dei adoptionis in Livoniam possessione perturbare, quidem Ordo Ecclesiæ contra Saracenos, aliosqne ethicos, a quibus id temporis oppugnabatur, utilem operam navare posset, post habuit illi suo pietatis studio Livoniam, post habuere et alii successores ejus, cum agnoscerent quantis opibus, postquam perducti ad Ecclesiam Dei fuissent, aucti essent, et præter Poloniæ Regnum, Magnumque Lithuaniæ Ducatum Regnum Hungariæ et Bœmiæ, Dalmatiæ, Croatiæ, aliaque Regna obtinerent, et quamvis istis de causis neglexissent illi Livoniam, tamen et Pontifices Maximi, et Imperatores christiani Livoniæ protectionem Regum Poloniae semper esse judicarunt, ac pro conservatoribus earum ditionum Reges Poloniæ habuere. Sed cum tibi ignota omnis rerum, ac jurium, quæ inter Principes christianos versantur, ratio sit, nihilque præter fera, atque agrestia tua perceptum habeas, missis istis defensionibus, hoc tantum addemus, quod quidem unicum tibi satisfacere merito debet. Cum tu a majoribus tuis in Livoniam (ut ostensum est) jus nullum acceperis, et Divus Sigismundus Augustus Antecessor noster jus quodam modo obsoletum habuerit, aut, ut tibi morem geramus, si ita ut jus ille nullum antea habuerit, tamen Archiepiscopi illi, Episcopi, Ordinis Magistri status publici, Civitates quicquid illi juris habuere, cum in eos juris quicquam nemo haberet, aut reipsa usurpasset, in Regem Sigismundum Augustum, nosque ejus successorem transfudere, et aboletis sponte aliis omnibus Reipublicæ Magistratibus, se suosque posteros eorum Magistratuum loco Poloniæ Reges, Magnosque Lithuaniæ Duces dominos et possessores in omne tempus habituros esse jurarunt. Quo jure quod aliud esse potest sanctius, aut gravius. Qua re tu, qui jura christianorum populorum ignoras, tuum ne jus potius sit, qui per dissidia Livoniensium animadversa libidinis tuæ explendæ oportunitate, perinde ac lupus in ovium gregem involasti, ac tua crudelitate, immanitateque capta primum Narva, post Derpeto, Livoniam magis magisque occupasti. Habentne haec tua facta ullam juris similitudinem? majorem profecto latrocinii habent. Et sunt haec jura, haeque artes tuæ, et fuere majorum tuorum, quibus in orbe christiano alienas ditiones vobis adiicitis, fraus, perfidia, perjuria, latrocinia. Ivanus avus tuus Novogrodiensi civitate, Magistratibus ejus convivio invitatis, haud secus quam Sathanas Adamum pomo decepit, potitus est, similibusque artibus majores antecessoribus nostris perjurio, fraude, dum illi fiducia ducti longinquioribus in locis distinerentur, ademerant. Et tu, pacis amantissime, cum dissidiae inter Livones advertisses, ea componere voluisti; composuisti ut lupi oves componere solent, de glubitis omnibus, aut ut praedones, viatoribus immaniter jugulatis, iisque aversis rebus, quæ eorum, quos trucidassent, fuere. Agnoscere te putamus nugas inanes esse, quibus tu jus tibi in Livonia vendicare instituis. De Sziebzo negas te arcem eam aut cessurum, aut demoliturum esse, quod, te puero, dum rerum in Polonia, et Lithuania Divus Sigismundus potiretur, extructa sit, quodque etiam Reges Poloniae Polotiam in potestate haberent. Addis praeterea, etiamsi tu Sziebiczum, nos Drissam deleremus, tamen nos, cum visum esset, Drissam iterum restauraturos. Denique, etsi tu de Sziebiczo nobis assentires, tamen nos semper aliquid reperturos, quod novum a te postularemus. Quaesumus te, vigilansne ista, an somnians fabularis? hoc ne tibi juris aliquid in Sziebiczo sumis, quod Regi Sigismundo eam aedificaveris? quin id tibi in primis repugnat; nam cum nostra Polocensis ditio ad Dunam usque fluvium pertineret, nuperque adeo a te occupata fuerit, satis res ipsa indicat in alieno injuste aedificatum esse. Id de ingenio tuo animi- An. 1581.

An. 1581 que consuetudine aspersisti, tua haec agendi ratio semper fuit, nos eo, cum id contra fidem fieret, nulla ditionum, aut utilitatum magnitudo impellere posset, Sziebezum sine Polotia annos complures tuae potestatis fuit, fuit equidem, at magna cum calamitate Lithuaniae incolarum fuit. Quod autem scribis nos praeter latas conditiones alias fuisse laturos, experiendum id fuerat, cum nobis iis de conditionibus, quas tibi tulimus, assensus fuisses; quod si fecisses, nulla cum dubitatione, quod nos quidem attinet, ad pacem res adducta fuisset, quae pax quam tibi utilis fuisset proxima, id Deus cum causae utriusque nostrum eventu dejudicaverit, tempusque declarabit. Tu interea obdura ut libet, Pharao Moscovitice, cor, animumque; de quadringentis aureorum millibus, quae impensa belli causa proposuimus, nobis respondes insolentem eam postulationem esse, tantumque abesse ut inter christianos populos usitata sit, quod ne inter hostes christiani nominis, Tartaris exceptis, suscipiatur. Videmus te ad alias tuas fraudes etiam monetae improbitatem adjicere, improbaque pecunia sumptum nostrum compensare velle. An non aequa haec ratio, an non legibus omnium nationum perlata, ut qui alterum injuria afficiat, non tantum injuriæ satisfaciat, verum etiam omnem injuriae illius causa susceptum sumptum sarciat, neque ablatam tantum rem restituat, sed una etiam damna compenset, ad extremum etiam rerum per injuriam possessarum fructus omnes, insolens igitur haec inter Principes christianos postulatio? An non Carolus V. Imperator non, ut tu verbis inanibus, sed rebus maximis gestis clarissimus, et in primis christianus Princeps hanc inter ceteras conditiones Francisco Gallorum Regi conditionem tulit ut praeter redditas civitates, arcesque, praeter cessa Neapolitani Ducatus, Mediolanensis, et Flandriae controversa jura, pro sumptu bellico quadragies centena millia aureorum persolveret? sic vero tibi, qui una cum majoribus tuis tot, tantasque ditiones eripuisti, quarum plerasque praetermittimus, qui opes permagnas pluribus ex locis, atque ut e multis unum nominemus, e Polotia, aliisque in Moschoviam exportasti, ex quibus plurimorum annorum fructus percepisti. Quibus de injuriis, dum nobis recusas satisfacere, ad ingentes belli tot annorum sumptus nos perduxisti. Hic tamen grandior tibi quadringentorum millium aureorum pecunia videtur, qua vix aliquam impensarum nostrarum partem, quas uno hoc jam anno fecimus, sarcire posses. Grave hoc tibi, molestumque visum est, at vero, si, ut coepit, Deus, cui confidimus, cetera nostra fortunaverit, intelliges haec tibi inprimis amplectende fuisse; nam hoc tuis prioribus oratoribus Ivano Vasziloviczo Legato Novogrodiensi, ejusque collegis dici verbis nostris curavimus, quo tu rem diutius duces, et a nobis licitando quicquam auferre niteris, tanto a te plura exactum iri cum nos, auctis in singulos dies sumptibus, laboribusque nostris, non possimus prioribus postulatis quicquam detrahere quin potius iis magis magisque graviora adjecturi simus, quoad (Deo nos bene adjuvante) tu rerum omnium summa haec luas. His ex rebus facile est intelligere, quod tu quaeris tua in epistola, quis nos orarit ut hunc contra te belli sumptum faceremus. Orat nos nemo, sed ut faceremus nos impulit pertinacia tua, impulere nos tuae injuriae in haec arma, quae gerimus, nosque adigunt illae, ut tecum armati et apud exercitus de pace agamus. Pacem perpetuam inire recusas, dicisque exploratum illud esse inducias certi temporis antehac conservatas, perpetuam pacem semper violatam fuisse. At cujus culpa haec violata? An antecessorum nostrorum Poloniae Regum? haudquaquam, tuorum enim majorum vitio id factum, quotiescumque a perpetua pace discessum est, De mer-

catoribus extremum illud quidem, ad actiones nostras de pace nihil attinet, ac si in te aliqua aequitatis mica esset, neque tu eos antehac per injuriam retinuisses, neque nunc missos non faceres, cum illi inducti fiducia tuorum promissorum pacis tempore, negociationum suarum causa in Moschoviam pervenerunt, a te vero nullo belli jure retenti sunt. Quamobrem non expectato belli exitu, quamprimum mitti oportuit, non autem tantis angustiis locorum exerceri, qualibus a te haberi ex Nuncio nostro accepimus. Vereri te ais, ne, si belli tempore dimittantur, nos de tuis rebus faciant certiores, eademque de causa ais a nobis etiam tuos, quos belli captos habemus, non dimitti. Verum nos eo tuos, qui nostra in potestate sunt, non mittimus, quod dispar illorum, nostrorumque, quos tu habes, ratio, ac commutatio sit. Quod si tamen pax inter nos sincera coivisset, potuisset a nobis sponte nostra eorum ratio clementiae plena haberi. Verum non agi de eo nobis ne ad te efferant tui quae apud nos gerantur hac nostrae facilitate intelligere potes, qua hoc tempore Palatinos tuos Wielizienses per Oratores tuos tibi liberos remittimus. Mercatores nostri num tibi in consilio adsunt, ut, quae secreta habes, scire, et ad nos perferre possint. Nam quod ad exercitus attinet, difficile eos quisque celaverit, ut sciri non possit, quam magni illi, quamque praestantes sint. Metuere te ajs ne nobis res ex Moschovia explorates afferant; scimus te omnia metuere, quod si minus faceres, tandem aliquando prodires, ac nobiscum congrederere. Respondimus ut antea vanissimae tuae inter nos rerum gestarum narrationi, ita nunc inanibus tuis causis, ob quas tibi conditiones proxime a nobis latas non accipiendas esse commemorasti. Reliquum est ut maledictis tuis impudentissimis respondeamus, quibus nos sparsim tota pene epistola tua incessisti; et quidem nos ad ea (quod non tua, verum nostra, ac ceterorum hominum causa, quibus aliqua animi prudentia, atque moderatio est, hic iteramus) quae nominis, atque status dignitatem spectant, inviti tibi respondemus, sed tua provocatio, tuaque in nos jactata maledicentia nos facile excusabit, patefacietque nos ad hoc genus respondendi non studio nostro descendere, sed tua petulantia protrahi, neque nos in te ulla convitiandi cupiditate ferri, sed te nobis, cum in nos summa cum virulentia invectus esses, necessario repellendum fuisse; tametsi quae vitae ratio nostrae adhuc fuerit, atque etiam nunc sit omnium in orbe christiano oculis patere potest, tua quoque acta, etsi a te in angulo orbis terrarum, inter sylvas, vastitatesque perpetrata sint, tamen sunt hujusmodi ut illis in locis latere non potuerint, sed inde ad omnium hominum cognitionem, et detestationem profluxerint. Praeterea committere noluimus ut te patientia nostra deteriorem redderemus, ac vanitati contra veritatem, improbitati contra virtutem viam ullam relinqueremus. Respondebimus ergo extremo etiam epistolae tuae, quando primis respondimus. Tuorum igitur convitiorum, quae in nos jacis alia eo potissimum pertinent, quod neges nos ex more, et consuetudine antecessorum nostrorum, aliorumque christiani orbis Principum in rebus agendis versari, ac primum nobis Gediminos, Algerdos, Iagiellos, Casimiros, Albertos, Alexandros, Sigismundos commemoras, eorum Senatores in memoriam revocas, quales se erga te, tuosque majores, dum de pace, aliisque rebus egere, gesserint. Enimvero antecessorum nostrorum exempla libentissime imitamur, atque ea nobis imitanda sunt; quaeque ad laudem suis in ditionibus constituere, laudamus, ac studiose conservamus. Sed quod attinet res cum majoribus tuis gestas, videmus perplacuisse tibi illas, veluti lupo in alienum gregem invadenti, ac de alieno sanguine ingluviem satianti potestas pla-

An. 1581.

*

An. 1581. cet. Serenissimi illi antecessores nostri summa gloria Principes maximas saepe res suscepere. Casimirus, quo Rege primum in ditiones nostras majores tui luporum more invadere coeperunt grave, diuturnumque bellum primum cum Crucigeris de Prussia gessit, post a Lithuanicis rebus subinde illi longius discedendum fuit, cum Bojazites Turcicus Imperator cum exercitu suo Valachiam versus movissit. Albertum temere commemoras cum ille Magnum Lithuaniae Ducatum non obtinuerit, neque tecum quicquam confine habuerit. Sed facis pro more perpetuo tuo, ut non explorata, sed a te commenta asseveres. Alexander partim dum Magno tantum Lithuaniae Ducatu potiretur omnibus vicinis hostibus eodem tempore satis obsistere non potuit, partim Regno Poloniae auctus multa Helenae uxori suae tui generis faeminae indulsit, consecuti deinde morbi, atque adeo mors est, ut et Magni Ducatus Lithuaniae pristini, et novi Regnum adeptus, imperii sui rebus in tanta ditionum amplitudine, pro eo ac cupiebat, satisfacere non posset. Sigismundum etiam initio cum Crucigeris, et aliis pluribus hostibus suae difficultates excepere. Patris tui exercitus delevit. Sed hunc tamen etiam pater tuus iisdem modis, hoc est, dum fraudulentis artibus multa cum eo paciscitur, nihilque ex fide facit, ac servat, circumvenit, quod illi facere promptum erat, dum hic Princeps, etsi inprimis sapiens, ut eum christiani nominis Principes patrem appellarent, libenter non tecum tantummodo, verum quoque cum hoste, dummodo is nominis christiani esset, cum detrimento etiam suo pacem sancire, ac colere desideravit; idque nec imprudentia, nec omni abjectione fecit, sed quod cordato illi, ac pio Principi nihil unquam magis curae fuit, quam ut cum fratre primum, post cum sororis filio Hungariae Regibus rei christianae consulere, ac succurrere posset. Cum Sigismundo Augusto ipse insidiose semper egisti, ejusque ditiones more majorum tuorum aliis, atque aliis injuriis vexasti, Polotiam, cum literas illi, quarum cautione a te oratores ejus tuto ad te pervenire possent, misisses, occupasti, qua de injuria bellum tecum gessit. Verum aliis de causis, tum in primis ob valetudinem tenuissimam suam id gessit minore potentia, et vi, quam oportebat. Nos successimus easdem ad res, neque a te aequi quicquam consequi possumus. Egregie te impudentem esse oportet, quem illorum temporum meminisse non pudeat, nec poeniteat injuriarum, quas tu, partim Majores tui attulere. Ne te fiducia eo major teneat, quod haec praeterita diutius tibi videantur; quanto annorum amplius illis rebus est, tanto injuriae major cumulus, *ac solet Deus, quo diutius improborum injuriis commovetur, quoque illi magis improbitatem augent, ad extremum tarditatem vindictae poenae magnitudine compensare:* quae tibi (noli ambigere) supra caput est. Tulit, ac indulsit tam diu Deus et tuae, et tuorum proterviae, cumulate vero poenas et ex tuis, et ex tuorum peccatis idem mox in te exiget eo maxime, quod te, tuosque majores optimorum Regum tolerantia, et bonitas deteriores reddiderit, quodque tu ipsos difficilioribus eorum temporibus furtim quodammodo semper violaris, ac majores tui violaverint, quodque res praeclaras, sanctasque, in quibus rerum christianarum salus versabatur, magno cum gloriae, Ecclesiaeque Dei detrimento in ipso cursu saepe impedieris, atque ex eo Reges illos, summae pietatis Principes impie revocaveris, majoresque tui revocarunt, quod denique nec tu nec majores tui non unam modo, sed ne plures quidem visitationis vestrae dies agnoveritis, quibus vobis Deus indulsit, dum Reges illo aliis rebus destinebat, dumque Regibus illis assiduam quamdam spem addebat vos aliquando aequiores fore ac tandem aliquando ut nomen christianum retinetis, ita

christianum cum christianis agendi rationem, consuetudinemque vos secuturos esse. Quo igitur ista magis a vobis spreta sunt, et hoc etiam tempore abs te aspernuntur, tanto minus in id juris consequeris, quod aliena cum injuriae possides, tantoque tu graviorum in te divini numinis offensam proritas. Ac videsis ut jam fortassis admota arbori securis sit. Ais Reges illos pacis tuendae causa alias atque alias arces recuperare praetermisisse, quae quis laudat non verbo, sed re ipsa, hoc est imitatione laudare oportet, ita se veritatis studiosum esse declarabit. Tu cur idem non facis, quod quidem tibi hoc magis faciendum est, quo minus de eo ut de tuo quidquam amittas, sed aliena tamen ut restituas agitur. Objicis nobis quod, dum tecum bellum gerimus, et nostras Poloniae, Magnique Lithuaniae Ducatus, et tuas ditiones affligimus, utrumque nostrum assinuari, fierique ut regiones utriusque, ethnicorum ut et injuriis oportuniores reddamus, facilioresque, ab iis occupari possent. O hominem te pium, ac nominis christiani studiosum! nae tu Lithuaniam, adeoque Poloniam hoc modo facillime omnem labefaceres, si pro arbitratu tuo tibi de iis, quae posceres, cederentur; tu quidem non hoc infirmior redderere, sed redderentur illae ditiones infirmissimae, neque esset quod occupare ethnici possent, postquam tu omnia intercepisses. Ethnicus is est, utcumque sibi nomen christiani hominis arroget, et improbissimus quidem, qui alienum sanguinem, eumque christianum fundit, aliena oppugnat, vastat, eripit: contra quod genus praedonum Regem quemque ditiones suae fidei commissas omni vi tueri necesse est. Hac enim de causa Reges constituuntur, contra malos, ut Divus Paulus ait, gladium gerunt, ac si quis, cum possit, suos non defendit, sed ut vexentur, et interimantur sui permittit, quam qui suapte manu interficit. Sic itaque se antecessores nostri gessere, sic nos gerere nos studemus, sic consuluere illorum Consiliarii, sic nobis consulunt nostri. Addis praeterea quod, cum Oratores tui Varsoviae essent, ac cum Senatoribus nostris colloquerentur, Nuncios Primarios ab omnibus Regni nostri ditionibus ad comitia missos a nobis adhibitos fuisse, quo nomine nos laudem apud omnes prudentes, et moderati animi Principes mereri posse judicamus, quod liberaliter subditis nostris imperemus, ac eam benignitatem in rebus agendis cum illis adhibemus ut quae tecum agimus, quaeque ad eos pertinere intelligimus cum iis communicemus quo nomine te nobis gratias agere conveniret, quod tibi, tuisque rebus eo magis cautum esse voluerimus, quodque ea, quae inter nos convenirent ut firma essent operam dederimus, quod ipsum tibi magis inferius declarabitur. Quod Oratores nostros ad te nullos mittimus, in hoc non est quod nos accuses, neque enim lex nulla de mittendis Oratoribus alius perlata cuiquam est, quam ipsius necessitatis; *illi igitur mittendi Oratores*, *cui ut mittat necesse est.* Ac credimus hoc tibi, quod te facturum negas, ut post quadragesimum, aut quinquagesimum annum nullos ad nos Oratores mittas, *magna haec bono etiam viro, nedum christiano vivendi usura est.* Noli putare tibi tantum vitae superesse. Non mittes tu igitur ad nos post quadragesimum, aut quinquagesimum annum, amittes fortasse ocyus, nos quidem de nobis nihil temere affirmamus, neque negabimus nos aut ad te, aut alios, ad quos ut mittamus res nostrae exposcent, missuros esse, quamquam sit saepe et illud inter Christianos Principes ut vel humanitatis causa, etsi nulla alia mittendi ratio sit, Oratores ad amicos Principes mittantur. Qua de causa et nos Oratores nostros principio Regni nostri ad te misimus, ac tibi ea re honorem nobis habendum esse judicavimus, quod cum tibi contemnendum putaveris, *nos margaritas porciis obicere*

An. 1581.

An. 1581. *desinemus.* Iam quod alio loco addis te, si Oratores nostros mittamus, rectius postulata nostra cogniturum, te proxime Vilna de iis apte, et copiose fecimus certiorem. Verum quisquis ille aut angelorum, aut divorum fuerit, qui tecum agat, *tamen tu pro consuetudine tua*, *ab obstinatione tui animi nunquam discedes;* atque tu haec hactenus. Quod deinde quereris nos non ex more antecessorum nostrorum, atque adeo non ex consuetudine christianorum Principum, quinimo ne ex ethnicorum quidem instituti, facere, quod ab te pro sumptu bellico, quadraginto aureorum millia postulaverimus, de eo nihil iterabimus cum tibi abunde de superius jam responsum sit. Ais etiam illud adversari christianorum populorum moribus, quod Oratores tuos in nos in castra nostra venire voluerimus, cum antecessores nostri eos Vilnae in sua Ducatus Magni Lithuaniae sede audierint. Quod attinet antecessores nostros, illi tuos et Vilnae, et Cracoviae, et Lublini, et Grodnae, et Warsoviae, et aliis locis, ubi res tulit, audivere; eo scilicet loco, quo id temporis ipsos versari forte evenerat. Sed est illud non mediocris stultitae *insolens*, *et alienum ab hominum moribus putare*, *si cum Oratoribus in castris agatur.* Legationes rerum necessariarum causa suscipiuntur, et eo loco rectissime audiuntur, ubi id necessitas ipsa maxime requirit. Quae vero evenire necessitas ejus rei major potest, quam ubi jam adducti sunt exercitus, ubi res in proximum discrimen fundendi sanguinis adducta est? Tum vero inprimis opus est ut per Oratores agatur, quo tot hominum vita, atque sanguis conservari possit. Qua de causa ubique gentium, cum res eum in statum deducta est, in castris de conventione maxime agitur; nisi vero quis imparatior ab exercitu hostium Oratores sua in castra propterea non admittat, quod animadverti nolit quam male sit a copiis, aliisque bellicis rebus instructus. Sic Romani homines bellicosissimi fecere, sic populi christiani etiam nunc saepissime faciunt, idque faciunt tanto cum fructu, ut saepe acies instructae, et jam oppositae, Oratorum actionibus pace conciliata diducantur; sic denique saepe Reges ipsi congressi, aut cum castris propinquis inter se distarent oratores mutuo misere, ac sine caede, et sanguine tranquillitatem, pacemque constituere, quod non ita multo ante annos inter Philippum Hispaniae Regem etiam nunc rerum potientem et Henricum patrem Henrici hujus qui hoc temporis Galliarum rex est, evenit. Verum nos multo minus tibi animi esse putamus, quam ut nobiscum aliquo propinquiore loco convenias, cum tu nobis, qui ea de re tibi nunciari juravimus, nihil respondeas, *semperque te a nobis longius*, *atque longius removeas.* Quereris porro iis, qui Oratores tuos ad fines nostros deducunt, jumenta, atque homines ipsos intercipi. Nos quidem avidi tuorum capiendorum minime sumus, satis eorum et nos, et milites nostri in potestate habent; Sed illud de quo quereris, nunquam nos inaudivimus; animadverteremus profecto in eos, quos haec committere nobis pateret; hoc vero exploratum habemus Naszazekinum tuum, cum a nobis ex Lithuania se ad te referret, subditum nostrum, qui deducendo adfuit abreptum in Moschoviam transtulisse. Verum tulit non impune illud, cum paulo post nostram in potestatem captus perveniret; ille vero ante abreptus ex Moschovia evadens ad suos rediit. Obiicis et illud virulentissime ignorare te quonammodo tuorum Oratorum unus ex iis, quos primos omnium ad nos miseras, in Regno nostro obierit. Noli putare improbissime, etsi ageretur de capitis nostri discrimine, nos quemquam per scelus interemptum velle. Ex obitu vero illius Oratoris tui quae nos commoda capere potuimus? nolumus quaerere ex te quomodo frater tuus Wlodimirus inter homines esse desierit, con-

stat omnibus illi moriendum fuisse. Habes de more antecessorum nostrorum, et consuetudine hominum prudentum, et christianorum, deque tuis comitiis, *tuo quidem more*, *sed barbare*, et praeter rationem omnem in nos jactas. Qua nobis vanitate dissimilitudinem moris, et consuetudinisa Christianorum principum more tuis in literis adscripsisti, eadem etiam superbia adscribis, *quae rudibus et barbaris*, *cujusmodi tu, ac tui semper fuere, atque adeo in te tuosque semper competebat.* Obiicis nos superbe a te multa postulare; quae postulaverimus jam ante tibi ostendimus. Cumque hoc tantum agamus ut nostra nobis restituantur, non superbe nos *sed tu superbissime, et avarissime facis*, *qui nostra retines.* Quereris deinde nos Oratores tuos Cracoviae contempsisse, tamque pupillos aliquos ad nos introduci curasse, et nostram Altitudinem veluti Deum aliquem aspicere voluisse. *Quid agis nugacissime?* Oratores tui honorifice ad nos per Mareschallos primarios nostros Senatores deducti fuere, cumque ita deducti essent, illo fastu, illaque protervitate nobiscum egere, de qua superiore loco tibi scripsimus. Quod vero dum e Cancellaria nostra verbis nostris scriptum tibi est, additum fuerit adductos fuisse Oratores tuos ad Altitudinem nostram, usi sunt, qui scripsere, ea voce, qua nos, et Pontifex Maximus, et primarii Principes appellari solent, et qua nos voce Caesarem christianum, et Reges christianos appellare consuevimus. Quod vero Altitudinis nomen ad Deum tantum referri agis, *id imperite*, *ac stulte facis;* voce ea latini imperium, et potestatem humanâ significant, cujus quidem verbi usus a Republica Romanorum manavit, qui id non tam summo alicui Magistratui, quam ipsi populo universo Romano tribuerunt. *Poloni ea appellatione consessum Regium significare coeperunt;* qui quidem consessus tum etiam cum Oratores tuos audiremus, cumque alia negotia Regni nostri explicamus, istiusmodi est ab ornatu, ceterisque rebus comparatus, qualis antecessorum nostrorum fuit, ac quali Reges alii in orbe christiano uti consueverunt; assident nobis Senatores nostri viri in primis graves, et praestantes *non circumsistunt nos dum Oratores audimus*, *ut fiere apud Tyrannos mos est strictis securibus, et gladiis carnifices. Ostendisti inscitiam*, *stultitiamque tuam*, *dum superbiam nostram conaris ostendere*, pergis eo velle nos superbos esse docere, quod te de capta Luco fecimus certiorem, jactandi, ac minitandi (ut putas) studio. Cur eodem loco non commemoras nos te de Polotia capta scire fecisse, et quomodo fecerimus cur non exponis, quomodo de Luco illud tibi perscripserimus? eo certe pertinebat, ne res longius etiam ad caedem, et sanguinis profusionem progrederetur, tuque non ignorares nos non majore successuum nostrorum, quos Deus fortunavit, nostrarumque victoriarum delectatione, quam studio teneri tecum justis, honestisque modis pacificandi, quam ad rem ut tu promptior redderere (rudem enim ac pertinacem, qui asini instar ratione non regitur, aliisquam ratione modis eoque oportet adigere, necesse est) et ne inanibus, levibusque rebus nobis satisfieri posse putares, ista tibi tum praescribenda esse putavimus. Sed illa ratio faciendi certiorem an non a te primum profecta est? tu modo memoria repete, quales ad nos literas, captis per fraudem, ac cum improbis quibusdam conventione in Livonia arcibus aliquot nostris, cum nos tuis literis (quod super tibi ostendimus) in pacis fiduciam adduxisses, quales inquimus literas quam plenas jactantiae ad nos, ad Krupscium, aliosque tum dederis. Commemoras etiam illud magni animi motu, quod Oratoribus tuis literas priores, quarum cautione tuto venire possent, non ex dignitate satis criptas miserimus. Ridiculum profecto: an literae hujusmodi dignitatis amplificandae cau- An. 1581.

An. 1581. sa Orotoribus, aut aliis quibusvis dantur, an ea potius gratia ut tuto, libereque venire, redireque possint? alio literarum genere, in quibus aliquid mentis est, utuntur ad ornamentorum suorum amplificationem, quam istis itineris tuto faciendi nomine scriptis. Dat vero quisquis non vanus hanc ante omnia operam, ut moribus suis et vitae integritate omnibus comprobet se honore, et ornamentis quam dignissimum esse. Verum quid quereris? satisfecimus enim tibi, et quales tu volebas literas ad te misimus. Adjicis ad superbiae convitium alterum levitatis, maximeque accusas quod subinde alia atquealia ab te postulemus, nec ulla nobis ratione, etiamsi omnia nobis assentirere, satisfieri posse. Est ita profecto; nobis satisfieri non patiemur, quoad nobis verba potius, quam res ipsas quas debes, dare perges, et conditionibus non assentieris, quibus nostra compensari possint. Adhuc enim omnibus istis inter nos actionibus nec ea, quae Reipublicae ademisti reddere, nec sumptus, in quos nos conjecisti sarcire voluisti, sed initio mittendis tuis Oratoribus te nobis satisfacere posse existimabas, quod quidem, cum nostra nobis non reddiderint, momenti per se nihil habet. *Deinde fratris appellationem adiiciebas*, quam a quovis Principum Christianorum nobis oblatam minime repudiamus, ita a te ne unius quidem jugeri detrimento aut cessione nobis expetendam esse putamus. Fratris est fratrem contra injurias defendere, non injuriis vexare. Coepisti nobis postea arces exiliores permittere, quarum pleraeque nostrae potestatis erant; cumque deinceps aliquid adiiceres, id tum demum faciebas, cum nos jam majoribus sumptibus immersisses, ut nobis non minora, sed necessario majora semper a te postulanda essent; ad extremum denique tuis istis fatuis, perversisque rationibus, quas tu quidem plenas sapientiae judicas, sed quibus vix pueros, nedum nos, aut Senatores nostros circumvenire posses, consecuturum te quod velles existimasti. Audivere ex nostris Senatoribus illud (quod ante tibi significavimus) Oratores tui, et quidem saepius audivere, quo causam hanc diutius ducerent, quoque nos ad majores impensas impellerent, hoc nobis graviores semper conditiones ferendas esse, quod quam necessario faciamus res ipsa indicat. Ac nos quidem ad illud usque tempus nullas tibi conditiones tuleramus, tantum quod tu offerres cognoscebamus; deinde re cum omnibus Regni, et Magni Ducatus Lithuaniae ordinibus communicata, jussimus Oratoribus tuis significari difficile nobis esse tecum de pace agere, antequam nobis Livonia universa decessisses, ceteris vero de rebus nos sententiam nostram explicaturos, cum tu Livoniam nobis permisisses. Quod cum ex tuis Oratoribus accepisses, per eas, quas postremo ad nos misisti, omnem nobis Livoniam, quatuor exceptis arcibus, permiseras. Quemadmodum constantiam nostram traducis, ita nos perversitatis, ac doli insimulas. In armis non esse ac (ut tuis utamur verbis) in equo sedere, arcemque Lucensem oppugnasse, dum cum Oratoribus tuis egimus, addisque nobis brevissima temporis spacia tuis praescribere. Nae tu minus homo es, qui querere, quod te nos circumvenire, et fallere eximendis temporibus passi non simus. Nihil enim tempore prudentibus preciosius est. Quid ad Lucum nobis ociose sedendum fuit? an tibi, cum ad nos Nuncios tuos de Oratorum adventu mitteres, non praediximus nobis res nostras curae fore, temporis opportunitates non amissuros, tu istud ne amitteres? Quis nobis arma haec induerit? quis in equum collocarit? de eo jam ante tibi respondimus, id scilicet a te factum esse, et hoc quidem magis, quo tuas injurias quisque diutius ferat, hoc juri tuo facilius imputes, obiiciasque deinde repetenti inde usque ab Adamo repeti, idque tum nobis obiicis, cum iis de rebus scribis, quae pri-

mum Casimiro Rege avo Sigismundi Augusti affinis nostri averti coeperunt; id etiam fraudem appellas, quod non usitata ratione Sokolam flamma deleverimus; vera ne haec culpa est te ut cetera, quae recte fiunt, itaquae ad belli administrationem pertinent ignorare? quid? tibi ne ulla tenemur obligatione ut te belli artes, et apparatus edoceamus? Quod gravissimum est et proditionis nobis crimen imputas, dum obiicis nos literas sparsisse quibus declaraverimus nos tuos injuria affectos, aut trucidatos minime velle, quod a te uno nos omnes injurias accepe-rimus; animi tui perturbatio, et furor facit ut scire rationem Principum christianorum plenam humanitatis non possis. Fit enim illud toto orbe christiano ut ne cujusquam sanguis sine injuriarum explicatione, et denunciatione vindicta perfundatur. Ais nos tuis cum proditoribus Krupschio, Wlodimiro, et Chiczierzino Polotiam cepisse. O opem singularem trium hominum, qui se crudelitati tuae ita eripuerunt, ut praeter animam, jugulumque nihil offerrent. Ostendis profecto te alio perpaucos habere, cum de his tanto cum dolore scribis; ab antecessoribus illi nostris non subsidii alicujus, sed miserationis christianae, ac humanitatis causae recepti, ac liberati, rebus necessariis omnibus aucti sunt. Quod de Polotia, Iezierziszczia, et Wielizia scribis per proditionem tuorum nos iis potitos esse, jam ante quae in hoc sit tua vanitas vere ostensum est. Ac ne Iezierziszczia quidem id temporis quo tu censes, occupata fuit (*quo quidem declaras ita malum te esse patrem familias, ut quando quicquam rerum tuarum amittas nescias*). Sed postea demum cum capta jam Luco, ac Nevela a tuis ditionibus longius Iezierziszczkzia distracta esset in potestatem nobis venit; noli tuos subditos criminari, noli calumniari, quales tu quidem ut habeas minime mereris, neque enim tu crudelitate tua dignum eorum fide, ac charitate praestas, cum tua causa ferrum, globos, flammam contemnant, fortunas, liberos, conjuges, vitam amittant, abs te ipso illi deseruntur; *habebas ante biennium exercitum ad Pleschoviam, cur illo tuos non defendebas?* quin tu potius delete Socola, tuis per literas imperasti ut arces, tormentis corruptis, et pulveribus inflammatis, turpi fuga desererent. Si negas, tuis hoc literis, quas habemus, facile tibi comprobaverimus. Cum ad Lucam essemus, erant copiae tuae ad Turopecium, cur tum ad nos tuo cum exercitu non accessisti? cur non defendisti tuos? cur denique prohibuisti ne copiae tuae ullam cum nostris ad dimicationem descenderent, tantum operam intercipiendis pabulatoribus darent? Gallina vilissima contra atrocem aquilam, aut accipitrem pullos suos alis obtegit, et tuetur, et tu aquila biceps (hoc enim sigillo ad obsignandum uteris) latitas, nusquam appares. Nec satis habes proditionem nobis imputare, adiicis perjurii contumeliam, tu cum sis omnium una cum tuis omnibus maxime perjurus, crebro enim nobis commemoras Oratorum nostrorum juramentum, quae res ut gesta sit jam omnibus patet, et supra perspicue satis explicatum est, ut tuae huic calumniae locum relinquere nemo possit. Quomodo nos te circumscribere potuimus juramento, ut tu ais Oratorum nostrorum fidentem, cum tu prior exercitus tuos contraxisses, et posteaquam cum ipsis jam ad Pleschoviam consedisses, nos tum primum, misso tibi responso, Polotiam progressi sumus. Nec te quicquam juvat, quod falso vis, nos iis in rebus, de quibus aut per Oratores nostros tecum, aut nos ipsi cum Oratoribus tuis constitutum aliquid habuimus, nos justam satis juramenti, ac conscientiae nostrae rationem habuisse, cum in nostra Regni inauguratione juraverimus nos erepta Reipublicae recuperaturos esse, ac si quae conventa tecum juramento nostro sanciturі essemus, non fallendi tui causa nos esse facturos

An. 1581.

An. 1581. ut Livonia, pecuniaque a te accepta tuis rebus aucti, de integro te majore vi oppugnare possimus, cum utrumque jusjurandum, et prius illud inaugurationis nostrae, et posterius quod in res tecum conventas dandum esset inter se dissidens, ratum, firmumque esse non possit, *improbe, et virulente calumniator, alienae conscientiae criminator, infide custos tuae.* Quemadmodum Regni nostri Poloniae, ac Magni Ducatus Lithuaniae interest, ut sua abs te recuperent, ita nonnulla condonare paci publicae possunt, tuis vero subsidiis minime egent, satis ipsa per se nervorum habent, ac habere tu hoc tempore experiris, et experiri perges. *Tu carnifex hominum non Princeps, qui tuis non ut hominibus, sed veluti bestiis imperas,* ac censes ubique eam in rebus agendis rationem esse, quae tibi in Moschovia familiaris est, quin alia longe est. Cum Reges pro Dei arbitrio Regnis inaugurantur, Reges dicimus. Christiani itidem Principes omnes hoc jusjurandum dant se eam in rem amissa recuperandi incumbere velle non (ut tu accipis) sine ratione ulla, sed sine perturbatione rerum earum, quae ad publicas rei christianae rationes attinent, et sine suorum, ac ditionum suarum detrimento. Qua in re cum Principibus, eorumque subditis plurimum sit situm, Reges, qui aequitatis, et pietatis studiosi sunt, convenire cum suorum subditorum Ordinibus consueverunt, et eorum scitu haec administrare bella, et suscipere, et deponere. Nos igitur ea de causa etiam ad colloquia cum tuis Oratoribus Nuncios ditionum nostrarum primarios convenire jussimus, ut hac in re et conscientiae nostrae, et tibi cumulatissime caveremus, et quae tecum conventa sancirentur, ea certa, ac firma esset. Videsne integritatem animi nostri, quam iis in rebus, quas tu satis non intelligis, et quibus satis cavere tute non potes, candide adhibemus. Non praetermittis rem tibi, ac majoribus tuis familiarem, ac haereditariam crudelitatem nobis adscribere ea de causa, quod tecum bellum gerimus, tecum inducias sanciverimus; addis et illud ad Socolum fuisse, qui cum tui caesi essent, e cadaveribus nonnullis exenteratis adipem humanum abstulerint. Quod tibi bellum facimus, tu facis, qui nos eo injuriis, ac pertinacia tua impellis, et tute sanguinem tuorum effundis, qui dum nos injuriis violas, ferrum nostrum in tuos infers, nec illos defendis. Nam quod adipem cadaverum quorumdam attinet, nihil de eo nobis constitit, percunctantibus vero nobis significatum fuit chirurgos Germanos medicamentorum causa ista sumpsisse, quod nusquam in orbe christiano mirum videri potest, ubi cadavera humana saepissime in partes minutissimas dissecari solent explorandi causa quis membrorum maxime interiorum in corpore humano situs sit, quo facilius vivorum morbis, et vulneribus succurri possit. *Illud crudelitatis est vivos, cum servare possis, trucidare, captivos cruciatibus vexare,* quod quidem numquam a nobis factum est, quinimo tuorum plurimos dimitti jussimus, captivos vero, quos nostra in potestate habemus, humaniter habemus, non carceribus compingimus, nec homines agrestes ab exercitu nostro interimi patimur; tulimus etiam in tuis Oratoribus illa, quae adhuc Principum christianorum nemo tulit, ad quem quidem tam fraudulento agendi instituto unquam Oratores pervenerunt. Videre enim est ex illis etiam literis, quas ad te ex ditionibus nostris mittere instituerunt, eos tantum insidiarum, et ducendi temporis causa ad nos venisse, qua de causa initio nobis aequiora a te obtulerunt, mox eadem subtraxerunt, posteaquam nobis inducias quatuor septimanarum diligentissime exorassent; quibus de induciis cum nostras literas ad praefectos artium nostrarum, militumque misissemus, et Nuncius Oratorum tuorum in Moschoviam pervenisset, copiae tuae in ditiones

nostras ad Borystenem irrupere; nec parcis Senatoribus nostris, quos se more Senatorum priorum, qui antecessoribus nostris adfuissent, non retinere dicis, et Oratores tuos adegisse criminaris, ut literas suas ad te scriptas ipsis legendas offerrent, sed ea de re utraque super tibi responsum est. Criminaris et illud, quod tuis Oratoribus dixerint nolle se de Livonia licitari, ac si licitari Oratores vellent, operam lusuros, ac frustra venisse. Quid erat quod aliud, quam res ipsa esset, dicerent, quamque in comitiis erat constitutum, difficilius scilicet Ordines a Livonia discedere, aut quidquam tibi remittere posse, cum eam se defensuros esse recepissent quam de ceteris rebus possent, quibus nulla jurisjurandi religione obstricti essent. Videmus tibi molestum esse, et succensere te cum illis, tum nobis, quod eos caros habemus, ac quam par est, eorum rationem ducimus, quod quidem nos libenter facimus, ac facturi deinceps sumus. Nemo est christianorum Principum omnium, qui ratione reguntur, qui cum se hominem esse meminerit, cum se offensione, irae, cupiditati, vindictae, aliisque animorum motibus pro humanae mentis conditione obnoxium sciverit, cum omnia per se unum cognosci, oculis suis pervideri, auribus accipi non posse perspexerit, sibi Senatores, homines prudentia, dignitate, meritis in se, suosque majores praestantes non asciscat, sibi adjungat, et in partem oneris sui vocet. His igitur de causis consiliarios nostros vituperas, nosque suggillans, nos superbiae, nos levitatis, nos perversitatis, nos perjurii, crudelitatis, impietatis denique incusas; nos Senacheribum, nos Amalechum, Mazentium nominas; saepe etiam nobis ethnicos, et, ut tu vocas, Bissurmanos commemoras; sacrarum Literarum sententias, et psalmos recitas spiritus sancti plenos doctrinae coelestis, et compunctionis causa scriptos, quas ad res iis hominos pietate aliqua praediti utuntur, non ad explendam virulentiam suam, non ad alterius obtrectationem (quo inprimis nomen Dei in vanum usurpatur) conferunt. Deligis praeterea ex sacris Literis ea, quae in homines impios scripta fuere, eaque in nos confers, quae vero de innocentibus, de eo qui Deo fidat reperire potuisti, tibi assumis. Tu igitur humilis, constans, doli expers, sincere servator jurisjurandi, misericors, pie; quae humilitas, quae constantia, quae veritas, quae fides, bonitas, pietas tua est? fastus, ac superbia tua nemini non toto orbe terrarum nota est; illam enim ea omnia, quae superioribus temporibus gessisti, declarant, et haec nuperrime inter facta, quae superius enarrata sunt; declarant infiniti tituli tui, quorum alios, atque alios tibi semper comminisceris. Declarat itidem tuarum ditionum, quas non obtines, quasque nullo jure obtinere potes, longa enumeratio. Nam quid te universa Russiae dominum scribis, cum ejus partem tantum possideas? Polotiam tuis titulis adscribis, quam non ita pridem summa cum injuria occupaveras; nuper cum magna animi tui pusillanimitate amisisti. Declarat denique recitatio, exilium possessionum, cujusmodi qui possideant multi in Regno nostro Nobiles reperiri possent. Declarat ad extremum Nominis tui varietas, nam quid est, *quod nunc Ioannes subito nomineris, qui antehac Iwanus Waszilievicz fueris. Graecorumne es, aut Romanorum, aut Hispanorum aliquis, ac Moschus esse desiisti? jam quid dicamus de novis ad titulos tuos accessionibus, quibus te patrium, te haeredem nominas, te in titulo temperantem et pacificum appellas, innocens ovicula!* At quid tam saepe iteras illa patrii, et haeredis nomina, ac si dubium cuiquam sit te filium esse patris tui, et matre natum tua, haeredem Moschoviticae ditionis? Nemo id de patre exquarit, neque est cur tu de illo te sollicite purges. Scitur cujus tu patris sis filius. Scitur qua sis matre natus,

An. 1581. filia scilicet Glinscii, qui antecessoris nostri Divi Sigismundi proditor fuit. An eo illud facis ut nobis quicquam detrahas, qui ad Regnum electione pervenimus, Rege patre nati non simus? fuere omnibus temporibus, et sunt nunc etiam multa in orbe christiano Regna, Principatusque, quibus Reges, aut Principes eligi, non nasci consueverunt; nec minore cum utilitate Reges, et Principes imperare solent, quos suscepta virtus, probatique mores, non ortus conditio ad Regna produxere. Sic Pontificem Maximum Cardinales eligunt; sic Imperatorem primariam inter Principes christianos dignitatem obtinentem Electores Germanici eligunt. Eadem et nos ratione, pro jure, ac more Regni nostri, judicio de nobis omnium Ordinum, totque hominum nobilium facto, in Regia dignitate collocati sumus, *ut tibi nequaquam invideamus, quod te non judicio plurimorum hominum, aut non explorata virtus tua, sed uterus muliebris Moschoviae Dominum imposuit.* Nati nos etsi Rege non simus, Regnum tamen obtinemus, tibi vero id assequi difficillimum fuisset, nisi ita ut es, natus fuisses; sine eo enim ad nullum Principatum pervenisses, *quin te potius mores tui aut pastorem aut praedonem effecissent.* Non nobis molestum est, quod hac in re obiicis; non esse cuiquam molestum potest homini inter homines liberaliores nato; honesta res est e nobili, virtute praestante patre, ac matre nobili, nec suspecta nasci. Nobilitatis ordo hujusmodi est, ut Imperatores, Reges omnes nunquam illi Ordini renuncient, cumque rebus maximam asseverationem, certitudinemque afferre volunt, nobilitatis nomen adhibeant. Neque ullum fuit unquam viro prudenti dubium, quin longe potius sit e nobili viro, ac bono, et casta muliere nobili nasci, quam scelerato Rege, improbaque Regina gigni. Quod igitur Dei beneficio ex equestribus, et nobilibus majoribus orti simus, qui rebus christianis praeclaram saepe operam navaverunt, magna munia, ac amplissimas dignitates, et praecipuos honores gesserunt, denique ditiones separatas administrarunt, idque egregia pietate, ac virtute fecerunt, etsi Regium fastigium non obtinerent, Deo permagnas gratias agimus *nobisque optatius est nos ita ut sumus, quam ut tu natos esse, qui ortu tuo non contentus, aut superbia, aut aviditate ad Prussum inter homines nunquam natum originem tui generis refers.* Nos Reges Poloniae (quod ais) antecessores nominamus, cum in locum eorum successerimus, majores, genitoresque non dicimus, quod ex iis nati non simus, sed illud tituli tui additamentum orientis, atque occidentis vane tibi accessit: Sathanas cum per fastum Deo adversaretur, sedem suam in aquilone collocare voluit, tu tibi et orientem, et occidentem sumis, ut Deo praeter quartam coeli, et terrarum partem tu, atque Sathanas nullam relinquatis. Nominas te deinde Crucis Christi Vexilliferum, tui qui cum Sathana Deo septemtrionem, orientem, atque occidentem adimis; sed crucem Christi tu fers, an potius tuis intolerabilem crucem infers? Christi crucem fers, qui rebus secundis intemperanter te effers, contumeliose, superbeque alios sugillas, atque in Reges christianos animi tui impotentia insolenter inveheres? Haec igitur tua humilitas est: at vero qua ditione, factorumque tuorum constantia, ea se in tuis de pace nobiscum actionibus ostendit, cum tu, concessa nobis universa Livonia, quatuor tantum ex certis arcibus, mox triginta ad te revocares? Ostendit etiam ex eo quod tibi quot convivia tot uxores habeas. Magnum Regno Livonico inaugurasti, quo deinde in honore habueris constat. Cetera scientes praeterimus. Sinceritas vero quae tua est? cum literas tuas, quibus Oratores nostri tuto ad te venire possent, ad nos dares, cum Nuntios tuos mitteres, nostros detineres, literas scriberes, nos Vilnae retar-

dares, cum, ita ut est expositum per Oratores tuos et priores, et posteriores, nobiscum ageres cum legationibus tuis (ut abunde ostensum est) nihil tibi sincere quaereres, tantum ut nos ludificarere laborares, satis declarasti, qua integritate, sinceritateque praeditus sis, nec tamen praetermittis quin de brevitate temporum praefinitorum queritere puerorum instar, qui cum quod volunt non consequuntur, lacrymas effundunt, ita quod falli, et decipi a te nos passi non simus, eo nobis succenses. Satis tibi sit quod nos Oratores tui, dum inducias quatuor septimanarum a nobis exorant, circumscripsere, ut interea tuus ille Equestris Ordo cum agrestibus nostris manus consercre posset. Iam vide quae tua fides sit. Nolumus commemorare majores tuos, fuere enim Iagellionis, fuere Vituldi tempore induciae, sed quis eas posterius, Casimiro Rege, violavit? quis alienas ditiones invasit? fuit cum Alexandro Rege jusjurandum, fuit et bellum, fuere eadem tempore Sigismundi, uter alteri quicquam eripuit? Sed ista mittemus, de te tantum dicemus, an illud pejerare non est? an non jusjurandum ludum, jocumque putare, cum tu subjiceres literas, in quas tu ea scripsisses, in quae jurare nos minime conveniret? Apud Romanos etiam tum ethnicos, et hoc tempore inter christianos, siquis literas corruptas, falsasque, ad jus alienum pertinentes subjecisset, etsi in eas non jurasset, illi tamen capitalis poena legibus irrogatur. *Humanitatem vero tuam praedica, et simul vide ubi frater tuus Wlodimirus,* ubi tot tuorum ex nobilitate, atque omni genere hominum homines sint? ubi tot milites tui, quorum tu de cadaveribus succenses, dum supersunt, vivuntque pensi non habes, quinimo iis iratus es, et proditores appellas, quibus nos vitam largiti sumus, quique permissu nostro ad te revenerunt. Sed haec fortasse parva putas omnia explere crudelitatem in alienis, ut nuper homines agrestes ad Borystenem vexasti, captivos cruciatibus acerbissimis lacerare, in quo cujusmodi fueris quoties tibi conatus tui successere cum in Livonia, cum aliis in locis, ut non modo in viris, verum etiam feminis, atque adeo in infantibus nondum in lucem editis nullum immanitatis genus praetermiseris, ut ethnicos jusseris in conspectu tuo puellas honestissimas violare, haec illi unde cognitum habeant, qui ista toto terrarum orbe, libris ea de re scriptis pervulgavere, si placet quaere. Sed pietas tamen tua singularis est; fructus in hanc tui, tuaque haec acta, matrimonii observantia, rerum ecclesiasticarum pro arbitrio tuo instituta, ac persuasio illa, qua et tu, et majores tui nostros imbuistis vos super omnem legem esse, quae tua sit pietas ostendunt. Tu igitur ipsum in primis fac noscas, haec enim summa sapientia est, ac quo tu id facilius facias, *mittimus tibi librum* non tantum privilegio Sigismundi Augusti Antecessoris nostri, verum etiam concessione, ac privilegio Imperatoris Maximiliani editum, ac divulgatum, et mittemus deinceps plures, si te hoc delectari, idque te velle intelligemus, mittemus vero ut te tuumque genus in iis agnoscas, et veluti in speculo contemplere, cumque te satis jam noveris, tum primum in alios tua acerbitate inveharis. At vero qua tandem tu audacia nobis tam saepe ethnicos Byssurmanos tuos obiicis *tu qui tibi cum iis sanguinis esse conjuntionem voluisti*, cujus majores Byssurmanis illis agasonum loco scabellis dum equum Praecopisium Tartarorum Principes inscenderent, fuissent, qui lac equinum, quod ex ore sessoris defluxisset, et juba equi liguriissent. Nos si cum Imperatore Turcarum inducias habemus, habemus eas legittimas, et honestas, neque alias ullas, quam quales antecessores nostri Poloniae Reges habuere. Tu igitur istis cum moribus tuis nos Senacheribis, Amelechis, Maxentiis comparabis *tute Cainus, Pharao, Nero, Herodes, Pha-*

An. 1581.

An. 1581. *laris, Antiochus? Perges tu mentiri vocibus Spiritus sancti, ejusque scriptis nobis maledicere, nosque condemnare, cum tu lupe rapacissime oves persequaris?* Non tu pridem ista, quae nunc tibi adscribis, precabere? Ex tribulatione mea clamavi ad Dominum. Sed quod illi gigantes suis, hoc tuis jactabas. Venite, dilatemus nobis imperium, cujus culmen pertingat ad coelum, et celebremus nomen nostrum, cumque tibi res in Livonia secundae essent, anteaquam nos arma contra injurias tuas cepissemus, meministin fastum animi tui, cum equum ascendens, catenis cinctus, e quarum altera Evangeliorum librum altera Horologium suspenderas, hastam, ut Goliad ille adversus Davidem, sumebas, teque apud captivos jactitabas ea te hasta nobiscum congressurum esse; tui itidem Aulici, cum Internuntius noster Haraburda apud te esset, qua non superbia nostris tam Poloniae quam Magni Ducatus Lithuaniae populis illusere, cum eos imbelles esse conviciarentur, utque illi Holophernis satellites dicerent, ad reliquias Livoniae, et inde longius progrediamur, ut sciant omnes gentes, quos Ivanus Vasziliovicz Deus terrae est, et praeter ipsum alius non est. Anteaquam tu utendum tibi divina scriptura, et psalmum illum recitandum tibi putares, agnoscere te peccata tua, et ordiri primum a psalmo quinquagesimo oportuit. Miserere mei Deus secundum magnam misericordiam tuam etc. nec quidem id satis esset ore promittere, ac dolere, nisi idem faceres, quod Zachaeus poenitens, qui, quos re aliqua fraudarat, iis quadruplum reddidit; tu vero nobis rerum, quas nostrarum habes, restituere noluisti. Ait Servator noster temere illum accedere ad altare, et munus suum offerre, qui fratri suo antea non satisfecerit, et reconciliatus fuerit. Orabat et Antiochus cum Deus eum peccatorum causa extremis jam malis affligeret, et plagam mortiferam Tyranno infligeret, neque orabat solum, verum etiam templa aedificaturum se pollicebatur; quid de eo Scriptura sacra? hoc quod et in te competit. Orabat hic saelestus Dominum, a quo non esset misericordiam consecuturus. Finem jam his literis scribendis isto faciemus, ut tanto magis pateat fraus tua, ac causae nostrae justitia; ut constet te non quod rationem induciarum habeas, quae inter nos, ac te superioribus proximis annis mille fuerunt, sed quod metu tenearis altero Tyrannorum omnium carnifice (alter enim illorum carnifex est cupiditas) adhuc latuisse, neque unquam te nobis obtulisse. Praeterea ut constet et te falso amorem tibi erga tuos adscribere, et nos vera erga nostros benevolentia, et charitate ferri. *Arma sume, atque equum ascende*, conveni, atque utrique nostrum de certo etiam loco ita congrediendi tempore, et ostende qui vir sis, et quantopere justitiae causae tuae confidas, duo nos ferro decernamus, hoc modo minus christiani sanguinis effundetur. Quam conditionem si accipis, fac nos certiores, nos enim tecum promptissime manum conseremus. Ostendet Deus judex justissimus cujus causa aequitate nitatur. Quod si tu detrectabis, ipse de te judicium feres, ac declarabis in te nec veritatis, nec animi quicquam non modo Caesarea (qaum tibi arrogas) amplitudine, sed ne viro quidem, ac muliere digni haerere. Quidquid tu faciendum tibi putaveris, sive te stiteris nobis, sive nos fugeris, non dubitamus quin Deus nobis affuturus sit, qui justitiam veritatemque locum suum obtinere sinet, eaque omnia, quae inter nos gesta sunt, et deinceps gerentur, ut nobis ad finem optatum, ita tibi ad interitum tuum perducentur. (1851, 2 Augusti).

ex tomo 72 Politicorum, pag. 349.

CCXXVI.

Ex litteris Regis Poloniae ad Vice Cancellarium suum ex castris ad Voroneciam die 14 Augusti 1581. (Causae oppugnandi Plescoviam afferuntur; Arces Moscoviticae, Crasna-Gorodia et Ostrova a Polonis occupatae.)

Изъ письма Короля Польскаго къ Вице-Канцлеру его изъ лагеря при Воронежѣ (въ Псковской Губерніи) отъ 14 Августа 1581. Причины, побуждающія Короля осадить Псковъ; крѣпости Московскія, Красный городъ и островъ взяты Поляками.

An. 1581.

Postquam superiores proximas nostras ad Sinceritatem V̄ram Polocia litteras dedissemus, quibus eam de initis nostris cum hoste pacificandi actiones fecimus certiorem, cum exercitu propius ad hostiles ditiones progressi sumus. Eo in itinere cum Senatoribus nostris, qui nobis adsunt, ac praecipuis militum nostrorum Praefectis communicavimus, quo potissimum nobis hac expeditione tendendum, quidve ante omnia oppugnandum esset. Veniebant hanc in deliberationem duo tantummodo, ut aut Novogardiam, aut Plescoviam moveremus, quod, alterutro loco potestatis nostrae facto, ad aequabiliorem pacem impelli posse videretur. De Novogardia tamen facile repudiata sententia est, quod remotior esset, quam ut tanto cum exercitu, et gravioribus, pluribusque cum tormentis vel mature satis pervenire, vel, si pervenissemus, et res forte minus secundae fuissent, nos sine incommodo inde recipere posse videremur, ubi arcem nullam, quae nostrae ditionis esset, a tergo propinquam haberemus. Itum igitur eam in sententiam est, ut Plescoviam potissimum moveremus, a qua arx potestatis nostrae Vormecia non amplius milliaribus sexdecim abest, quoque nobis omnia ob propinquitatem fluminis, itinerumque facilitatem opportuniora sunt, quaque capta, hostis ab Livoniae aditu maxima ex parte excludi, terroris vero et detrimenti ob celebritatem civitatis, amplitudinemque ditionis, plurimum illi afferri posset. Qua de re Plescoviam versus progressi sumus, quo in itinere nobis nunciatum est, hostem Veliam arcem deductis tormentis deseruisse. Crasna Gorodia itidem incensa praesidium deduxisse, utrumque jam locum militem nostrum tenere, ac Grasnogordiam opere tumultuario munire. Ad Veroneciam, quo loco haec scribimus, cum pervenissemus, exercitus nostros lustravimus ac quod in medio itineris, quod nobis Plescoviam habendum est, Arx Ostrenia ab hoste teneatur, e qua cum ad Plescoviam versabimur, nostri, qui itinera faciunt. excipi, et infestari possent, mandavimus Cancellario regni nostri, generali exercituum nostrorum Capitaneo (huic enim, cum milites nostri aliquem efflagitarent, qui pro more maiorum ipsis cum imperio praeesset, ac nos anno superiore proximo expediendo cognovissemus quam praefici aliquem necessarium esset, id muneris contulimus) ut certas copias cum aliquo tormentorum numero, praesidii illius deiiciendi causa, praemittat, quas iam praemissas ita sequeretur, ut eadem die ad copias veniret, et oppugnationis rationem osten-

An. 1581. dere possit. Nos eodem omni cum exercitu, nulla cum mora, itineribus ita divisis, progrediemur, ut dextrum latus nobis Lituanicae, Aulicaeque copiae nostrae, sinistrum Vielisza fluvius, secundum quem iter faciemus, claudant. Quem exercitum ob excursionem hostilem ad Borysthenem miseramus, accessione turmarum, et cohortium nostrarum, quae illis in locis versabantur, et nobilium concursu non mediocriter auctum, Drohobusum versus movere, ac inter illum locum, et Toropetium, Bialamqueversari, tum, ubi Plescoviam accesserimus, prope Chelmam (quo de loco tertio, aut ad summum quarto die ad castra nostra pervenire possunt) considere jussimus, ut istarum copiarum in omnem partem vigilantia hostilis exercitusfacile ab excursionibus averti possit, qui quidem exercitus a Borysthene se longius in Moscoviam retulit, et cognito nostro itinere, et oppugnandi coepto, Plescoviam versus, ut exercitui nostro immineat, et pabulatores nostros, (quod solent illi) infestet, iturus esset, rumoribus affertur. Quod si erit, nos quod facere conveniet, non praetermittemus. Cum vero exitus oppugnationis nostrae Plescoviensis, ad quam progredimur, manu omnipotentis Dei, in quo spem positam habemus, situs sit, et nobis omnem in eventum nature sit cura nostra providendum, rectius non facere non posse intelligimus, quam ut exercitus nostros (si hostis ad justam, honestamque nobis pacem animum sincerum, ac constantem non adiecerit) in hibernis hostili in ditione retineamus. Neque enim exercitus noster in tanta itinerum iniquitate, et longitudine, ac autumnalium tempestatum injuriis, vastis adeo, et difficilibus in locis, sine maximis militum incommodis, magnoque iumentorum interitu reduci, neque sine sumtu ingenti, ac temporis ad res gerendas opportunissimi iactura (quam partim publicorum consiliorum in Comitiis tarditate, partim exactorum pecuniae publicae indiligentia, quotannis summam incurrimus) rursum adduci potest; ad quae accedit et illud, quod si ea praesidia, quae nobis in finibus necessario relinquenda sunt, ab hoste premi contingat, nos si exercitum reducamus, ipsis nullo subsidio esse possemus, ac parta summo labore, sumptuque, ancipiti fortunae, varioque discrimini maxima anni parti committenda sint, ne quid dicamus de maximis subditorum detrimentis, quae dum miles noster saepius it reditque, et in ipsis hibernis in Lituania haeret, accipi necesse est, quaeque Lituania diutius iam perpeti nullo modo potest Vitari haec si exercitus in solo hostili hibernis contineatur, omnia poterunt, et interea (si hostis pergat a pace alienus esse) excursionibus per hyemem res geri, omniaque, vere ineunte, solutis hibernis, maturius multo administrari poterunt, quam si maxima aestatis pars exercitu reducendo consumatur. Quod ea de re Sinceritati Vestrae scribimus, ut et ipsa consideret, et aliorum in Regno nostro hominum indicia, vocesque cognoscat, quid nobis, si hostem ad aequabilem pacem adducere non possimus, potissimum faciendum sit, et si exercitum in hibernis retineamus, quomodo providere necessariis rebus, et an iis subsidiis, quae ad res in futurum gerendas requirentur, conventibus tantum separatim habitis, brevi quodammodo manu consulere, et ordinum sententiam cognoscere possimus. Quae expeditior ratio plurimi momenti ad summam rerum omnium, quas cum hoste susceptas habemus, afferre posset. Neque vero nos aliud in hoc negotio spectamus, quam ut belli istius et sumtum Reipublicae, et nostrorum incommodorum (quae etsi magna sunt, tamen libenter cum detrimento etiam valetudinis nostrae suscipimus) finem atque exitum quanto ocius assequamur. Cum igitur (quod scripsimus) belli exitam nostra in potestate non habeamus, et ut ut reserit praeclare coepta, pluri-

ma Dei Optimi Maximi beneficia temere abiicienda non sint, mature omnem in eventum providendum est, ac si hostis diutius pertinacia sua rem ducat, tempestive paranda praesidia, quibus prospera initia, secundique adhuc progressus nostri ad felicem itidem exitum perducantur. De his igitur Sinceritatem Vestram considerabit, et consilia cum aliis, ad quos haec pertinent, communicabit, et hominum voluntatis, indiciaque cognoscet, et ex iis sententiam suam nobis, quid fieri possit, quam primum perscribet, nosque de rebus omnibus, quae huc pertinere videbuntur, faciet certiores..... Bene valeat Sinceritas Vestra...... An. 1581.

Cum ex itinere arcem Ostrovo in insula Vielicae fluminis, a quo undique circumluitur, sitam, muro lateritio, turribusque itidem lateritiis munitam oppugnare coepissemus, verberatis duarum turrium propugnaculis, lateque patefactis, praesidium saluti diffisum, arcemque ipsam in potestatem accepimus, universoque iam cum exercitu Plescoviam movemus.

Nunziat di Pol. tom. 18. pag. 283.

CCXXVII.

Di Mgr. Caligari Nunzio in Polonia al Card. di Como. Vilna 15 di Agosto 1581. (Rex Poloniae, si Plescovia potiatur, aditum inde in totam Livoniam sibi pollicetur.)

Отъ Папскаго Нунція Калигари къ Кардиналу Комскому, изъ Вильны 15 Августа 1581. Король Польскій по взятіи Пскова, надѣется оттуда имѣть доступъ во всю Ливонію. An. 1581.

Ho lettere del Re (di Polonia) dei 7 di Agosto di Zavoloce, dove avvisa che andava sopra Plescovia, la quale pigliata, come sperava, non avea più bisogno che il Moscovita gli cedesse la Livonia, perchè se la piglierebbe da se non avendo il Moscovita altro adito ad essa, se non per Plescovia. Che l'Ambasciatore Moscovita, che fu in Roma, per opra del Re di Dania, era stato portato con le navi in Parnavia, e di là passato in Moscovia, ove senza dubbio sarà arrivato prima che il P. Possevino. Che il tempo era buono, e l'esercito suo crescenso in buon numero, et sperava vittoria. Del P. Possevino non si era inteso altro di poi, che andò alla voltà di Orsa......

Nunziat. di Pol. tom. 18. pag. 243.

CCXXVIII.

An. 1581. Ex litteris P̃ris Laternae ad Rectorem Collegii Vilnen. Societatis Iesu. Ostroviae 21 Augusti 1581. (Arcis Ostroviae oppugnatio ac deditio; Tartari a Duce Moscoviae deficiunt; Moscovitae Suraziam agressi; multa de eisdem Plescoviam defendentibus.)

Изъ письма Патера Латерны къ Ректору Виленской Коллегіи Іезуитовъ, изъ Острова, 21 Августа 1581. Объ осадѣ и взятіи Островской крѣпости, объ измѣнѣ Татаръ Царю Московскому; Московитяне нападаютъ на Суражъ; о оборонѣ ими Пскова.

Pax Christi. Cui ternas ad Reverentiam Ṽram litteras dederam, hunc audio nondum discessisse. Age ergo per hunc (hic autem est Dñs Leczinski S. R. Majestatis cubicularius) nostrum gloriosum triumphum Reverentiae Ṽrae, et carissimis fratribus nunciemus. Forsitan statim post gloriosissimae Assumptionis diem, quadraginta horarum Orationem instituistis, quia celerem victoriam ex Ostraviensibus deportavimus. Decima nona die huc venimus cum Rege (Poloniae); eadem die tormenta bellica explodere coepimus. Vigesima vero, quae in D. Bernardi diem inciderat, circa vesperarum horam triumphare coepimus. Insultabant initio Moschi, more suo. Cur arces vobis non aedificastis, et quid ad nostras occupandas venitis? non sunt hi Zavoloscenses, aut Hervelenses. *Agnitki.* Et ut insultabant ita praefracti, et temerarie, dedere se nolebant. Nostri urgebant explosione crebra, et vehementi tormentorum bellicorum, operosius quam putabamus negotium, Hungari ex parte una, Poloni ex altera, duce, et hortatore Vugrovicio Magni Dñi Cancellarii ex sorore nepote. Ex duabus partibus murus ita fuit concussus, et turres magna ex parte disiectae, ut vel sub vesperum 20 diei, vel sub diluculum 21 assultus vehementior expectaretur, et funesta illa in arcem irruptio. Iam enim ita globi murum percusserant, ut murus egregie etiam nunc pelluceat. Rem ergo ad extrema adductam videns Palatinus, qui in arce fuerat, per quosdam e muris corpora, et pileos ostentantes arcem indicavit se traditurum. Ecquid, inquiunt, Regis arcem destruitis? vestra iam est. Cessatum mox a tormentorum explosione quamvis dicatur quidam ex nostris, unum ex his, qui deditionis erat nuncius, hakoronicae globo traiectum occidisse. Rex neminem in arcem intromitti jussit. Solus Carolus dux peditum Hungarorum, et Vugrovecius sunt in arcem missi. Reductus honorifice Palatinus, vir gravis, et maturus, et iam canescens non modice. Reducti et quatuor alii boiarii, reliqua multitudo ex arce discedere prohibita; hodie Domino gratias egimus. In arce res describuntur per Dñm Mlodzieicroiam, et alios; pecuniae vis dicitur non modica in ea. Rerum ad victum necessariarum magna copia; tormenta bellica octo; hokoronicae ad octoginta, pulveris 250 vasa, quae pudy vocant, quorum singula quadraginta grizionas continent; nostri grigionas istas Moscoviticas libras putant intelligi. Est arx mediocris, vix arce superiori Vilnensi maior, in plano sita, flumine Vielica, quod etiam Plescoviam dicitur alluere, omni ex parte cincta; muri justae sunt altitudinis, e petra facti; latitudo ipsius muri,

et crassities mirabilis est; turribus tribus ornatur petreis, ligneas duas aedificare coeperant, sed non licebat fastigium aedificio imponere. Civitatis domos pene omnes exussere, et in ea templa duo, molendina tria igne violavere. In arce est templum, perelegans muratum, lamina tectum, turriculis ornatum, campanas meliores habens quinque; nondum scimus quibus rebus oneratur. Placet omnibus arcis structura fortis satis; proportio vix servari potuit commoda, propter insulae, in qua exaedificata est, situm minus proportionatum. Credundum Moschi dimittendi libere, qui in Moscoviam redire velint, onusti rebus his, quas secum ferre possunt, rustici maxime, nam Palatinus cum praecipuis Boiariis Regiae se committit pietati, et clementiae. Sagittarios dimittere minus tutum, sed videbimus brevi exitum; fuere in arce sagittarii isti fere 400, boiarii ad 30, Palatinus unus, reliqua faex utrumque hunc numerum creditur superare. Hanc scribendi materiam Bmae Virginis Assumptio, et S. Bernardini dies suppeditavit. 19 Augusti Dnus Dobieski, cubicularius regius a Dno Trocensi remissus, narravit, Caeremovienses Tartaros Mosco rebellasse, et Dnum Trocensem cogitare de illis bello aggrediendis, et Biala civitate, et arce oppugnanda. Ex eodem intelleximus captivos nostros partim nobiles, partim plebeios, effracto carcere quodam, Moschi tyrannidem evasisse. Retulit item, Moscos sub arce nostra Surasz fuisse, quam nos anno superiori vidimus misere munitam, et prope labantem. Inciderant in id tempus, quo Kosaci illius arcis incolae, praedae gratia excurrerant. Capitaneus cum quatuor sociis, et mulierum grege arcem tunc incolebant, nihilominus ita illi quatuor cum Capitaneo restitere Moschis, ut turpiter in fugam sint ab eis coniecti, aliquot tantum domunculis oppidis illius miseri ad Vitepscum siti exustis. Pugnat pro nobis Deus. An. 1581.

Heri, hoc est, 20 Augusti, Tartari Dni Palatini Vilnensis adduxere unum ex quatuor vinctis Moscoviticis ad Regem (Poloniae). Praemiserat Rex Dnum Palatinum Braczlaviensem Plescoviam, et cum illo aliquot hominum centena. Incidere nostri in Plescoviensem custudiam, vertere in fugam omnes, quatuor coepere. Ex his unus ad Regem ductus nunciabat 7000 sagittariorum esse Plescoviae, 2000 ad excursiones paratorum. Videtur verum illud, quod de decem millibus olim nunciabatur, Plescoviam incolentibus. Nullae inquit, inde merces evectae, solae Palatinorum uxores ablegatae nescio quo. Tormenta bellica majora dicit esse ad fere quadraginta; segetes, narrat, ad octo, vel plura polonica milliaria circa Plescoviam a Moschis callide, et malitiose exustas. Regem, inquit, feria sexta expectant, hoc est 22 Augusti, quo die si non venerit, venturum postea non sperant, sed fallentur, nam Nos, ut dns magister culinae refert, nisi mutetur sententia, cras, idest 22 hujus, hinc Rex quindecim dierum spatio, Deo fretus, accepturum se arcem illam sperat; utinam et trium, vel saltem septem dierum spatio sicut Stierico, vel unius cum medio sicut Ostrovo. Cecidere ex nostris sub Ostrovia paulo pauciores, quam viginti; plures quidam numerant, haud scio quibus credam. Ex Moschi, si non mentiuntur ipsi Moschi, tres in arce occisi, nostri ad 20 numerum Moscos occisos accedere nuntiabant. Messis nostra nunc paulo refrixit, aut imminuta est, nescio an nostra culpa; forsitan sub Plescovia maior erit expectanda......

Nuntiat. Polon. tom. 18. pag. 278.

CCXXIX.

An. 1581. **Ex litteris Castellani Trocensis, ex castris ad Plescoviam die 7 Septembris 1581. (Copiae Ducis Moscoviae in Polonicas ditiones excurrunt; Staririum a Polonis direptum atque combustum).**

Изъ письма Каштеляна Троцкаго, изъ лагеря подъ Псковомъ, 7 Сентября 1581. Набѣгъ Московитянъ на земли Польскія; Старица разграблена и сожжена Поляками.

Regia Majestas, postquam Castellanum Trocensem cum parte exercitus ad populandum agrum hostilem ire iussisset, atque ille ita, uti imperatum erat Bialam versus, arcem hostilem, contendere vellet, interim de incursione hostium in ditiones regias Velicolucensem, Usuatensem, et Velisensem, quorum erant ad tria millia numero, cognoscit. Quamobrem, omisso instituto itinere, ad hostem statim contendit, praemissisque cohortibus, ipse cum Palatino Smolenscensi, cum reliquis copiis subsequitur. Cohortes, quae antecesserant, stationes ternas hostium adortae loco pellunt, in quarta, quae loci opportunitate, dispositis insidiis, freta, se se opposuerat, paulisper morantur. Sed eam quoque, virtute adnixi, cedere cogunt, et in fugam coniiciunt. Hostes crebras sclopetariorum stationes locis angustis, et palidunosis disposuerant, ad eos se, ubi maior vis urgebat, recipiebant, et eorum auxilio protecti resistebant, donec ad eam, quae proximo loco, in quo universum hostium agmen constiterat, ventum est; ibi tum adversarii acrius, nostris iam defessis, repugnarent, veniente in subsidium Specione Iordane cum sua cohorte, nostrorum vim non tulerunt, sed universi effusa fuga terga verterunt, quos nostri insequuti, quantum defessis equis potuerunt; ad centum usque interficiunt, reliqui recentioribus equorum viribus fuga evaserunt. Ibi ex captivis cognitum est, maiores hostium copias ad castrum Rsovum se collegisse; ad eas itaque contendere visum est potius, quam Bialam, munitionibus firmam tentare. Itaque cum ad locum, non magnis itineribus, dimissis, quoque versum cohortibus, quae regiones illius agros ferro, et igne vastarent, et hostem ad aliquam non iniquam conditionem dimicationis elicerent, itum est. Eo modo, cum omnia caedibus, et incendiis complerentur, ex captivis compertum est, maximam hostium multitudinem ad castrum Rizovum consedisse, eo quoque Principem Moscum tria millia militum ex aula sua, quibus assidue uti consueverat, misisse, et se loco munito tenere, neque ad pugnam elici posse. Proinde, habito consilio castrensi, vires suas periclitari tam iniqua conditione visum non est. Tum deflexo paululum itinere, solitae populationes administrantur, ita ut non amplius, quam duorum milliarium intervallo nostri sub hostium exercitum succedere non dubitarent; tandem quinque milliarium intervallo nostri locum idoneum inter duo flumina nacti, hostes expectant, si forte ad se oppugnandos advolent. Quibus non apparentibus, parte exercitus per fluvium Volham trans-

ducta, Staririum versus, quo in loco Dux ipse Moscorum id tempus erat, excurrunt, et ferro incendiisque grassantur, et non minus quam in quatuor milliarium spatio a Staririo revertuntur, ita ut ipse Dux flammas tectorum procul oculis perlustrare posset. His gestis, tandem se nostri retro, non sine clade hostium ad Toropecium recipiunt, nullo prorsus accepto detrimento, magnis e contra hosti damnis illatis. An. 1581.

(Nunziat di Pol. tom. 18. pag. 265).

CCXXX.

Ex litteris Regis Poloniae ad Vicecancellarium suum ex castris ad Plescoviam die 13 Septembris 1581. (Plescovia a Rege Poloniae oppugnatur)

Изъ письма Короля Польскаго къ его Вицеканцлеру изъ лагеря подъ Псковомъ отъ 13 Сентября 1581. Объ осадѣ Пскова. An 1581.

Cum, capta Ostrovia, de qua superioribus proximis litteris S. V. significavimus, Plescoviam movissemus, ad eam tertiis castris pervenimus, triduoque, postquam fieri potuit, proxime castra posuimus. Civitatem magnitudine ingentem, frequentem oppidanorum, et e vicinia nobilium, atque agrestium hominum multitudine, nec parvo militum praesidio firmam, situ vero loci ipsius aequabili, et ex parte una flumine Vielica, praeterea muris, propugnaculis, turribus lateritiis satis munitum, conspectu nostro comperimus. Munitiones, qua opportunissimum esse judicavimus, ex parte rusticali agi ad moenia jussimus, quae ingenti militum Polonorum, atque Ungarorum labore, quinto tandem die effectae, et quo oportuit, perductae sunt.

Ea enim, quae circa urbem planities est, maxima ex parte, non terra, sed contiguis albi lapidis quasi tabulis constat, ut non tam fodiendae, quam sarculis exscindendae munitiones fuerint. Deinde ubi murum tribus ex partibus biduo summa vi tormentorum omnium verberassemus, proximis propugnaculis tribus praefractis, et muro patefacto, visum nobis fuit aliquem delectorum militum numerum intra ruinas immittere, qui diligenter explorarent, idoneane iam loca ad irruptionem effecta essent. Verum non tenuit se ardor ceterorum militum, qui non expectato eorum, qui explorare debebant loca, indicio, una sublevatis signis, irrumperent. Geri vero res ex sententia ob loci intra moenia iniquitatem, et praeruptum, altumque descensum non potuit, et tamen miles noster illo suo ardore locum, ac propugnacula hosti-

An. 1581. lia diutius tenuit, et cum hoste acriter sclopetis depugnavit, tandemque imperio revocatus sensim se intra munitiones nostras recepit. Ex captivo, qui postea ex civitate a nostris exceptus est, facile cognoscimus, rem maiore cum hostium, quam nostrorum interitu ac detrimento gestam esse. Parvus enim pro acriore, longioreque dimicatione numerus ex omnibus nationibus, minimus vero e Polonica desideratur. Nos, qui in Civitate hac summam belli, pacisque versari videmus, omne nostrum studium, curam, conatum, et vires in eam expugnandam diligentissime conferemus; Scriptis hisce litteris, Deus ad decimam septimam huius mensis diem res nostras foeliciter secundavit. Nam cum hostis certis cum copiis urbem irrumpere per flumen de nocte cogitaret, a nostris custodiis, quas eam in rem et in flumine, et in terra collocaveramus, exceptus, partim demersus in flumine, partim, cum se in ripam coniecisset, concisus est; ex captivis, ex litteris praesidiariorum constat, superiore proxima irruptione plurimos ex omni militum genere hos cecidisse, magnamque cladem Moscos in civitate accepisse.

Nunziatura di Polonia. tom. 18. pag. 267.

CCXXXI.

An. 1581. **Di Mgr Bolognetti Nunzio in Polonia al Card. d Como Varsavia 15 di Settembre 1581. (Qua causa Plescovia ante Novoguardiam oppugnetur; de Ostrovia in Regis Poloniae potestatem redacta).**

Отъ Папскаго Нунція Болоньетти къ Кардиналу Комскому, изъ Варшавы отъ 15 Сентября 1581. По какимъ причинамъ Псковъ осаждается прежде Новагорода; объ Островѣ, покоренномъ Королю Польскому.

...... Mando a V. S. Illma una lettera scritta da Sua Maestà (il Re di Polonia) al Sigr Vice-Cancelliere, dove gli dà conto delle ragioni, per le quali si è mossa a tentare l'espugnatione prima di Plescovia, che di Novogrodia, della deputatione del Gran Cancelliere in Capitano generale, della risolutione fatta d'internarsi quest' anno nei luoghi ostili, e finalmente della presa di Ostrovo seguita ultimamente, la quale viene narrata più appieno nella inclusa littera del P. Laterna, predicatore di Sua Maestà, scritta al Rettore del Collegio di Vilna......

Il medesimo Sig^r Vice-Cancelliere mi ha fatto vedere alcune lettere scrittele di Corte dal Referendario Ternovio, le quali non mi ha poi voluto lasciare per rispetto di un certo particolare...... Ma esse lettere non contengono quasi altro di più che l'acquisto d'Ostrovo espresso alquanto più pienamente, con i medesimi particolari, che si contengono nell' epistola del P. Laterna; e dice anco che gli abitatori di quel luogo, sebbene avevano pattuito di potersene andare, si sono però contentati di restare; et hanno giurato fedeltà al Re, come anco quelli delle ville suggette a detta Terra, e si spera debbano essere fedeli, siccome sono stati i popoli delle terre acquistate sin qui, non ostante che abbiano quasi tutti parenti strettissimi soggetti al Mosco. Dicesi di più in detta lettera, che il Re avea mandato innanzi Ambasciatori a Plescovia con fare a quel popolo la requisitione in forma, con esortarli a dar la città acciò non avvenisse loro quel che avvenne agli abitatori di Vielchiluchi. Non era però anco venuta la risposta, e la lettera era scritta ai 22 del passato. An. 1581.

Nunziat. di Pol. tom. 18. pag. 275.

CCXXXII.

Del Sigr Christoforo Dzierzech al Maggior Domo della Regina di Polonia, Vilna 22 Settembre 1581. (Moscovitae Plescoviam strenue defendunt).

Отъ Г. Христофора Дзіержка къ Гофмейстеру Королевы Польской, изъ Вильны 22 Сентября 1581. Московитяне храбро защищаютъ Псковъ. An. 1581.

Sua Maestà il Re di Polonia, si trovava sotto Plescovia sano e salvo, sebbene alquanto travagliato per la morte del Sig^r Barone Bickies Generale degli Ungari, che fu ucciso sulla muraglia di Plescovia da un colpo di artiglieria. Avea Sua Maesta cominciato alli 7 detto la batteria, per la quale essendosi fatta un' apertura non piccola nella muraglia, agli 8 poi si venne all' assalto con spingere innanzi la fanteria Unghera, e Polacca inanimita dall' essempio di molti cavallieri d'importanza, tra quali furono il Sig^r Mniseck, il Sig^r Pignoseck, il Sig^r Stadgniski con un suo fratello minore, il Sig^r Orsechoski, ciascuno de quali condusse innanzi le sue genti, e tutti salirono sulla muraglia valorosamente. Ma i nemici da quella parte, dove era l'apertura, aveano fatto di dentro una fossa profonda più d'una picca, con una gran trincea per loro difesa, e là similmente aveano ridotto gran numero di artiglieria, grossa, mezzana, e

An. 1581. minuta, oltre che gettavano di continuo abbasso sassi grossissimi. Onde li nostri, dopo essere stati circa tre ore sulla muraglia, furono forzati a ritirarsi per la strage, che faceva detta artiglieria. Vi rimasero morti il suddetto Generale degli Ungheri, Andrea Sechel Unghero, Tommaso Dazzezeni pure Unghero, Capitano della fanteria Unghera, che fu ucciso da nostri Tedeschi inavvedutamente. De Polachi morti i piu segnalati sono Tlukomski luogotenente del Sig^r^ Wroviezchy, il Sig^r^ Clevisky, in somma de nostri sono morti da cento in questo assalto, e feriti intorno a quatrocento. Si era concluso dare un assalto fra otto giorni, dove si sperava con l'aiuto di Dio che la città fosse per venire in mano del Re. Perocchè sebbene i Moscoviti[1] cercano difendersi gagliardemente, non dimeno à nostri non manca valore ed animo per combattere, come di già hanno mostrato. Dè nemici sono morti sopra la muraglia da seicento. Onde sebbene per tutto il seguente non fecero altro che portar via da quel luogo corpi morti, non erano però finiti di levarsi tutti.

Nunziat. di. Pol. tom. 18. pag. 290.

CCXXXIII.

An. 1581. **Di Mgr Bolognetti Nunzio in Polonia al Card. di Como. Varsavia 25 di Settembre 1581. (De difficili expugnatione Plescoviae).**

Отъ Папскаго Нунція Болоньетти къ Кардиналу Комскому, изъ Варшавы, 25-го Сентября 1581. О трудностяхъ осады Пскова.

Dopo che io scrissi ultimamente a V. S. Illma mandandole copia delle lettere, che io aveva ricevute dalla Maestà del Re (di Polonia) e dal Sig^r^ Gran Cancelliere con alcuni avvisi delle cose della guerra, non si era sin qui inteso altro, che desse molto consolatione alla Serenissima Regina. Anzi piuttosto s'intendeva di vari disgusti, e difficultà, che occorrevano, o si scoprivano alla giornata alla detta Maestà......

S'intendeva, che la espugnatione di Plescovia dopo la batteria di due settimane, era riuscita molto difficile di quello, che prima era stato creduto; che il muro era molto grosso, e forte, le fosse molto larghe, e copiose d'aque, le quali scorrevano giù da campi vicini; che non si potevano far mine, atteso che cavandosi la terra poco più giù di due piedi si trovavo il sasso duro; e che finalmente la città, la quale è

molto grande, era anco munitissima, non pur di forte presidio (scriveano di dieci mila soldati, oltre i cittadini atti all' armi) come di tutte le cose necessarie tanto al vitto, come al vestito. Dalle quali difficoltà si faceva giudizio, che l'assedio fusse per durare tutta la vernata. Questi avvisi si ebbero poco da poi, che io scrissi l'ultimi mie, e poi si è stato un pezzo senza aver nuova alcuna dal campo; talchè domenica la Serenissima Regina mi si mostrò molto addolorata. Ora finalmente il Sig^r Paolo Zanoucoroski, che tornò ieri da certi luoghi vicini, dove era andato per servitio della Maestà della Regina, ha portato un avviso tanto buono, che per non aversene scontro da altre bande, si dubita assai della verità. Con tuttociò, perchè il Sig^r Vicecancelliere mi ha detto, che lo ha per vero, non ho voluto lasciar di scriverlo a V. S. Illma, riserbandomi a darlene la confermatione poi, quando abbiano lettere dalla Maestà del Re, se pure si verifica l'avviso; il quale è in somma, per dirlo in poche parole, che S. Maesta abbia fatto acquisto di Plescovia, e che di già vi sia entrato con l'esercito. Il Sig^r Paolo dice saperlo in questo modo, che nel tornare a Varsavia da detti luoghi della Regina, trovò lontano di qui dieci leghe un paggio di un Sig^r Filoposki, che correva in tutta diligenza a S. Domirio a dar nuova di questo a detto Filiposki suo Prone, il quale sendo partito alcuni giorni dal campo per andarsi a curare in detta Terra, avea lasciato là apposta questo paggio, accio occorrendo qualche notabile successo della guerra, venisse subito a dargliene avviso, et il medesimo paggio gli portava anco lettere da un gentiluomo della camera, o del letto, come dicono qui, della Maestà del Re. Ora la Serenissima Regina stà fra speranza, e timore, et aspetta d'ora in ora lettere o dal campo, o almeno da questo Sig^r Filiposki, che diano qualche più certo avviso di questo successo...... An. 1581.

Aveva già chiuso il piego, quando mi è sopragiunta la lettera di V. S. Illma dei 12 del passato, la quale contenendo quasi in tutti i capi risposta alle mie, non mi dà occasione di dirle altro sè non che già ho fatto con Sua Maestà quell' officio per il P. Possevino......

Il Sig^r Vicecancelliere pare che stia ancora con qualche speranza, che possa essere seguita qualche cosa buona, si perchè una voce sparsa in Cracovia non può esser nata da questo paggio, si ancora perchè alcuni mercanti, che tornano da Danzica, hanno detto che hanno visto lettere del medico del Re, che davano avviso dell' acquisto di Plescovia, e non amette il Sig^r Vicecancelliere, che questi mercanti possono avere equivocato da Ostrovia a Plescovia, perchè dice che le lettere che essi riferiscono aver vedute, davano avviso, che il Re aveva rotto quarantamila cavalli del Moscovita, e che dopo questo Plescovia se gli era data; il che quando non sia vero, come credo, che non sia, sara forse pronostico di qualche buon successo. Del P. Possevino non ho inteso mai altro, dopo che io ricevei quelle sue lettere, nè di ciò punto mi maraviglio.

Nuntiat. Polon. tom. 18. pag. 286.

CCXXXIV.

An. 1581. Del medesimo al medesimo, Varsavia 9 di Ottobre 1581. (De pace inter Poloniae Regem et Moscoviae Ducem infecta ob Narvam a Rege Suecorum occupatam; Poloni in Plescoviam impetum facere parant).

Отъ того же къ тому же, изъ Варшавы 9 Октября 1581. О несостоявшемся между Королемъ Польскимъ и Царемъ Московскимъ мирѣ, по причинѣ занятія Нарвы Королемъ Шведскимъ; Поляки готовятся дѣлать приступъ ко Пскову.

Qui si ha avviso (e questo mi viene confermato dal Sig^r^ Vicecancelliere, sebben si vede, che non ne parla molto volentieri), che il Re di Suetia ha preso quel porto di Narva, quale si crede essere stato causa principale, che non sia seguito l'accordo tra il Moscovita, e questa Maestà, la quale perciò è credibile, che non abbia avuto questa cosa molto a bene. Alcuni gentiluomini qui di Corte dicono essere piuttosto credibile, che questi due Re, come buoni Parenti, s'intendino insieme, e che per questo torni conto a Polacchi che il Moscovita si sia tanto indebolito per questa perdita; Nondimeno quando fosse altrimente, e si dovesse poi levar per forza detto porto dalle mani del Re di Suetia, si tiene, che l'impresa riuscira molto difficile, essendo quei popoli più esercitati nelle cose marittime, benchè inferiori assai di cavalleria ai Polacchi, e Lituani. Mi viene scritto di Danzico, che li si trova un Ambasciatore del suddetto Re di Suetia, il quale attende ad ispedire alcuni negotii per andarsene poi a trovare in campo il Re di Polonia...... Quanto poi alle cose della guerra viene scritto per le medesime lettere che era destinato l'altro assalto per li 18, e che ciò era stato intimato a tutto il campo, acciò alcuni soldati, i quali si trovavano in certi luoghi vicini, si unissero al corpo del esercito, e che si poteva sperar bene, avendo il Re provisto a tutte quelle cose, che nel primo assalto si era avvertito haver fatto difficultà, tanto più, che allora fu preso un Monastero quasi contiguo alla Città, di dove uscivano gli inimici a dar gran disturbo, con sfidare anche i Polacchi, e Ungari a singular battaglia, la presa del qual Monastero, oltreche leva quell'impedimento, darà anco alle genti di fuori più facile adito per accostarsi alla muraglia, per quanto però comporteranno le artiglierie degli inimici, che ne hanno in moltissimo numero, e di tal grossezza, che il Re in sentirle restava maravigliato. Scrivono ancora che i freddi cominciano a farsi sentire, di maniera che l'esercito ne pativa alquanto......

Oltre il contenuto di queste lettere, il messo, che le portava, dice molti particolari, ai quali la Serenissima Regina, et il Sig^r^ Vice-Cancelliere danno tanto minor fede, quanto sono di maggior importanza, non se ne avendo scontro da altra parte. Riferisce costui, che per la strada di Vilna ha parlato con certi corrieri spediti in diligenza da alcuni gentiluomini di corte, i quale riferivano, che il Re avea anticipato di un giorno il dar l'assalto, e che ai 17 era entrato con l'esercito dentro Plescovia. Intorno a che non viene scritto nulla di Vilna nè da

Monsig^r Vescovo, nè da altri; ma ben per lettere di Danzico si è sparza voce, che il Re avea preso non Plescovia tutta, ma una parte la più debole, essendo quella Città, come anche Cracovia, divisa in tre. An. 1581.

Nuntiat. Polon. tom. 18. pag. 295.

CCXXXV.

Del medesimo al medesimo, Varsavia 9 di Ottobre 1581. (Dux Moscoviae ad castra Regis Poloniae profecturus; de Ducis ejusdem erga Possevinum benevolentia; de portu et civitate Narvae a Suecorum Rege occupata).

Отъ того же къ тому же, изъ Варшавы 9 Октября 1581. Царь Московскій готовившеся ѣхать въ станъ Короля Польскаго; ласковый пріемъ, сдѣланный Царемъ Поссевину; о занятіи Королемъ Шведскимъ города Нарвы и гавани онаго. An. 1581.

...... Ho ricevuto lettere da Vilna, le quali avisano, che quando il Castellano Trocense ruppe quelle genti del Mosco (come si scrisse l'altra volta), esso Mosco si ritirò da quella terra (Staririo) dove si trovava, et andò ad un altra più lontana dal rumore, conducendo seco il P. Possevino, al quale dicono ch'egli ha fatto moltissime carezze e si teneva, che presto fosse per passare al campo del Re (di Polonia). Scrivono di più che il Re di Suetia, oltre l'aver preso il porto di Narva insieme con la città, occidendo molti abitatori, faceva opera di avere ancora Riga, Metropoli della Livonia, per trattato di quelli di dentro, i quali però si mostravano piuttosto inclinati al Re di Polonia, avendolo soccorso d'alcune munitioni.

(Nanziat. di Pol. tom. 18. pag. 298.)

CCXXXVI.

An. 1581. Del P. Possevino a Monsigr Bolognetti dal campo sotto Plescovia 16 di Ottobre 1581. (Possevinus pacem inter Moscovitas et Polonos faciendam curat; Plescovia ab Moscovitis adversus Polonos magis munitur).

Отъ Патера Посевина къ Нунцію Болоньетти, изъ Лагеря подъ Псковомъ. 16 Октября 1581. Поссевинъ старается о заключеніи мира между Московитянами и Поляками; Московитяне укрѣпляютъ Псковъ противъ Поляковъ болѣе прежняго.

Io ho cinque giorni sono mandato un gran plico di diverse scritture per Nostro Signore, e lettere di questo Re Serenissimo (di Polonia) per Sua Santità, in mano di V. S. Illma, con darle pieno raguaglio era fin qui passato con questo Re, e con il Gran Duca di Moscovia, da cui ero venuto per trattare la pace con questa Maestà. E perchè mi è probabile, che prima di questa quelle lettere capiterranno in sua mano però non starò a ripetere il contenuto di esse... Qui altro non abbiamo di nuovo, salvo che si preparano questi soldati per dare l'assalto di nuovo a Plescovia fra sei giorni, e dimane giunge polvere e palle. Io ieri predicando à Capi di questi eserciti, ebbi occasione di disporli a cose migliori, come fanno questi altri sacerdoti, che sono nell' esercito, e questa mattina si sono presi due o tre, che usciti dalla città andavano al Gran Duca a dar nuove dello stato non malo della città, la quale hanno molto fortificata, alla quale si dice, che otto mila Moscoviti venivano o per turbare l'assalto, o per introdurre qualche soccorso.

A Monsigr Illmo di Como non iscrivo per averlo fatto pienamente, e per aspettare l'esito di questo assalto, e il ritorno della persona, che ho mandata al Moscovito. Ho però avuto da poi una lettera di S. Sigria Illma dei 22 di luglio per conto di un certo Pallavicino, ma questa richiede più esecutione, che risposta, nè l'esecutione può tentarsi prima che io ritorni al Gran Duca di Moscovia.

Nunziat. di. Pol. tom. 18. pag. 315.

CCXXXVII.

Di Mgr Bolognetti Nunzio in Polonia al Cardinal di Como Varsavia 3 di Novembre 1581. De oppugnatione Plescoviae; ex epistula huic adnexa eruitur Possevinum a Duce Moscoviae perhumaniter exceptum, magnisque munieribus auctum; Moscovitas non sine Polonorum caede Plescoviam defendere).

Отъ Папскаго Нунція Болоньетти къ Кардиналу Комскому, изъ Варшавы 3 Ноября 1581. Объ осадѣ Пскова; приложено письмо, изъ коего видно, что Поссевинъ Царемъ Московскимъ очень хорошо принятъ и богато одаренъ; Москвитяне защищая Псковъ наносятъ уронъ Полякамъ. An. 1581.

Dopo l'ultimo mio dispaccio dei 25. del passato, si sono avute lettere dal campo, le quali contengono in somma, che si avea qualche difficoltà nella espugnatione di Plescovia; ma che con tutto cio si sperava bene, e giunta, che fosse una quantità di polvere, che si aspettava da Riga, si farebbe qualche sforzo importante. E più, si ha che il P. Possevino si aspettava in breve. E perchè l'uno è l'altro' di questi capi viene espresso più pienamente nella inclusa epistola riportandomi a quella, non mi estendero in dir altro per ora a V. S. Illm̃a......

Nunziat. di Pol. tom. 18. pag. 303.

Ex castris Regis Poloniae ad Plescoviam. Die 29 Septembris an 1581.

Heri Reverendus Pater Possevinus praemisit huc Basilium (famulum suum) salvi conductus gratia. Redit iam Starzieza a Mosco, arce lignea, et in qua Dñus Troczensis vix in angustias Moscum non redegit, praesente tunc Revdo Pr̃e Possevino. In oppido Moscovia reliquit Pr̃em Stephanum, et Michaelem, ut puto, obsides. Rediturum enim se pollicitus est Magno Duci, a quo etiam habet postestatem ultro citroque tractandi de pace, cujus spem tunc primum effulgere debere dicit nobis Basilius, cum Plescoviam ceperimus. De successu negotiorum religionis vix aliqua bona nova nobis nunciavit; sed melius rem ex Pr̃e Possevino, quem post dies octo expectamus. Nunc X ultra Novogardiam milliaribus haeret; et Basilii reditum praestolatur. Quinquies, retulit Basiliius, illum coram Duce (Moscoviae) comparuisse; semel cum illo pransus est; in discessu donavit omnibus, et singulis, etiam famulis, subductos pileos Moscovitica forma; partem gibelinis, partim vulpinis pellibus subductas donavit etiam penulas albas, et calceos Revdo Pr̃i. Praeterea quadraginta pelles donavit, martes esse puto,

An. 1581. et duos curules equos, et gradarium unum, et duas subductas vestes laneas globulis aureis ornatas. Promisit plura se daturum in valedictione ultima. Legatus (Moscoviticus) qui Romae fuit, vix aliquid de illa Summi Pontificis liberalitate divulgavit; quin munera quoque illi donata, Ducem accepisse, narrat Basilius, ex coniecturis tamen. Misit Serenissimus Rex (Poloniae) rerum ad victum pertinentium vim non modicam Patribus (Iesuitis) obviam. Prodire etiam jussit ad duodecim, ut audio, milliaria 400, plus minus, equites iisdem obviam. Cum Patribus vero nec Legatus venit Moschi, nec Prodromus. Nos sub Plescovia haeremus. Cuniculi nondum nobis victoriam pepererunt, imo uno in loco ita impediti sunt, ut Moschi ad nostros fossores maximo nostro detrimento per cuniculos adversos, et contrarios venerint, alio in loco erumpens aqua, et petra dicitur opus inceptum vel impedire, vel retardare. Tormenta nostra bellica vix exploduntur unquam; nostri nihilominus vulneribus, quae a globis accipiunt, non pauci conficiuntur; nonnulli, dum pascua quaerunt, interficiuntur, vel capiuntur etiam cum equis, in quorum numero fuerunt tres Regii; praeter quam enim quod arx quaedam, non procul a Plescovia abesse dicitur, etiam in quibusdam insulis vagantur Moschi, qui nostris non parva afferunt detrimenta; contra hos levis armaturae progredi jussi.

Nunziat. di Pol. tom. 18. pag. 304.

CCXXVIII.

An. 1581. **Di Mg^r Caligari al Cardinale di Como, di Venetia alli 11 di Novembre 1581. (Moscoviae Duce et Rege Poloniae de Plescovia certantibus, Suecorum Rex Narva potitur, et Rigenses ad defectionem concitat; de aditu Possevini ad ipsum Ducem; plura de oppugnatione Plescoviae).**

Отъ бывшаго Нунція Калигари къ Кардиналу Комскому изъ Венеціи, 11 Ноября 1581. О взятіи Шведами Нарвы и возбужденіи ими Рижанъ къ измѣнѣ Королю Польскому; о пріемѣ Поссевина отъ Царя Московскаго; объ осадѣ Пскова.

Dopo avere scritte le prime à V. S. Illma, mi sono sopragiunte lettere di Vilna del 1°, e 3 di Ottobre: dal campo regio di 3, 6, e 19 di Settembre, che in somma contengono questo; che il Re ai 6 di Settembre cominció a battere Plescovia. ai 7 dette il primo assalto, e perchè fu troppo accelerato per la impatienza degli Ungari, e perchè non era aperta se non piccola parte della muraglia, e quelli di dentro erano molti, e ben preparati alla difesa, li Soldati del Re furono ribattuti con morte di cento di loro, e di due personaggi Ungheri,

Pietro Kendi, e Gabriel Bekes generale della militia di quella natione, ambedue amici miei, et in procinto di farsi cattolici. Il Re vedendo questo, si voltò a fare le mine per mandare sottosopra la muraglia, e quelle fornite, tornerà a nuova batteria, et a nuovi assalti. Ma perchè pativa mancamento di polvere e di palle, e quelli di dentro erano quattromila fanti eletti con due mila cavalli, e molti pezzi di artiglieria, la espugnatione si era maggiormente difficultata; speravano però di ottenere la Città, e fortezza per tutto il mese di Settembre, e massime avendo affondate, e disperse sette barche grosse carichi di soldati, o munitioni, che per il logo adiunto andavano per entrare, e soccorrere Plescovia. Mentre che questo passa, il Re di Suetia usando della opportunità, che si gli presentava, col vedere il Mosco, et il Re occupati in altro, si è spinto colle navi, et esercito suo sotto Narva, e l'ha pigliata, e ridotta in sua potestà, e non contento di questo ha sollecitato ancora quella di Riga a rebellione, ma essi sono stati costanti nella fede del Re, e l'hanno sovvenuto liberalmente di palle, e di polvere; potrebbe essere che questo fatto caussasse al Re di Suetia la perdita di Revalia, che era sua propria, e non bastasse a ritenere Narva acquistata per avventura, fuore di tempo, e contro la promessa.

Un Tartaro nobile transfuga del Moscovita ha detto nel campo del Re, che il P. Possevino aveva già esposte le sue commissioni al Gran Duca, et era per ritornar presto; onde era nata fama, che portasse alcune conditioni di pace. Un giovane nobile Polacco, chiamato Sobouschi, valente, et animoso fuor di modo, vedendo che il Re stava molto ansio per aver lingua di quello, che passava dentro Plescovia, si mise, con licenza però del Generale, con cinquanta archibusieri de suoi ad affrontare una grande banda di Moscoviti usciti poco fuori della porta per bravura, e nel combattere con loro si porto tanto ferocemente, che con poca perdita dè suoi ne ammazzò otto o dieci dè principali, e ne fece prigioni sette, e condusseli ligati al Re. Sua Maestà, che dal gran Caucelliere avea inteso l'ardire, e buona fortuna di questo giovane, vedendolo venire, si levo, e gli usci incontro fuori del padiglione, e con viso grave, e lieto gli porse la mano, e raccolse con questo encomio. *Salve egregie miles, hodie non ingrato Regi tantae virtutis specimen praebuisti.* Al Capitano Domenico Rodolfini da Camerino per la medesima causa di virtù, e fatti militari, ha dato il colonnello di 900 fanti. An. 1581.

Nuntiat. Polon. tom 18. pag. 309.

CCXXXIX.

An. 1581. **Di Mgr Bolognetti al Card. di Como Varsavia li 13 di Novembre 1581. (Conditiones pacis a Moscoviae Duce per Possevinum oblatae a Rege Poloniae rejiciuntur; de nonnullis ad Plescoviae obsidionem et Possevini legationem spectantibus).**

Отъ Нунція Болоньетти къ Кардиналу Комскому, изъ Варшавы 13 Ноября 1581. Мирныя условія, предложенныя Царемъ Московскимъ чрезъ Поссевина, отвергнуты Королемъ Польскимъ; нѣкоторыя обстоятельства, касающіяся до осады Пскова и до посольства Поссевинова.

...... Il Sig^r Vice-Cancelliere mi ha mostrato una lettera degli 8 di Ottobre, scrittagli dal Referendario Tarnovio, la quale avvisa, che il P. Possevino si aspettava là in breve, conforme a quanto era stato scritto per le precedenti. Ma la Serenissima Regina ha inteso per lettere di Vilna, essere giunto in quella Città un famigliare del Duce d'Olica, partito dall' essercito ai 17 detto, il quale portava nuova dell' arrivo d'esso P. Possevino al campo, dicendo ancora, che detto padre avea portato conditioni della pace dal Mosco, le quali non erano state accettate dal Re. Ma che però Sua Maestà avea moderato le prime sue, levando tra le altre cose il rifacimento delle spese, e che con questa moderatione il P̃re avea spedito un suo servitore al Mosco, sebbene prima si pensava, che dovesse tornare esso in persona, dicendosi, che così avea promesso di fare, e che avea perciò lasciati quei suoi compagni come per ostaggi.

Quanto alla espugnatione di Plescovia avvisano le suddette lettere del Tarnovio, che si era finalmente avuta la polvere, aspettata già molto tempo, con parecchi pezzi d'artiglieria, e che però Sua Maestà era quasi in procinto di dare il grande assalto con mettervi ogni suo sforzo. Che si aspettavano in campo settecento Scozzesi, et alcune bande di cavalli Lituani, di quelli, che erano col Crocense. Che a caso in un bosco molto vicino alla città, sotto una massa di rami secchi s'era trovato un Moscovito grandissimo di corpo, e non meno grande di animo, e d'ardire, il quale preso dai soldati del Re, avea confessato d'essere stato mandato per portare aiuto a quelli di dentro, come tuttavia si accostavano genti per far sforzo di mettere nella città sine à mille cinquecenti soldati di più. Che le mine fatte da quelli di fuori con grandissima fatica, s'erano guaste, avendo le pioggie fatto sfondare la terra di sopra in molti luoghi. Che le soldati del Re comminciavano a patir grandemente di freddo, ma che con tutto ciò Sua Maestà pensava di tener cinta con l'esercito la Città sino al giorno di S. Martino, sicchè a quest' ora la cosa a quest' ora deve essere spedita, o dentro, o fuori......

Innanzi di chiuder questa ho ricevuto un piego di Vilna, dove sono lettere dal campo del P. Possevino, che pure è tornato, Dio gratia, all' esercito a salvamento, et del Duca d'Olica. Il Duca non mi dice niente di nuovo, se non che speravano in quest' assalto di finire la guerra. Il P. Possevino scrive poco di nuovo, come vedrà V. S Illm̃a dalla lettera sua istessa, che

io le mando, perchè presuppone di avere scritto pienissimamente per altre sue, le quali pero non ho ricevute, e ne sto con grandissima gelosia. Onde ho scritto a Vilna, che si usi diligenza, perche non si smarriscano, in caso pur siano state mandate per quella strada. Da altri poi mi vien scritto che le provvisioni della guerra vanno molto fredde, non essendo quelle poste totalmente in potere di Sua Maestà, e che pero la pace tornerebbe molto a proposito. Il Sig[r] Dio faccia seguire quello, che più fia a gloria sua, et esaltatione di Santa Chiesa. An. 1581.

Nunziat. di Pol. tom. 18. pag. 212.

CCXL.

Ex litteris P. Antonii Possevini ad M. Moscoviae Ducem, ex castris ad Plescoviam 16 Novembris 1581. (Possevinus litteris Ducis Moscoviae rescribit; Rex Poloniae ab oppugnanda Plescovia Pontificis jussu destiturus; de legatis ab ipso Duce mittendis ad pacem cum eodem Rege faciendam).

Отъ Патера Антонія Поссевина къ Царю Московскому изъ Лагеря подъ Псковомъ. 6 Ноября 1581. Поссевинъ отвѣчаетъ на письмо Царское; Король Польскій, по приказанію Папы, оставитъ осаду Пскова; о послахъ, которыхъ Царь долженъ послать для заключенія мира съ Поляками. An. 1581.

Andreas Apollonius, quem Serenitati Tuae cum meis litteris miseram, heri cum Boltino Internuntio tuo rediit, quorum uterque mihi litteras tuas pietatis, ac pacis desiderii plenas reddidit, quae me in Christo Iesu magna laetitia affecerunt, cum tu ob honorem Dei, ut Christianum Principem decet, Christianorum Pastoris Gregorii XIII. auctoritatem magni facias, et eius consilium de pace ac foedere cum Christianis Principibus ineundo libenter sequaris. Ego vero ipsas Serenitatis tuae litteras statim perlegendas Stephano Regi curavi; quem antea pluribus rationibus, et ipsa Pontificis Maximi auctoritate a me permotum, ne sanguinem amplius funderet, nec maiore hominum caede expugnationem Plescoviae tentaret, nunc Boltini tui adventu, ac reditu ipsius Apollonii mei facilius adduxi, ut se exercitum hinc paucos post dies omnino deducturum mihi pollicitur sit. Quamvis nulla ei ratione persuaderi potuerit, ut eum ex tua ditione prorsus deducat, priusquam sincera, et immobilis pax fiat. Saepe enim mihi pro certo affirmavit, nisi pax fiat, se hac hyeme in provinciis istis exercitum cum Generali Imperatore Ioanne Zamoscio Magno Regni Poloniae Cancellario relicturum. Philonem autem Velicoluci cum magna militum manu, ceterosque praefectos aliis in arcibus vicinis im-

An. 1581. positurum, se vero, id est ipsum Regem excursurum in Lituaniam ad maiores copias comparandas, quas primo vere in tuas interiores regiones inducat. Quamobrem quanto maturius accedent legati tui magni ad locum a te conventui, et mihi assignatum, et ad proponendas eas, quae sperantur, pacis conditiones, tanto minus vastationis fiet, aut sanguis fundetur: restituesque his regionibus tuis optatam, ac certe necessariam tranquillitatem. Ut vero legati tui magni Zopolsciam tutius veniant, curavi, ut statim Boltinus tuus una cum Stephani Regis litteris salvi conductus remitteretur. Ego vero Novoguardiam una cum Boltino mitto Basilium Zamascium domesticum meum fidelem, quem Senatores tui noverunt, ut quam citissime ad me litteras a Palatino Novoguardiensi, vel a legatis tuis Magnis afferat, quibus certior fiam, quo die, et loco eos in itinere potero, ac cum iis agere de modo, quo Regis Stephani Legati, quoque sine impedimento, aut damno cum ipsis quamprimum conveniant, cum quibus ipse operam et officium meum omnibus, ut scribis, consiliis ad pacificationem sedulo interponam. Quapropter ubi Basilius meus redierit, statim me dabo in viam Porcoviam versus, ulteriusque progrediar, ubicumque intelligam id pacis celerius conficiendae negotio magis expedire. Interea tuam Serenitatem precor, ut sibi persuadeat, me nullum fidelissimae, a christianae sinceritatis officium praetermissurum, quod huic rei statuendae, et christianae paci confirmandae conducere posse existimabo. Dominus Iesus Serenitatem tuam cum omnibus tuis foelicissimam reddat.

Nunziat. Pol. tom. 18. pag. 322.

CCXLI.

An. 1581. **Di Mgr Bolognetti Nunzio in Polonia al Card. di Como. Varsavia 22 di Novembre 1581. (Moscoviae Dux Legatum a Rege Poloniae postulat de pace tractanda).**

Отъ Нунція Болоньетти къ Кардиналу Комскому; изъ Варшавы 22 Ноября 1581. Царь Московскій желаетъ, чтобъ Король Польскій прислалъ къ нему посла для мирныхъ договоровъ.

Mandai a V. S. Illma sei giorni sono una lettera scrittami dal P. Possevino, avvisandola come io non aveva altrimenti ricevuto quel piego grande, ch'esso Pre avvisava in detta lettera. Ma di poi l'ho ricevuto per uomo espresso speditomi da Monsigr. Rmo Vescovo di Vilna; et ora l'invio a V. S. Illma, mandandolo fino a Cracovia sotto sigillo della Maestà della Serenissima Regina, et ivi dando la cura al Sigr Luca Podoski, quello, che V. S. Illma

mi diede in nota, e si mostra obbligatissimo a N. S., che lo mandi a Venetia per uomo espresso, se gia non vedesse di poterlo mandare in altro modo quanto prima, e per via sicurissima. Non ho ricevuto altrimenti quelle scritture, che dice il Possevino aver dato al P. Campano, ma il piego solo, quale ho aperto, secondo scriveva esso P. Possevino per prendere informatione di quanto era bisogno, e tornatolo a serrare come stava.......

Circa le cose della guerra oltrecché sarebbe vano l'aggiunger cosa all' esquisitissima relatione del Rev° P. Possevino, la Maestà del Re non scrive altro per queste ultime alla Serenissima Regina, se non che il Mosco lo ricercava di mandare Ambasciatore in Moscovia per trattar della pace, ma che non lo voleva; sebbene si contenteria di mandargli a qualche luogo vicino al campo, quando il Mosco vi mandasse i suoi, e desse loro tanto piena autorità per la conclusione della pace, che non s'avesse a fare questa fattura un' altra volta indarno...... An. 1581.

Nunziatura di Polonia. tom. 18. pag. 323.

CCXLII.

Di Lodovico Fuligno a Mgr Bolognetti Nunzio in Polonia. Vilna 26 di Novembre 1581. (Missus Ducis Moscoviae una cum famulo Possevini Regem Poloniae Plescovia discessurum alloquitur de pace facienda).

Отъ Людовика Фулиньо къ Нунцію Болоньетти, изъ Вильны 26 Ноября 1581. Гонецъ Царя Московскаго вмѣстѣ съ служителемъ Поссевина прибылъ къ Королю Польскому, снявшему осаду Пскова, съ мирными предложеніями. An. 1581.

...... Il Sig^r Gran Maresciallo ritornato dal campo avvisa Mgre. (Vescovo di Vilna) che il Re (di Polonia) avea già levato le trincere, lasciando affatto l'impresa di Plescovia; che dovea partire ai 20 di questo, ma che era sopraggiunto quell' uomo del R. P. Possevino con un Gognez di Moscovia, onde Sua M^ta avea prolungata la partita per tre settimane, volendo vedere quello, che si porta di Moscovia, e trattare questo negotio di pace. Il Sig^r Gran Cancelliere, partendo il Re, se ne starà in quelle parti cum imperio, eattendera a danneggiare l'inimico, se frattanto non si conchiude la pace, che Dio ce ne faccia gratia, perchè ognuno la desidera.

Nuntiat. Polon. tom. 18. pag. 334.

CCXLIII.

An. 1582. Di Mgr Bolognetti Nunzio in Polonia al Card. di Como. Varsavia. 8 di Gennaio 1582. (Possevinus cum oratoribus Moscoviticis colloquuturus; falsus rumor de clade Moscovitis inflicto, ac deditione Plescoviae).

Отъ Нунція Болоньетти къ Кардиналу Комскому изъ Варшавы, 8 Генваря 1582. Поссевинъ будетъ вести переговоры съ послами Московскими; ложный слухъ о пораженіи Московитянъ и о сдачѣ Пскова.

.... Mi è venuto appunto in tempo l'incluso piego del P. Possevino, il quale stava per partirsi per il luogo dell' abboccamento di questi Ambasciatori, ma la lettera è vecchia assai. E qui la Serenissima Regina aspetta di giorno intendera qualche risolutione intorno a questo negotio della pace. Si erano dette qui a questi giorni molte cose di una rotta data alla gente del Mosco con occisione di quattro mila di loro, e della deditione di Plescovia, e del ritorno del Re al campo. E perchè questi avvisi facevano star sospeso il Sig^{r} Vice-Cancelliere, che per sapere la verità spedì corrieri a Vilna, io aveva scritto una lunga lettera, la quale poi ho ritenuta, per non essersi verificato niente.

Nunziat. di Pol. tom. 19. pag. 4.

CCXLIV.

An. 1582. Di Ludovico Fuligno al Nunzio in Polonia Mr Bolognetti. Vilna 11 di Gennaro 1582. (Primogenitus Ducis Moscoviae a patre praeter voluntatem occisus.)

Отъ Людовика Фулиньо къ Нунцію Болоньетти, изъ Вильны, 11 Генваря 1582. Старшій сынъ Царя Московскаго нечаянно убитъ Отцемъ.

Non voglio restare di dare a V. S. Illm̃a una nuova, la quale è venuta al Re (di Polonia) dopo scrit-l'alligata. Sua Maestà è avvisata, ch'è morto il figlio primogenito del Moscovita, ch'era il suo favorito, e molto caro. Egli medesimo è stato autore della morte del figliolo,

perchè essendo entrato in una subita collera gli diede di un calcio nè genitali, ond'è morto, con tutto che mentre stava ammalato il padre facesse fare molte orationi, e liberasse molti prigioni, e facesse altre opere pie per la salute del suddetto. Della pace si ha grande speranza, e se seguirà, Sua Maestà se ne anderà subito in Riga, differendo la Dieta sino al mese di Ottobre. An. 1582.

Nunziat. di Pol. tom. 19. pag. 7.

CCXLV.

Conditiones pacis a Duce Moscoviae cum Poloniae Rege faciendae per Possevinum transactae.

Условія мира между Царемъ Московскимъ и Королемъ Польскимъ заключаемаго, чрезъ Поссевина. An. 1582.

Ut Suae Majestati exercitus, soluta Plescoviae obsidione, e ditionibus Mosci deducatur.

Incendia, et agrorum populationes prohibeantur.

Ut decennales induciae dentur.

Ut arces in Moscovia anno superiore captae Wielicolucum, Cholina, Zawolocziae, Nievvola, tum et quae hoc anno, Ostrovu, Crasinkorodek, Woronecia, Wrelika, ceteraque castella ad Plescoviam pertinentia, cum tormentis, et apparatu bellico, quae exusta non essent, reddantur.

In praemium horum Magnus Moscoviae Dux omnibus arcibus et possessionibus, quas in Livonia, quocumque modo acquisitas habuit, cum tormentis bellicis, et armamentariis, cum quibus eas ceperat cedit.

Non repetet arces Wielusiam, Vsuiatum, Ozerisce, Sokolum, ceterasqne bello captas, et ad Polozkum spectantes.

Arces in Livonia statim, ac primo loco Derpatum, Felinum, Pernaviam, et Nowogrodek ex parte Mosci tradentur; reliquae vero omnes ante proximam diem quartam Martii, quarum series est ista. Chokenkausen, Krevezborg, Laudon, Rositen, Luizen, Festen, Sesurgen, Suamburg, Marienhausen, Runcborg, Adsel, Tricaten, Marienburg, Wolmer, Perchiel, Sales, Stara, Pernauua, Auder, Fichiel, Margiema, Kukienkam, Leal, Lode, Apsel, Sancta Brigitta Fegfeuer, Liell, Borchdim, Neuuszlosz, Zalkofen Bralli Kamien, Narcuu falienauu, Werbech Krerempe, Oldertorn, Neuuhaus, Odempe, Someral, Kauucliet, Ulczen, Knnctel, Randen, Ringen, Oberpoln, Lais Teruuesz, Lennuuart Ascerat.

An. 1581. Ex parte Narvae, et aliarum arcium, per Serenissimum Regem Suetiae captarum protestati sunt Legati Sereniss[i] Regis Poloniae S. M[tem] non obstante pacificatione jus suum prosequuturam — Ante praescriptam diem 4 Martii ea, quae Sereniss[i] Regis, et ea quae Mosci sunt, ex restituendis utrinque arcibus deduci debent. Si quid tam brevi tempore deduci non possit, sub custodia maneat, donec deductum fuerit; et custodes, et vectores utrimque securi esse debent.

In deducendis hominibus, tormentis, ceterisque rebus vis, atque omnis dolus abesse debet.

Ad praestandum a Mosco iuramentum in ratihabitione conditionum pacis, Regis Poloniae in Moscoviam Oratores pro die 10 Iunii, Oratores vero Moscovitici in Poloniam 15 Augusti venire debent.

Transactio de captivis intacta ad tractationem per Oratores reiecta est. 15 Ianuar 1582.

(Nunziat di Pol. tom. 19. pag. 12).

CCXLVI.

An 1582. **Christophori Warsevicii ad Stephanum Regem Poloniae oratio De pace confecta a Rege Poloniae cum Ioanne IV Moscoviae Duce.**

Христофора Варшевицкаго рѣчь поздравительная Стефану Королю Польскому на заключенный имъ миръ съ Іоанномъ IV Царемъ Московскимъ.

Pacis nuncium, Stephane Rex, habes, quam Christo Optimo Maximo de virgine nato caelitus Angeli venerant olim nunciatum. Perfectum est tandem summi Dei benignitate erga nos, et tua quadam veluti vigilia regali, eximiaque virtute, ut contra Magnum Moscoviae Ducem iuste, et legitime bello abs te suscepto, et prospere, fortiterque gesto, in tot annis, et bellatoribus, quibuscum bella gessit, pene omnium solus ad pacis conditiones, quas volebas, acceptandas adegisse eum videare. Quo equidem nomino et tibi, et Reipublicae in primis gratulor, et praestanti virtuti, felicitatique tuae omnia praemia, et insignia honoris, et ornamenta laudis, ac gloriae jure optimo deberi, agnosco, et profiteor. Quid enim aut beneficio carius, aut fama et opinione maius accidere potuit, quam quod ut diuturnam quietem praenunciam tempestatis, maximum, et gravissimum bellum sic demum instar solis post densissimas tenebras optatissima pax terrorem belli est secuta. Et vero iucundum est semper nomen pacis, et res ipsa salutaris, qua et desiderio expectantium, et voluptate exultantium, et eorum, qui sunt

eius servatores, gloria vix mirabilius aliquid dixeris. Sed nimirum fert hoc humanarum, et divinarum ius legum, consuetudo gentium, ratio ipsa muneris, et dignitatis regum, ut suae subiectos potestati omni iniuria, et calamitate prohibeant, et defendant. Res porro bello gestas plusquam pacem admiramur. Verum si casu, non consilio, temeritate, non necessitate bella suscipiantur, et gerantur, vel maxima quaeque vis expers rationis et consilii mole sua ruit, nec sine vicissitudine aliquid potest esse diuturnum. Quo magis venerari, et suspicere te cuncti debemus, qui ut ocium metiris dignitate, ita bella geris, et administras necessitate: et ut armorum capiendorum certam tenes rationem, sic deponendorum modum: quippe cum non ea mens, institutumque tuum sit, vel fuerit, ut in luctu, et sanguine eorum, quos ex praescriptione divinae legis non minus, ac te ipsum diligere debes, nominis, et imperii tui titulos proferas, et per omnia divina, et humana iura impotenter grassere. Sed armorum tuorum vis et ratio tota eo spectat, semperque spectavit, ut imbelli multitudini, sacerdotibusque, et religiosis viris, aliisque id genus subiectis tuis, digna professione pax non desit, et ut ea, quae per manus tradita accepisti, non tantum sarta tectaque servare, verum etiam quoad eius fieri maxime possit, ornare, et augere videare. Hoc animo et consilio ductus, Polociam primum, deinde Velicolucum, atque ita et Plescoviam demum oppugnare aggressus es, posteaquam tot et litteris, et legationibus, et admonitionibus tuis cum gravissima testificatione desiderii pacis, apud Magnum Moscoviae Ducem nihil esset profectum. Quae omnia et quale initium profectum habuerint, et quo exitu terminata sint, nullus est, ut opinor, in Orientis, et obeuntis Solis, et Aquilonis, Austrive partibus locus, ad quem fama, et laetitia earum rerum non pervenerit. Nam et Polotiam, quam sub Sigismundo Augusto Rege, certa spe induciarum per litteras facta Magnus Dux a Lituania avulserat, in pristinum statum libertatemque posuisti, et aliquot millibus hostium ad Socolum caesis, orbi terrarum testatus es, illud esse bellum iustum, quod esset necessarium, illa arma gloriosa, quae non ad innocentis sanguinis profusionem, sed ad sui suorumque defensionem, non ad invidiosas opes, minimeque ferendam potentiam, sed ad Dei Optimi Maximi cultum gloriamque propagandam, Reges atque Principes caperent, atque converterent: quod tum vel maxime patuit, cum ad eius victoriae monumentum, non statuas, vel trophaea, non mutum aut tacitum aliquid, sed domum orationis, sacrarium pacis, templum Deo Optimo Maximo, Societatis Iesu exstruxisses, ut cuius esset victoria, eidem daretur et honos, et a quo profectum, eidem ferri acceptum beneficium videatur. Etenim multa multis, sed soli Deo cuncta debentur. Tandem vero insequenti anno contra hunc eundem Moscum subsecuta est expeditio tua altera Velicolucensis, et multarum aliarum arcium expugnatione clarissima, in qua quam longum et difficile iter emensus fueris, quomodo te erga captivos gesseris, et quid potissimum in eo spectaveris, longum esset commemorare. Illud quidem non praeteribo, etiam in medio cursu, et quasi ardore belli, a fidae pacis conditionibus alienum te non fuisse, et Magni Ducis Oratores (si Oratores, et non speculatores potius appellandi fuerant) in ipsa castra ad te admisisse. Sed diem illos de die ducere, et nihil non simulate agere cognitum est. Itaque capta, et expugnata Velicoluco, hostilibus copiis cis Turopeciam fusis, et fugatis, Velisia, Nevelia, Zavolotia, Iezeriscia in potestatem tuam redacta, Vilnam reversus, et mox Varsaviam ad comitia profectus es: quo vel legatos, quoque illos ducere placuit, ut quid et illi postularent et tu velles, et Reipu- An. 1582.

An. 1582. blicae expediret, ab ordinibus Regni cognosceretur, et decerneretur. Sed vix in illa tanta non dicam ordinum, sed hominum multitudine aliquis reperiebatur, qui iis, quas illi offerebant, conditionibus acquiescendum, et a bello desistendum arbitraretur. Non obscure prae se ferebant omnes Livoniam provinciam, pro qua bellum susceptum, et gestum esset, sub Mosco recuperari oportere, et vel gravissimas quasque difficultates, iacturas, atque detrimenta potius subeunda, quam ut nomine insidiosae pacis pactio servitutis Livoniae afferretur: nec non tot praestantium virorum, militumque casus in bello cum gemitu, et lacrimis notabatur, siquidem omnium iacturarum iactura maxima hominum est, et videri debet. Quocirca in eam curam potissimum incubuisti, ut tertiam belli expeditionem contra Moscum vel quamprimum apparare potuisses, neque aut tenuitas aerarii, aut angustiae temporis, aut taedium, et satietas belli, aut itineris longitudo a persequendi hostis celeritate te retardavit. Duxisti exercitum haud scio an etiam quam ante florentiorem, copiarum numero, varietate gentium, et nationum, usu, et exercitatione bellandi plane mirandum, ita ut Plescovia, ad quam vis, et ratio armorum tuorum converti imprimis debuerat, postquam Ostrovia paucis horis oppugnata per deditionem esset capta, brevi etiam in potestatem tuam redigi posse videretur, et hac demum occupata, non modo Livonia hosti eripi, verum etiam ad maiora audenda, et molienda occasio, et materia praebere posset. Sustine, sustine Rex, si Deus Optimus Maximus ab imminenti interitu multitudinem conservavit eam, quam nec consuetudo benignitatis, neque iudicium clementiae tuae contra furorem Martis, superbiamque victoriae servare fortasse potuisset. Hoc quidem tibi ademptum est nihil, quin etiam id quod quaesieras habes, et Livonia, pro qua bellum susceptum gestumque abs te fuerat, potire. Nemoque sapiens culpae potius, quam fortunae id iudicabit telum. Moscis vero, quae unquam laetior illuxisset dies, quam ea, quae praeter suam, omniumque opinionem sunt divinitus ab interitu conservati, siquidem vitae laetitia, quam nascendi conditio certior sit, semperque fuerit; oppugnavit olim, terror ille gentium, tot molitor cladium Aquileiam per triennium, Solimanus Turca cum innumerabilibus copiis Viennam Carolus Quintus Caesar Mettim frustra tentavit. Quid? num quod conatibus eorum eventus non responderit, in eo, in quo tempori, necessitatique paruerant, et fortitudinis laudem secuti fuerant, protinus honorem, et existimationem concoxerunt suam? minime gentium. Magnorum enim hominum gestas res exitu metiri par non est, sed iustitia et aequitate. Et quanquam prosper et aequabilis sine ulla offensione bellorum cursus in primis delectat, tamen nescio quomodo adversis interdum casibus in bello etiam illustramur, et non semper cum volumus oblata, aliquando etiam desiderata res magis nos recreat, atque reficit. Quo magis hoc tuum Plescoviense bellum gloriosum est, et videri potest, in quo nec tentate irruptionis infestus casus, neque alienum anni tempus, neque multa alia incommoda de statu mentis, solitaque constantia animi te deturbaverunt. Quin etiam virtute et fortitudine tua talem exitum sortitum est, qualibus institiae, et aequitatis radicibus, vel inde ab initio innixum fuerat. Petiit tandem is abs te pacem, qui intra quadraginta annos nullas ad te litteras daturum se, missurumve internuntium paulo ante minabatur. Cessit Livonia, qui ne Livonia insereretur litteris pacis, mentiove ulla de ea fieret, a Legatis tuis ante omnia postulavit. Denique is, qui tam gloriose et magnifice et loqui, et sentire de se multa ausus fuerat, quique diffidens suae, alienae virtuti, et amplitudini frusta inviderat, supplex tibi est

factus, et eas conditiones pacis postremo accepit, quas tot latebris fallaciarum, et missione legationum subterfugere videbatur. At quomodo id non faceret? tua, Rex, et celeritate apparandi, et scientia administrandi, et fortitudine continuandi belli, tuique exercitus famis, frigoris, difficultatumque omnium incredibili tollerantia adactus, et compulsus. Quid enim per Deum immortalem exercitu illo laboriosum? quid ad omnes difficultates et discrimina vitae ferenda obfirmatum magis fuit, aut esse potuit? Equidem quoad per aetatem, gravissimasque occupationes licuit, legi, et vidi aliquid: nec non meminisse possum ducum, et exercituum multorum, quorum in omni genere belli gerendi nobililata est patientia. Id tamen statuo nec pabuli, vel commeatus quaerendi difficultate, nec longitudine viarum, nec intensissimi frigoris magnitudine, nec ferocia, et crudelitate hostium erga captivos, ullius exercitus labores et pericula cum tuo posse conferri. Memorabilis illa est, eritque semper Alexandri Magni militum perseverantia. Quorum opulentos Persas inopia, Graecos luxuriosos continentia, Indos desides vigilantia, Caucasum postremo ipsum siti, labore, inedia superavit. Ac ne vetera memoria repetere videamur, quam grave et difficile bellum Caroli V. Caesaris ad Alligerium, quam molesta, et exitialis Mettensis obsidio fuit, quis ignorat? ut tot tantorumque bellatorum aliorum silentio transeam. Sed inter horum gestas res erit etiam, ut opinor, aliquid loci tui tuorumque nomini, et haud scio an exercitus fortitudinem, et constantiam leges et audiens tui non aliquis obstupescat. Quis enim media hieme in media Moscovia in castris unquam permansit? mansit miles tuus. Quis in praeduro, et immensis frigoribus concreto solo vallum tulit, corbes vimineos contexuit, munitiones exstruxit? cuncta haec miles fecit, et perfecit tuus. Quis adeo totis, et tam longis, tamque intempestis noctibus hybernis excubias egit? egit miles tuus. Quis non modo cum hostibus, sed etiam cum clementis ipsis pugnam sibi desumsit? sumsit miles tuus. Ac breviter, nullum difficultatum, nullum laboris, nullum taedii, et patientiae est genus, in quo non exercuerit exercitum tuum haec bellorum abs te gestorum ratio, aut conditio, sive quaerendi victus, et pabuli gratia longissimas profectiones susceptas, sive tot manifesta mortis, et fortunarum pericula, adita a tuis, quis consideret, sive cum ferocissima gente, varia eorum certamina, levioraque praelia, et excursiones hostium infinitas intueatur, in quibus milites tui, duce, et auctore te, fere semper victoriam reportarunt. Cessit malitia iustitiae, fraus, et dolus veritati, temeritas rationi, furor virtuti, vis denique ipsa vi victa est, nec quo se contra te Moscus iactet, vel excuset, habet. Fac Plescoviam irruptione tentatam in potestatem tuam non venisse. Quid tum postea? Enimvero ignoramus optabilius esse, semperque fuisse in hostili ditione armorum suorum vim et terrorem longe, lateque proferre, quam unius, vel alterius expugnatae civitatis moenibus includi et mancipari, ita ut si optio elegendi detur, capiendae urbis spe nunquam excidere, quam capta et possessa adventui hostium opponere se non posse malle videres non neminem, et quidem omnis belli gerendi, et administrandi ratio difficilis est, capiendarum arcium, et civitatum difficillima. Quid? et erit qui nesciat in quanta trepidatione Moscus fuerit, cum tu hac eadem in bellum expeditione Plescoviam ipse profectus aliquam exercitus tui partem in poenitiora Moscoviae Polocia dimisisses: quae sane pars cum Christophoro Radivilio Castellano Trocensi, duce, imitatore avitae, et patriae virtutis singularis, maximis et difficillimis itineribus Stariciam prope venisset, incredibilo dictu est, in quantam despe- An. 1582.

An. 1582. rationem Moscus adductus fuerit, siquidem in fugam versum biduo, triduove latuisse sunt qui asseverent, suam certe, filiorumque suorum coniuges, et ancillarum greges eum amandavisse Staricia constat: quandoquidem non solum de vastitate agrorum, tantisque suorum caedibus, ad ipsius aures constans et perpetua fama quotidie pervolaret: sed adeo flammas et incendia a tuis excitata e fenestra ipse intueretur, et singulis momentis iis adhuc deteriora cum metu et horrore expectaret. Haec similiaque vulnera, ac (quod horum non postremum est) perfecta illa conscientiae carnificina, Magno Duci de pace cogitationem iniecerunt, cum videret, ne ei quidem exercitus tui parti resistere se potuisse, et in quo spem ponebat maximam, menses aliquot effluxisse, quibus vel maximis illis frigoribus durantibus utique obsidio Plescoviae non solvebatur. Quid de se futurum esset, si aut Plescovia caperetur, aut ea relicta, in penitiora Moscoviae ingrederetur hostis, prospiciebat animo, et tum externum, tum et internum malum magnopere verebatur, nempe morbi ii, qui in venis, et visceribus inclusi latent, quam qui apparent, aegrius curantur. Dimisit ergo ad te Internuntium, et ut pacificationis cum eo gratia, Legatos Zopolsciam mitteres, quo propediem essent venturi sui magnopere contendebat. Cuius tu postulatis, ne tui ipsius dissimilis viderere, qui semper honestam pacem, vel exploratae victoriae anteferre te velle testatus es, refragari nec potuisti, neque debuisti, praesertim cum adeo Pontificis Maximi auctoritas eo quoque accessisset, qui a Mosco litteris et legato habitis Antonium Possevinum Societatis Iesu Sacerdotem, maximis quibusque, et gravissimis rebus recte, et scienter tractandis inprimis probatum, ad te, et ad Moscum suo nomine ablegaverat, et ad Christianam pacem paterne utrumque hortabatur. Proinde biduo antequam ipse ex castris discessisses, misisti Zopolsciam legationem amplissimam cum mandatis, non obscure prae te ferens, si caussa belli, quae esset Livonia, a Magno Duce e medio non tolleretur, bellum etiam ipsum cessare non posse, nec debere. Distat vero Zopolscia viginti prope a Plescovia milliaribus, via qua Magni Ducis instituto equi ad celeritatem Novogardia, Zavolosciam, et Velcolucum alias disponebantur. Cuius circumvicinam regionem omnem magno, et incredibili metu hostibus incusso, miles tuus ita occupaverat, ut nescio quomodo in media Polonia, seu Lituania, quam in Moscovia ipsa, versari securius potuisset. Quo quidem ipso Magni Ducis Legati, nonnihil de se solliciti, ad locum tractandae paci destinatum aliquanto posterius, quam tui advenerant, et Possevinus qua spe, et cupiditate constituendae pacis exarserat, ad eos profectus fuerat, ut nulla interposita mora, pacis tractatio sequeretur. Id adeo cum esset factum, et variis sermonibus, atque disceptationibus dies quamplurimi dati, tandem de Livonia tibi restituenda, quae ante omnia ab his postulabatur, mandata habere Moschici legati confessi sunt, et ut vicissim arces aliquot eo bello abs te occupatae Magno Duci concederentur, efflagitaverunt. Est Moscis fides graeca, sive ritum, et doctrinam, sive mores eorum spectes. Itaque quidquid in quaestionem, disceptationemque ab eis veniebat, id diligenter versare animo, et circumspicere cogitatione oportuit. Turpe namque labi, et decipi in iis, quae mutare nunquam possis. Erat praeterea memoriae proditum, Ioannem Magni istius Ducis avum sub Casimiro Poloniae Rege, et Magno Lituaniae Duce, praeter foedus ictum, Magnam Novogardiam possedisse. Quae alias libera, et immunis per se, ex pactione foederis, a neutro eorum infestari, et subigi debuerat. Hujus vero filium, et istius patrem Basilium sub Alexandro Starodubum, sub Sigismundo I regibus Smolenscum, iurisiurandi re-

ligione violata, occupavisse memorabant: nec non et ipsum hunc sub Sigismundo Augusto Polotiam, sub Henrico Parnaviam, iisdem artibus possedisse. Quibus vestigiis, et quasi impressis signis improbitatis, atque fraudibus territus, vel legationis illius fidem suspectam habere aliquis potuisset. Sed timidi, et suspiciosi cogitatio impedit seipsam, cum maxime dispicit, et providet cuncta. Dandum erat temporibus aliquid, dandum rationi morique communi, cum verum sit illud, quod dicitur, millies licet homo fraudetur ab homine, utique hominem cum homine vivere debere. Dandus Pontificis Maximi suus auctoritati, et postulatis locus, qui divino nutu, et potestate in altissima specula pastoralis vigiliae positus per longissimam aetatem, qua vixisset, maximarum rerum momentis ad certam rationis normam toties ponderatis, amplissimis legationibus pro Ecclesia obitis, et tot denique regnorum cladibus, et mutationibus cognitis, et perspectis, nunc in hanc, nunc in illam partem Christianae Reipublicae inferet oculos, et tamquam solers quidam, providusque Navarchus, Christianos Reges, et Principes in his procellis, et tempestate ad concordiam hortaretur. Neque vero et fletu ipso lacrimisque legatorum Magni Ducis, vel ferreus aliquis commoveri non potuisset. Qui de caede et interitu suorum cum aliquid inaudissent: (inaudiebant autem quotidie) aut cum suos captivos duci, aut longe a patria avehi cernerent (quod cernebant saepissime) supplices manus in coelum tendere, et ad nomen pacis suspiria geminare videbantur. Et horum quidem, ut opinio mea fert, ficte, aut simulate nihil. Quin etiam si quis risus fuerat, fuerat a cordolio. Quis enim non ingemisceret, tanta vastitate agrorum, exitio facultatum, dereptionibus arcium, caede et interitu civium, eversione patriae commotus, et excitatus? Grave erat Moscis Polocense bellum, nemo eorum non indoluit clade suorum ad Socolum, Velicolucensi excidio quid miserabilius fuit, aut esse potuit? ad Turopecium suorum copias fusas et fugatas, praecipuos viros captos, tot arcium praefectos, tantam commeatus, et apparatus bellice omnis generis vim interceptam meminerant. Harum rerum excruciabat, et torquebat eos recordatio. Hoc aut casu gravius, aut conditione peius, aut iactura famae, et hominum maius nihil eis videbatur, Quid vero de bello isto Plescoviensi loquar? dies me deficeret si quot Mosci in excursionibus ab urbe caesi, quot dum suis opem ferre conantur, per agros interfecti, quot capti, quot in servitutem adducti sint, vel fuerint commemorare velim. Nam et tum, cum in castris manebas, fere singuli dies hostibus aut captis, aut interfectis, novis gratulationibus celebrabantur, et post discessum tuum Ioannes Zamoscius regni Cancellarius, et exercituum tuorum imperator, vir perpetuae laudi, et maximis muneribus obeundis in Republica natus, tot hostibus captis, tot interfectis, tot continuis vigiliis, fameque fatigatis, suam, et exercitus tui perseverantiam ita probaverat, ut non modo legatis Moscoviticis ad conficiendam pacem stimulo fuisse, verum etiam universae Moscoviae maximum terrorem iniecisse, dici, et videre queat, praesertim cum Spitkone Iordano Praefecto, vetustate generis, et spectata virtute commendato, certo militum numero in penitiora Moscoviae immisso, agrisque vastatis, et hostium occisis plurimis, armorum suorum vim et terrorem in ipsam Novogardiam intulisset. Non igitur mirum est, aut videre debet, si vel legati Magni Ducis tanto desiderio pacis, et quietis, ut diximus, tenebantur, et ipse Magnus Dux conditiones eas, quas subterfugere alias visus est, tandem aliquando acceptavit. Non mirum, si in Livonia triginta quatuor arces, quas possidebat, tibi concessit. Non mirum, si Derpatem sibi, et ditionibus suis adeo adiunc-

An. 1582.

An. 1582. tum, quae prima belli Livonici ejus materia, et quoddam veluti integumentum fraudis fuerat, post tot suas, suorumque legatorum inficiationes, tergiversationesque interpositas, reddidit. Non mirum si in Derpato septuaginta et octo maiora tormenta bellica, et in omnibus arcibus paene trecenta, et denique infinitum minorum bombardorum, apparatusque bellici vim, et numerum, volens nolens reliquit. Non mirum si tot et tam magni momenti captivorum suorum liberationem conditionibus pacis non inseruit, sed quoad eius fieri melius, tutiusque posset, ut quisque eorum redimeretur, non recusavit. Non mirum si Velicoluca, Zavolocia, Neveliaque abs te redditis, et Plescoviensibus castellis quibusdam relictis, decennalem ferire pacem tecum non dubitavit. Non mirum si primi belli trophea, et monimenta tuae victoriae, Polociam, Niesczerdam, Cozianam, Socolum, Turouliam, Sithno, Sussam, Crasnum, si secundi Usuiatam, Velisiam, et Iezieriscum, quas antea tenebat cunctas, in potestate tua reliquit, Non mirum si solitas illas licitationes et postulationes suas de Livonicae haereditatis, de Cazanii, et Astracanii imperiorum titulis tandem posthabuit, et neglexit. Non mirum si legates suos (ut ex verbis eorum, cum quid intemperantius loqui coepissent, mutuo se se admonentium coniici potuit) in dictis, et factis ad moderationem est praeter morem adhortatus. Non denique mirum, graeci ritus cum sit, atque adeo cum rex sacrorum quidam, simulque imperator videri velit: et cum plus quam regiam et pontificiam maiestatem in vestitu, consessu, et reliquis praeseferens, admirabilis nescio cuius potestatis, et intelligentiae rerum, divinitus sibi datae, et concreditae, apud suos existimationem certa quadam arte, et diligentia tueatur, si a Pontifice Maximo, cuius nominis, et gloriae emuli leves et temerarii Graeci semper sunt, et fuerunt, ad consequendam a te pacem, favorem, et auctoritatem imploravit, et Antonium Possevinum Pontificis Maximi nomine missum, tamquam quemdam arbitrum istius pacificationis fieri permisit. Quid enim illo stimulis conscientiae compunctum, quid infoelicitate miserum, quid voluntate perditum, quid metu abiectum magis dici, aut cogitari potest? Vetus est proverbium: nullam esse calamitatem solam. At hae non una, aut altera, sed conspirarunt in Moscum infinitae. Vidit ille domi suae proditorem, in castris desertorem, sociam tori repudiavit, liberos in omni turpitudine, et otio educavit. Sentit se esse suspectum, et odiosum suis, cum et ipse fuerit semper hostis suorum. Gravissimas habet insidias eas, quae latent in simulatione officii, et aliquo vinculo sanguinis, vel propinquitatis. Praeceps in furorem agitur, et nuper mortis filii est causa sui. Restituit tandem vel invitus Livoniam, et cum Prusso nescio quo gentis suae auctore excogitato, et conficto, Prussiae ipsi adeo inhiasset, de qua ne verbum quidem apud se ullum fieri voluit, amisit, et Livoniam Dei Optimi Maximi justo iudicio, omninoque admirando; quippe qui appetit aliena, perdit saepe ea, quæ æstimat sua, siculi tu etiam hanc tam nobilem provinciam, quam ille semper dixit, et duxit suam, sepimentum Lituaniae, decus, et ornamentum Regni tui, tot distinctam castellis, refertam portubus, exaggeratam bonis omnibus ex faucibus ipsius eripuisti, quae si loqui posset, ita haud dubie ad te verba faceret. Grates tibi ago, Rex optime, quod post tertium et vigesimum annum, ex quo Moscus libidine dominandi incitatus, me, meaque aggressus est, dextera tua forti, et non magis in bellis ac praeliis, quam in pactis, et promissis servandis firma et laudata, sublato metu, et formidine belli, in pristinam quamdam dignitatis spem me revocare dignatus es. Multa ego multis debeo, sed uni tibi post Deum Optimum Maximum accep-

tam fero libertatem. Praeclare olim Menardus, et post eum Albertus Episcopus, Christianae religionis et pietatis nostrae auctores, non deterius Bremensi hoc eodem nomine de me meriti sunt, et fuerunt. Grata Guillelmi Cardinalis Mutinensis ex Concilio apud Lugdunum habito in has oras missi, apud me viget memoria. Sed enim decora et ornamenta omnium, situ iampridem obsita, squalore sordita, tenebris vetustatis involuta tu in pristinam lucem, et dignitatem posuisti, ut cum multa illis, plurima Cruciferis, tibi demum cuncta iure optimo debeamus, et sicuti est iucundior valetudo iis, qui gravi aliqua infirmitate impediti et lecto affixi diu admodum iacuerunt, sic et nos tantopere desiderata, per te vero libertate parta vehementius recreamur. Sit clara et commemorabilis Platembergii apud nos, sit Hasencampii virtus. qui Ordinis Theutonici Magistri hic aliquando fuerunt, et maxima gravissimaque bella pro communi salute, et dignitate confecerunt. Enimvero ea, quae pro nobis tu suscipere et gerere voluisti, et initiis laeta, et progressu gloriosa, et exitu salutaria magis censentur, litteris monimentisque nostris inserentur, ad memoriam posteritatis transmittentur, quandoquidem ut et pater benignissimus, et bellator sapientissimus a meis tectis, et domiciliis in hostiles agros armis conversis et prolatis, quod iampridem secutus, id assecutus es, ut ego a tot continuis bellis et calamitatibus respirare, et tandem nullam non gratiam a me tibi debitam si non referre, at testari erga te possim. Sic olim ut virtus Mosis illustris, et pervagata magis videretur, populum Israeliticum servire servitutem in Egypto Deus Optimus Maximus voluit; sic ut magnitudo animi Cyri esset clarior, Persas a Medis gravi dominatu opprimi contigit; sic ad ostendam virtutis praestantiam Thesei dispergi Athenienses aliquando oportuit; sic denique, ut ad me ipse veniam, malis et gravissimis malis affligi Livoniam necesse fuerat, ut de tua praestabili virtute, fortitudine, moderatione, iustitia, nulla unquam vetustas obmutescat. Vicit nempe is, qui non insolenter efferri victoria sua, sed cuncta aequitate metiri videatur, neque cum Mosco immanitate sibi certandum, sed omni genere benignitatis seipsum superandum potius arbitraretur. En vero tibi bone vir superbia, et tyrannis tua, qua tumen, et inflatus nescio quem non despicere prae te nuper videbare. Quin nec vides ipse, tanquam alicui Poliphemo oculo uno, Livonia, quo in diversas orbes terrarum partes prospectabas, tibi adempto, et evulso: nimirum intelligis quantas vires virtus habeat, et quam longe melius fuerit, Hyeroni Syracusano, cum privatus esset, quam Perseo Macedoni, cum rex diceretur, esse similiorem. Hic enim praeter regnum regale in se habuit nihil, ille non tam regno, quam regnum eo indigere videbatur. Cogita quantum intersit inter veram, et fucatam gloriam, et quomodo diligi, quam metui praestet, neque suorum tantum, verum etiam et externorum benevolentia ad incertos temporum casus, et bellorum exitus expediat obsepiri. Terrent apud te vestigia multos, ut aliquando dixit Poeta ille, intro spectantia, nulla retro; et ferro geri rem, non semper aurum, et argentum nervum belli esse, malo tuo experire; denique si sapis, cur non potius Agesilaum, Tymoleonem, Dyonem, quam Nabidium, quam Phalarim, quam Dyonisium imitandum putes, satiusve esse vivere vitam Scipionis, quam desiderare principatum Caesaris, quorum enim aliquis imitatur mores, eorum et exitum expectare debet. Vide quomodo Titus, Nerva, Traianus, Adrianus, Antonius et Marcus apparitoribus, et doryphoris non egebant Romae, et rursus quomodo Calligulae, Neroni, Vitellio neque orientis exercitus opem ferre potuerint. Animadverte tyrannorum vim et potentiam, An. 1582.

An. 1582. corporibus nostris esse persimilem, quae quoad utuntur valetudine, latent in his incommoda singula, nec facile morbum aegritudinemque deprehendas; statim vero ut gravior morbus aliquis incurrerit, et corpus adversa valetudine versari incipit, omnia etiam minima cum doloris sensu maximo repente commoventur, et excitantur. Ad eum modum tyrannorum injuriae et contumeliae prosperitate, veluti velo, obductae, delitescunt, simul atque increpuit bellum, aut seditio tyrannus corruit, neque quidquam violentum potest esse diuturnum. Sed quid ego te admoneam? et num humanitatem ab hominum hoste, ab immoderato modum, ab effraeni disciplinam, a barbaro expectem doctrinam? cur non potius ad te, mea unde initium coepit, se convertit oratio? Ego te, Stephane Rex, pro eo, ac debeo, veneror et colo, neque ullum praemium virtutum, ullum insigne honoris, ullum monimentum laudis esse, fierique posse existimo, quod tibi a nobis et merito non debeatur. Tu ex servitute in libertatem, ex profundissimis tenebris in lucem, a morte, ut ita dicam, in vitam me reduxisti. Tu calamitatem omnem, et squallorem mihi ademisti, tu et subsidia belli, et ornamenta pacis attulisti. Paruit olim orbis terrarum Romanis, servivit Assyriis, subiectus fuit Persis. At enim et Persarum disciplina, et dignitate Assyriorum, et humanitate Romanorum videbatur tolerabilior conditio servitutis. Huic vero tam foedo, et impotenti domino subiecta si fuissem, quam lucem solatii, quod perfugium pacis, quem portum quietis sperare poteram, vel debebam, in cuius Regno nihil aliud quam flagitiosissima luxuria, quam deterrima crudelitas, quam contumeliosissima superbia, nihil aliud, quam dolor et gemitus perpetuus audiuntur. Ego quam maximas possum gratias tibi ago, Rex, maiores etiam habeo, eiusque beneficii tui memoriam erga me nulla umquam inobscurabit oblivio. Tu fac, ut sicuti speramus, et optamus fore, pace, concordia, tranquillitate, et ocio per te, et in te perfruamur. Haec Livonia, si posset, apud te hodie diceret. Quae quoniam non potest, id a nobis tacita requirit, ut praestanti virtute, rebusque abs te gestis optimorum olim regum, et principum memoriam in Polonia in animum nobis revocemus, et Lecos fortes, solertes Graecos, Lescones strenuos, sapientes Casimiros, audaces Boleslaos, moderatos Iagellones in te uno contemplemur, Deumque Optimum Maximum cuncti precemur, ut eum quem per omnes omnium honorum gradus ad regiam dignitatem extulit, quem potestatis suae participem in terris, administrum iustitiae, auctorem pacis, exteris admirabilem, suis venerabilem, hostibus fecit formidabilem, bonis omnibus auctum, et florentum, et quam maxime diuturnum, et in omnes partes victorem esse perpetuoque fieri patiatur.

ex edito opusculo, cui titulus *Christophori Varsavicii ad Stephanum Regem Poloniae oratio, qua cum Ioanne Magno Moscorum Duce 15 Ianuarii confectam pacem ad Zopolsciam gratulatur; Vilnae an Dñi 1582;* qui adservatur in Tabulariis secretioribus Vaticanis.

CCXLVII.

Di Mgr Bolognetti Nunzio in Polonia al Card. di Como. Varsavia 25 Gennaio. 1582. De pace facienda inter Ducem Moscoviae et Regem Poloniae; de colloquio oratorum Moscoviae et Poloniae.

Dopo l'ultimo mio spaccio dè 27 di questo, ho ricevuto lettere di Vilna, le quali, perchè contengono alcuni avvisi di considerazione, mando con questa a V. S. Illm̃a. Il Sig^r. Patrizio dice, che alla Serenissima Regina vien scritto intorno a questo negotio dalla Maestà del Re in modo tale, che quasi si può presupporre la pace per fatta, contentandosi il Mosco di concedere tutta la Livonia. Ma un uomo, venutomi da Mg^r Rm̃o Archivescovo per altri negotii dice tutto il contrario, cioè che le conditioni della pace già siano escluse, se però gli Ambasciatori Moscovitici non scuoprono cosa, che faccia riattaccare la pratica, come spesso avviene. Et il medesimo confermano alcuni soldati venuti ora dal campo. Però sinchè non venga altro più certo avviso, non ardirci affermare cosa alcuna......

Molto opportunamente innanzi il chiudere questo piego, è venuto di Vilna uno di Corte di Sua Maestà, e mi ha portate le incluse lettere del P. Possevino, le quali danno quelle speranze di pace, che V. S. Illm̃a vedrà. Mi dice di più questo gentiluomo, il quale partì di Vilna ai 23 di questo, che la pace è già conclusa per dieci anni, e che questo era notorio in corte. Ho mandato subito dal Sig^r Patrizio per intenderne la certezza, et egli l'afferma, sebbene in somma poi non mostra d'averne altro avviso, che questo del predetto gentiluomo. Il Reṽdo P̃re Possevino nelle sue lettere presuppone, come vedrà V. S. Illm̃a, di aver dato avviso con una sua dei 17 di Decembre di quanto passava tra gli Ambasciatori del Re, e quelli del Moscovita, ma questo piego non è capitato ancora, e capitando lo invierò subito a V. S. Illm̃a......

Nuntiat. Polon. tom. 19. pag. 33 et 38.

Отъ Нунція Болоньетти къ Кардиналу Комскому, изъ Варшавы 25 Генваря 1582. О мирѣ, заключаемомъ между Царемъ Московскимъ и Королемъ Польскимъ; о переговорахъ Московскихъ пословъ съ Польскими. An. 1582.

CCXVIII.

An 1582. Ex litteris ad Nuncium apostolicum in Polonia, Vilnae. 23 di Ianuarii 1582. (Conditiones pacis inter Moscos et Polonos faciendae).

Изъ письма къ Папскому Нунцію въ Польшѣ, изъ Вильны 23 Генваря 1582. Условія мира, заключаемаго между Московитянами и Поляками.

Facio Dominationem Vestram Magnificam certiorem, Nos diem hodiernum a Deo Optimo Maximo habuisse propitium. Nonnulli ex nostres peditibus iis diebus hinc a nobis ad Arcem Plescoviensem aufugerunt, qui hoc illis nuntiaverunt, Moscovit nostrum Capitaneum generalem cum universo exercitu iam inde discessurum, et quod sint pauci in castris milites. Insequenti vero die quidam Suiski miles Moscus egregius exercitum suum lustravit sub moenibus Civitatis; id nostri ut primum animadverterunt, confestim insequebantur ipsos, sed statim in fugam se dederunt ad Civitatem. Nihilominus die tertia per flumen Risa Suiski suos milites dimisit, ut in nostros acriter impetum facerent, sed nostri fortiter eorum vires sustinuerunt; illico postea dispersi erant, et centum quinquaginta viros strenuos ex Moschis interfecerunt, sed longe plures a peditibus Ungaris interfecti sunt, quorum nos numerum nescimus referre. Quod autem attinet conditiones pacis, omnes speramus pacem esse futuram, nam Pater Possevinus ab Oratoribus Moschis totam iam impetravit Livoniam, quam ipse eo libentius concedit, ut amicissime cum Rege manent.

Illud etiam ab exploratoribus habuimus, filium Moschi majorem mortuum esse, et quod militis Moscoviti arcem Regi Suetiae ceperunt, quae vocatur Kvivilia.

Hesterna die a Domino Varsenicio, qni una cum Patre Possevino est, allatae sunt litterae, quibus significatur Dño Zibrzik Moscum omnes arces libenter in Livonia Serenissimo Rege daturum cum universis bombardis, et apparatu omni bellico, qui in arce depositus est. Postulat etiam a Rege Vielicolucum, Zauolociam, et Newlam cum omni apparatu bellico. Per integros tres dies de captivis habuimus tractationem, sed quoniam vilipenduntur a Mosco, fortasse pro altera occasione reservabuntur. Regia Majestas arcem Zauolociam, Siebiesum, et Newlam postulat. Ad summum in quatuor diebus speramus, conclusionem pacis, quae si certa erit, primo quoque tempore Rex Rigam versus discedet Vilna. Qua de re faciam Dominationem Vestram Magnificam certiorem. Interim a Deo omnia fausta precor. Vilnae 23 Ianuarii 1582.

ex autogr. litteris Albertis Bolognetti Episcopi Massanensi, Nuncio Aplico apud Poloniae Regem. Nuntiat. Polon. tom. 19. pag. 55

CCXLIX.

Ex litteris Magni Cancellarii ad Regem Poloniae. Derpati die 23 Februarii 1582. (Derpatum a Duce Moscoviae Polonis traditur).

Изъ письма Великаго Канцлера къ Королю Польскому, Ан. 1582. изъ Дерпта 23 Февраля 1582. Дерптъ отданъ Полякамъ Царемъ Московскимъ.

